1560-A 12

ENUMERATIO PLANTARUM.

VOLUMEN PRIMUM.

WEINMAN

QK97
.V33
1805
V.1

MARTINI VAHLII,

PROFESS. BOTAN. HAUN. MEMBR. SOCIET. LIT. REGIAE.

ENUMERATIO PLANTARUM,

VEL AB ALIIS, VEL AB IPSO OBSERVATARUM,

CUM EARUM DIFFERENTIIS SPECIFICIS, SYNONYMIS SELECTIS ET DESCRIPTIONIBUS SUCCINCTIS.

2 vols. sh. 1.50.

VOLUMEN I.

Bought from Sch
Bot. by Garden -
Dec. 1896

HAUNIAE, CIↃ IↃCCCV. 1805

Impensis Auctoris, & proſtat apud J. H. Schubothe.

Mo. Bot. Garden,
1897.

LECTORI BENEVOLO.

Catalogum plantarum universalem conficere, genera firma condere, species ad propria genera referre, differentias specificas concinnas, stabiles, perspicuas formare, species a varietatibus discernere, synonymiam selectam et veram eruere, adumbrationem ulteriori distinctioni specierum inservituram elaborare, satis patet opus esse arduum. Triginta vel quadriginta ab hinc annis tale conamen minoribus premebatur difficultatibus. Posteaquam vero numerus specierum plantarum per paucos annos in immensum fere accrevit studio et opera numerosorum indefessorumque botanicorum, Europam attentius perlustrantium, inprimis plurimorum historiae naturalis peritorum peregrinatorum, reliquas orbis partes investigantium, operi ad umbilicum adducendo humanae vires haud sufficere videntur.

Quamvis toto fere hujus temporis decursu incrementa quotidiana scientiae consectatus fuerim, quamvis plurima nova detecta mecum communicaverint indagatores, et collectiones ditissimas Europae perlustrandi mihi copiam fecerint possessores, tamen haud semel in animum induxi incepto, annis viginti sex, et quod excurrit, an-

teriori, desistere: collectanea mea olim publici juris facere, propriae solum instructionis causa continuaturus. Suadentibus vero et hortantibus amicis plurimis et rei peritis, retuli me ad ea consilia, quae retenta animo, remissa temporibus, tanto intervallo intermissa, revocavi, inchoando proferre ea in apricum, quae in scriniis meis delituerant.

In consilio primum erat eas tantummodo plantas enumerare, quas ipse examinandi opportunitatem habui. At suasu plurium, qui desiderarunt saltem plurimas, quae in hunc usque diem innotuerunt, uno in loco collectas invenire plantas, et illas, quas non vidi, inserui et signo † notavi. Sed cum harum differentias specificas elaboravi, et locum in serie specierum assignavi secundum descriptiones et figuras, sponte sua apparet, quod non omnia ubique adeo expolita sint, ut in votis erat. Attamen quamvis naevi nonnulli huc illucque vel mea vel aliorum incuria orti reperiantur, contentus ero, si modo tentamen, aliquid in emolumentum scientiae conferre, haud sit plane irritum. Confido, justos et aequos judices ignoscituros, ubi mendas commisi, easque mecum benigne et liberaliter communicaturos, ut in sequentibus voluminibus emendare queam.

Methodum artificialem, utpote tyronibus magis accommodatam, praetuli methodo naturali, quae, superstructa cognitioni plantarum, non nisi in scientia provectioribus convenit. Ingenue praeterea fateri opportet, hanc methodum nondum esse

inventam. Quidquid enim sub hoc titulo hucusque apparuit, longe adhuc a meta distat, vel ob plures hiatus, vel quia saepe incertum et ambiguum, cui ordini hoc vel illud Genus sit associandum, vel quod adhuc genera haud pauca dantur, quae classibus assumtis inserere nequimus, nec character absolutus Classium existit, hinc nulli usui incipienti. Absit vero inde concludere, me opus vanum et superfluum putare tramitem naturae quaerere; ejus enim affinitatibus indagandis, perscrutandis cognoscendisque vix ullus me ardentius studere potest sociam esse naturam. *Limaeanam* inter artificiales elegi, minime vero ductus praejudicio, vel praepostera veneratione erga praeceptorem immortalem. Vitiis certe laborat, uti omnis methodus artificialis, naturali mixta. Anomaliae exinde necessario oriuntur, tyronibus haud parum molestae. Num vero reliquae magis his sint immunes? omnibus probe pensitatis, totidem forte, si non pluribus, exceptionibus sunt obnoxiae ac *Linnaei.* Scopus praecipuus methodi est facilis et securus ad cognitionem plantae ductus. Qua igitur methodo utimur, perinde est, si modo scopus obtineatur. Linnaeana plura genera et species continet quam ulla alia, solaque est, quae hucusque omnium manibus teritur. Nescio, cur viam jam tritam deserem, sequendo aliam, suis incommodis nec carentem, nec facilius ad metam perducentem.

Minime vero de praestantia hujus methodi ita sum praeoccupatus, ut eam haud paucis mu-

tationibus indigere non essem persuasus, praesertim posteaquam tot plantae seriori aevo detectae fuerunt. Tentavi nonnullas, viris scientiae peritis dijudicandas, num usui accommodatiorem reddidi. Sic Classem *Dodecandriam* exclusi, quae inter omnes numero staminum superstructas variationibus maxime est subjecta. Haud raro enim accidit, ut difficile sit dictu, num planta dodecandra in Dodecandria sit quaerenda vel in Polyandria et vice versa; has duas igitur conjungere mihi non absonum apparet. Si Classem *Polygamiam* retinuissem, immensus numerus illuc esset referendus; ut taceam varia incommoda, quibus, uti *Linnaeus* nobis eam reliquit, est foeta, et ipse praeceptor, si illi contigisset novam editionem systematis vegetabilium edere, certe eam eliminasset, ut ipse in colloquiis fassus est. Reliquas omnes, exceptis tamen mutationibus quoad genera, retinui. Si enim numerus solummodo basis dispositionis erit, non modo Gynandrae, Monoicae et Dioicae secundum assumtum principium inserendae sint alibi, sed et reliquae classes alio fundamento quam numero superstructae, vix vero tum facilitati tramitis ad plantas extricandas bene consulitur. Fateor quidem, Monoicas aeque ac Dioicas a consueto more aliquando recedere; sic Salicem vidi plurimis ab hinc annis ramo unico amentis foemineis, masculis et hermaphroditis onusto, reliquis vero tantum foemineis; insequente vero anno tota arbor non nisi amenta foeminea protulit. Rarissimae certe sunt tales aberrationes,

et valde dubito, num inde inducere liceat, has classes fundamento minus stabili esse aedificatas, quam quae staminum numero nituntur. Ut praeteream plura, cum hujus loci non sunt, addere tantum placet, quod non absque molestia magna et non nisi per multas ambages genus plantae dioicae sit inveniendum, si modo foemina ad manus est, in methodo, qua secundum numerum staminum per varias classes disperguntur.

SCITAMINEAS plurimas ad Gynandriam refero; stylus enim plus minusve cum filamento cohaeret, teste ipso *Linnaeo* (1), et juxta observationem aliorum, praesertim cel. *Richardi*, Professoris Parisini, qui quam plurimas hujus familiae ea, qua solet, cura examinavit. Haud semel vidi tyronem, cui Cannam vel aliam hujus familiae plantam ad examinandum tradidi, inter Gynandras quaerere, quod quoque expertum esse optimus *Desfontainius* mihi retulit. Alio certe modo filamentum Scitaminearum cum stylo cohaeret ac Orchidearum: filamentum nempe totum cum stylo connatum in floribus Orchideis, in Scitamineis vero tantum ad partem; differunt ergo minus ac primo intuitu apparet. Demum, classi Gynandriae eas inserendo, familiae duae affines appropinquantur, sine violatione methodi. Alia praeterea Genera singularia ad alias Classes amandavi, prouti res postulabat, quae hic enumerare nimis longum foret.

(1) Philosoph. botan. 68.

Ad caput singulae classis enumeravi GENERA, more consueto, juxta convenientiam in una vel altera parte fructificationis; dehinc vero ea juxta se collocare tentavi, quae quadam affinitate gaudent. Quoad characteres generum vel *Linnaeum* sum secutus, vel incomparabilem *Gaertnerum*, vel praesertim nostri temporis summum botanicum *Ant. Laur. Jussiaeum*, qui majori sedulitate et maxima perspicientia genera perscrutavit quam ullus praedecessorum. Raro igitur in his aliquid mutavi, nec nisi extremae necessitati parens. Quaedam genera addidi, vel ex observatione aliorum, vel ex propria, vel formavi separando species a generibus, ubicunque species plures charactere eodem gaudent, at diverso in variis a charactere Generis, cui antea erant conjunctae.

NOMINA nunquam, nec Generum, nec trivialia specierum, mutavi, quamvis magis idonea ad manus essent; nomen enim, quod hodie peraptum videtur, praesertim si a parte aliqua plantae desumitur, praestantiam suam haud raro amittit, plantis aliis indagatis, cui nomen aequo jure convenit. Sed nomina varia antiqua a neoteristis absque necessitate et saepe vix in meliora commutata restitui. Ubicunque species varias a generibus separavi, vel nomen novum dedi, vel, ubi antiquum commodum aderat, illud praetuli novo.

SPECIERUM characteres saepius coactus fui formare novos; detectis enim novis speciebus, character, qui hucusque in plurimas cognitas quadrabat, mutato scientiae statui minime fuit aptus

et congruens, novus igitur inveniendus et introducendus. Ubicunqve vero adaequatum inveni, alium non imposui. Species Generum vastorum, commodi ergo, in plures cohortes dividere studui, sumendo titulum vel ex aliqua parte plantae pluribus communi, vel ubi licuit, potius e parte fructificationis, quae ad characterem generis formandum non fuit adhibita. Ubique tamen, etiam in vastissimis generibus, vix possibilis est talis divisio. In his necessitas coegit species, prouti in una vel altera parte similes erant, prope se invicem collocare, vel assumere unicam speciem uti primam, et reliquis, quo magis ab illa recedunt, locum assignare, incipiendo, exempli causa, a specie foliis angustioribus et progrediendo sensim ad eas foliis latis. Concedo quidem, quod hoc modo variae alias affines saepe a se invicem disjungantur; sed non nostrum est seriem specierum naturae plane congruam tradere, sed potius consulere facilitati plantas in catalogo inveniendi. Titulo divisionis continente quidquid commune est speciebus sub illa militantibus, hocce in differentia specifica uti superfluum non repetii.

In Synonymia parcus fui, omnia enim synonyma omisi, quae non sunt nisi repetitiones nominis Linnaeani, absque ulla addita descriptione, observatione vel icone, cum nil conferunt ad illustrandam plantam. Inter numerosissimos scriptores rei herbariae illos tantum elegi, qui vel descriptiones optimas dederunt, vel icones idoneas;

plura enim synonyma saepe plus nocent, quam prosunt, praesertim cum haud raro dubia sunt. Sic plantae a *Linnaei* diversae saepe sub nomine *Linnaeano* venduntur; sunt enim, qui minus attendant ad differentiam specificam et descriptionem quam ad synonymiam, quamvis haud raro falsam. Et mos erat *Linnaeo* interdum citare figuram, non quia plane convictus erat, eam esse plantae, quam nominaverat, sed potius ut ideam ejus daret. Praestat ergo nullum addere synonymum, quam dubium. Robur enim artis, ex effatu ipsius *Linnaei*, non in multis synonymis consistit, sed in genuinis differentiis specificis. Ordinem chronologicum secutus sum in recensendo synonyma, et tentavi eruere, qui primus plantam nominavit, ascendendo ad renascentiam litterarum seculi decimi quinti. Ubique forte non scopum attingere licuit propter tenuitatem descriptionum vel figurarum; et potius omisi synonymum ubicunqne tantumodo verosimile videbatur, plantam esse auctoris, sed nullum addidi, antequam auctorem consului.

Varietates, saltem notabiles, speciebus suis subjunxi; nonnullas vero, quamvis non plane persuasus, eas esse genuinas species, inter species numeravi, ducibus variis botanicis nostri aevi inclytis, dum ab opinione communi recedere nolui, et melius est varietatem notabilem uti speciem veram sistere, quam omnino omittere, praesipue ubi adhuc sub judice lis est.

Loco synonymorum superfluorum DESCRIPTIÓNEM singulae speciei adjeci. Brevitati operam dedi, ideoque solummodo attributa speciei propria, vel tot modo, quae sufficere videbantur unam ab altera certius distinguere, collegi, parum vero diffusius in speciebus minus vel nondum cognitis. Ubicunque plantam ipsam vel non vidi, vel non nisi specimen imperfectum, vel descriptionem bonam inveni, descriptionem ab aliis mutuavi, auctorem citans.

Cum variae plantae cultura faciem tam alienam a spontaneis induunt, ut facile specie diversas crederes, nec absonum est vereri, nonnullas species existentiam hortis solis debere, descriptionem ut plurimum secundum specimina spontanea confeci, sed cum interdum mihi deerant, coactus fui uti cultis, quas * insignivi. Ubi vero spontanea ad manus erat, signum nullum addidi. Quamvis plerumque specimina plura adumbrationem praebuerint, attamen accidere potest, illam non in omnibus congruam esse specimini in aliorum collectionibus; unicuique enim notum est, individua inter se differre in partibus his vel illis, variationibus obnoxiis, ratione loci.

Cui plantam vel observationem debeo, vel cujus collectio descriptionem speciei suppeditavit, semper indicavi, unicuique enim suum tribuere fas est.

Repetitionis evitandae causa, HABITUM vel convenientiam specierum in omnibus partibus, exceptis fructificationis, quarum convenientia e characteribus genericis petenda, ad finem singuli

generis addidi. Prouti species generis plus minusve conveniunt, hic character habitualis longior vel brevior evasit, quia fere semper exclusi quidquid non omnibus commune, sed pertinet vel ad descriptionem singulae speciei, vel tantummodo ad nonnullas.

Ad calcem voluminis INDICEM specierum in eo contentarum adjeci, et in commodum quaerentibus species in variis auctoribus, vel sub diversis nominibus, vel species diversas sub eodem nomine occurrentes, has quoque adjunxi.

Restat, animo grato omnium beneficia prosequi, qui vel plantas vel observationes mecum communicarunt. Inter hos nominare in primis decet *Botanicos Galliae*, qui me summa cum humanitate pluribus vicibus exceperunt, consiliis adjuvarunt, observationes tradiderunt, aditum ad ditissimos thesauros, tam publicos quam privatos, permiserunt, et quidquid in eorum collectionibus aderat, benigne donarunt. Gratum igitur mihi erit, si scopum tantae benevolentiae non sum frustratus.

Dabam Hauniae 1804. IV calendarum Julii.

Martinus Vahl.

INDEX AUCTORUM.

Act. ac. nat. cur. Acta physico-medica Academiae Naturae Curiosorum. Norimb. 1727-1754. 4to.

Act. berolin. Histoire de l'Academie des Sciences et Belles Lettres de Berlin. Berlin 1746-1771. 4to.

Act. bonon. De Bononiensi Scientiarum et Artium Instituto atque Academia Commentarii. Bonon. 1748 et sequ. 4to.

Act. hafn. Skrifter som udi det Kiöbenhavnske Selskab af Laerdoms og Videnskabers Elskere ere fremlagte og oplæste. Kiöbenhavn 1745-1779. 1-12 Deel. 4to.

Act. harlem. Verhandelingen uitgegeeven door de Hollandse Maatscappy der Weetenschappen te Haarlem. Haarlem 1754 et sequ. 8vo.

Act. helvet. Acta helvetica physico, mathematico, botanico-medica. Basileae 1751. et sequ. 4to.

Act. holm. Kongelige Vetenskaps Academiens Handlingar. Vol. 1-40. Stokholm 1739-1779. 8vo.

Act. inst. par. Memoires de l'Institut national. Paris. l'an. 6. et sequ.

Act. litt. svec. Acta Litteraria Sueciae. Ups. 1720-1739. 4to.

Act. lond. Philosophical Transactions of the Royal Society of London. Lond. 1665 et sequ. 4to.

Act. lund. Physiographiska Sälskapets Handlingar 1776 et sequ. 8vo.

Act. mogunt. Acta Academiae Electoralis Moguntinae Scientiarum utilium, quae Erfordi est. Erford. 1757-1796. Tom. 1. in 8vo. reliqui in 4to.

Act. nidr. Trondhiemske Selskabs Skrifter. Kiöbenhavn 1761-1774. 8vo.

Act. palat. Historia et Commentationes Academiae Electoralis Scientiarum et Elegantiorum Litterarum Theodoro-Palatina. Mannhem. 1766. et sequ. 4to.

Act. patav. Saggi scientifici e letterarii dell Academia di Padova. Padova 1786. et sequ. 4to.

Act. petrop. Acta Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae. Petrop. 1778-1782. 4to.

Act. rott. Verhandelingen van het Bataafshe Genootschap der Proef Ondervindelike Wijsbegeerte te Rotterdam. Rotterd. 1774. et sequ. 4to.

Act. senens. Gli Atti dell' Academia delle Scienze di Siena, detta de Fisiocratici. Siena 1761. et sequ. 4to.

Act. soc. a. h. n. berol. Schriften der Berlinische Gesellschaft, Naturforschender Freunde. Berlin 1780-1794. 1-12 Th. 8vo.

Act. soc. bat. Verhandelingen van het Bataviaasch Genootschap der Konsten en Wetenschappen. Rotterd. 1781. et sequ. 8vo.

Act. soc. beng. Asiatik Researches, or Transactions of the Society instituted in Bengal, for inquiring in to the History and Antiquities, the Arts, Sciences and litterature of Asia. Calcuta 1788. 4to.

Act. soc. boh. Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen, zur aufnahme der Mathematik, der vaterlandischen Geschicte, und der Naturgeschicte. Vol. 1-6. Prag. 1775-1784. 8vo.

Act. soc. boh. scient. Abhandlungen der Böhmischen Gesellschaft des Wissenschaften Vol. 1-4. ib. 1785-1789. 4to.

Act. soc. edinb. Transactions of the Royal Society of Edingburgh. 1788. et sequ. 4to.

Act. soc. h. n. hafn. Skrifter af Naturhistorie Selskabet. Kiöbenh. 1790. et sequ. 8vo.

Act. soc. lausan. Memoires de la Societé des Sciences Physiques de Lausanne. Lausan. 1784. 4to.

Act. soc. lin. Transactions of the Linnean Society. Lond. 1791. et sequ. 4to.

Act. soc. h. n. par. Actes de la Societé d'Histoire naturelle de Paris. Par. 1792. fol.

Act. soc. par. Memoires de la Societé d'histoire naturelle de Par. l'an 7. 4to.

Act. soc. philad. Transactions of the American Philosophical Society held at Philadelphia for promoting useful Knowledge. Philad. 1771. et sequ. 4to.

Act. soc. vliess. Verhandelingen uitgegeeven door het Zeeuwsch Genootschap der Wetenschappen te Vliessingen. Middelburgh 1769. et sequ. 8vo.

Act. taur. Melanges de Philosophie et de Mathematique de la Societé Royal de Turin. Turin 1759. et sequ. 4to.

Act. tolos. Histoire et Memoires de l'Academie Royale des Sciences, Inscriptions et Belles Lettres de Toulouse. Toulouse 1782. et sequ. 4to.

Act. ups. Acta Societatis Regiae Scientiarum Upsaliensis. Stockholmiae 1744. et sequ. 4to.

Ach. meth. lich. Ejusdem Methodus Lichenum. Pars 1-2. Stockh. 1803. 8vo.

Ach. prodr. Acharius, Eric. Lichenographiae Sueciae prodromus. Lincopiae 1798. 8vo.

Adans. fam. plant. Adanson, Mich. familles des plantes. Tom. 1-2. Paris 1763.

Afzel. obs. Afzelius, Adam de vegetabilibus svecanis observationes. Ups. 1785. 4to.

Ald. hort. far. Aldinus, Tob. rariorum plantarum, quae continentur in horto Farnesiano descriptio. Romae 1625. fol.

Allion. auct Allioni, Car. Auctarium ad floram Pedemontanam. Augustae Taurinorum 1789. 4to.

Allion. fl. ped. Ejusdem Flora Pedemontana, sive enumeratio methodica stirpium indigenarum Pedemontii. Tom. 1-3. ib. 1785. fol.

Allion. spec. Ejusdem Rariorum Pedemontii stirpium specimen 1. ib. 1755. 4to.

Alp. aegypt. Alpinus, Prosp. De plantis Aegypti. Patav. 1640. 8vo.

Alp. exot. Ejusdem De plantis exoticis libri. 2. Venet. 1656. 4to.

Alp. rhap. Ejusdem De Rhapontico disputatio. Patavii 1612. 4to.

Amm. ruth. Amman, Joh. Stirpium rariorum in Imperio Rutheno sponte provenientium icones et descriptiones. Petrop. 1739. 4to.

Andr. eric. Andrews, Henr. Engravings of Heads, with botanical descriptions in Latin and English. Lond. fol.

Andr. rep. Ejusdem The botanists repository for new and rare plants. Lond. 1797. et sequ. 4to.

Ann. hist. nat. madr. Anales de historia natural. Vol. 1-4. Madrit 1799-1801. 8vo.

Ann. mus. h. nat. Annales du museum Nationale d'histoire naturelle 1-17 Cohier. Paris 1802. et sequ.

Ard. spec. Arduini, Petr. Animadversionum botanicarum Specimen primum. Patavii 1759. 4to.
Alterum. Venet. 1764. 4to.

Asso mant. De Asso, Ignat. Mantissa stirpium indigenarum Arragoniae. 1781. 4to.

Asso oryct. Ejusdem Introductio in Oryctographiam et zoologiam. Arragoniae 1784. 8vo.

Asso synops. Ejusdem Synopsis stirpium indigenarum Arragoniae. Massileae (Matriti) 1779. 4to.

Aubl. fl. gu. Aublet, Fusée Histoire de la Guiane Françoise. Tom. 1-4. Paris 1775. 4to.

Balbi miscell. bot. Balbi, Joan. Bapt. Miscellanea botanica in act. Taurin. Vol. 7. et seor. sim. 4to.

Barr. ic. Barrelier, Jac. Plantae per Galliam, Hispaniam et Italiam observatae. Par. 1714. fol.

Barr. Gal. aequin. Barrere Essay sur l'histoire naturelle de la Françe aequinoxial. ib. 1741. 12mo.

Barth. Act. med. Bartholinus, Thomas, Acta medico et Philosophica Hafniensia. Vol. 1-5. Hafn. 1671-1680. 4to.

Bartr. it. Bartrams, Wil. Reisen durch Nord- und Südcarolina, aus dem Englischen von E. A. W. Zimmermann. Berl. 1793. 8vo.

Bast. opusc. Baster, Job. Opuscula subseciva. Tom. 1-2. Harlemi 1759-1765. 4to.

Batsch. elench. fung. Batsch, Aug. Joh. Georgi Car. Elenchus fungorum. Tom. 1-3. Halae, Magdeb. 1783. 1784. 4to.

Battar. fung. Battara, Joan. Ant. Fungorum agri Ariminensis historia. Faventiae 1759. 4to.

Bauer. ic. Bauer, Franc. et Aiton, Dilineations of exotick plants, cultivated in the Royal garden at Kew. Lond. 1796. fol.

Bauh. hist. Bauhinus, Joh. Historia plantarum universalis. Tom. 1-3. Ebroduni 1650. 1651. fol.

Bauh. phytopin. Bauhinus, Casp. Phytopinax, seu enumeratio plantarum ab herbariis nostro seculo descriptarum cum earum differentiis. ib. 1596. 4to.

Bauh. pin. Ejusdem Pinax theatri botanici. Basileae 1620. 4to.

Bauh. prodr. Ejusdem Prodromus theatri botanici. Francof. ad Moenum 1620. 4to.

Bauh. theatr. Ejusdem Theatri botanici sive Historiae plantarum, liber primus. Basileae 1658. fol.

Baumg. fl. lips. Baumgarten, Joan. Christ. Gottl. Flora Lipsiensis. Lips. 1790. 8vo.

Bellar. append. Bellardi, Ludov. Appendix ad floram Pedemont. Aug. Taur. 1792. 4to.

Bellev. opusc. de Belleval, Pier. Richer Opuscules; publies par P. M. A. Broussonet. Par. 1785. 8vo.

Bellon. con. Bellonius, Petr. De arboribus coniferis. Par. 1553. 4to.

Berens, drac. Berens, Reinh. Dissertatio inauguralis de Dracone arbore Clusii. Götting. 1770. 4to.

Berg. cap. Bergius, Petr. Jon. Descriptiones plantarum ex Capite bonae spei. Stockh. 1767. 8vo.

Bernh. aspl. Bernhard, Joh. Jac. über Asplenium. Erfurt. 1802. 8vo.

Besl. hort. eyst. Besler, Basil. Hortus Eystettensis. Norib. 1613. fol.

Blanckw. herb. Herbarium Blackwellianum emendatum et auctum cum praefatione D. Chr. Trew. Cant. 1-6. Norimb. 1750-1772. fol.

Boccon. mus. Boccone, Paul. Museo di piante rare. Venetia 1697. 4to.

Boccon. rar. sic. Ejusdem Icones et descriptiones plantarum rariorum Siciliae, Melitae et Galliae. Oxon. 1674. 4to.

Boerh. lugdb. Boerhaave, Herm. Index alter plantarum, quae in horto Lugduno-Batavo aluntur. Pars 1-2. Lugd. Batav. 1720. 4to.

Bolt. fil. Bolton, Jam. Filices Britanniae, an history of the Brittish proper Ferns. Pars 1-2. Leeds and Huddersfield 1785-1790. 4to.

Bolt. fung. Ejusdem An history of Fungusses, growing about Halifax. Vol. 1-3. cum appendice Huddersfield 1788-1791. 4to.

Bonat. monogr. Bonati, Giuś. Ant. Pisaura automorpha e. Corenopsis formosa. Pad. 1792. 4to.

Bont. ind. or. Bontii, Jac. Historiae naturalis et medicae Indiae orientalis, in Pisonis de Indiae utriusque re naturali et medica.

Born. op. phys. Born, Ign. Physikalische Arbeiten der eintrachtige Freunde in Wien. 1. 2. Jahrgang. Wien 1783. 1784. 4to.

Bory conferv. Bory de St. Vincent, J. B. M. A. G. memoire sur les genres Conferva et Byssus. Bourdeaux 1797. 8vo.

Boym. fl. sin. Böym, Mich. Flora Sinensis. Viennae. Austriae 1656. fol.

Bradl. pl. succ. Bradley, Rich. Historia plantarum succulentarum. Lond. 1739. 4to.

Breyn. cent. Breynius, Jac. Exoticarum aliarumque minus cognitarum plantarum centuria. Gedani 1678. fol.

Breyn. ic. rar. Ejusdem Icones rariorum plantarum. cum sequent.

Breyn. prodr. Ejusdem Fasciculi rariorum plantarum. ib. 1739. 4to.

Bried. muscol. Briedel, Sam. muscologia recentiorum. Tom. 1. 2. Gothae 1797-1803. 4to.

Brot. phyt. lus. sel. Brotero, Phytologia Lusitanica selecta. Fasc. 1. Olisipponi 1801. 8vo.

Brown. jam. Browne, Patrick The Civil and Natural history of Jamaica. Lond. 1756. fol.

Bruce it. Bruce, Jam. Trawels to discover the source of Nile. Vol. 1-5. Edingb. 1790. 4to.

Brunsf. herb. Brunsfelsius, Otho Herbarium vivae icones. Tom. 1-3. Argent. 1532-1537. fol.

Bryant. lyc. Bryant, Char. An historical account of two species of Lycoperdon. Lond. 1782. 8vo.

Buill. hist. fung. Buillard, Histoire des champignons de la France. Paris 1791. fol.

Burm. afr. Burmannus, Joan. Rariorum africanarum plantarum. Decades 1-10. Amstel. 1738. 1739. 4to.

Burm. ger. Burmannus, Nic. Laur. De geraniis specimen inaugurale, Lugd. Batav. 1759. 4to.

Burm. ind. Ejusdem Flora Indica. ib. 1768. 4to.

Burm. prodr. Ejusdem Prodromus florae Capensis. Conjunctim cum antecedente.

Burm. wach. Burmannus, Joan. Wachendorfia. Amstel. 1757. fol.

Burm. zeyl. Ejusdem Thesaurus Zeylanicus. ib. 1737. 4to.

Büttn. cun. Büttner, Dav. Sig. Aug. Enumeratio methodica, carmine clarissimi Joh. Christ. Cuno recensitarum impres. cum Cunos, Ode über seinen Garten. Amst. 1750. 8vo.

Buxb. cent. Buxbaum, Joh. Christ. Plantarum minus cognitarum. Cent. 1-5. Petrop. 1728-1733. 4to.

Buxb. enum. Ejusdem Enumeratio Plantarum in agro Hallensi locisque vicinis crescentium. Halae 1721. 8vo.

Caesalp. plant. Caesalpinus, Andr. De plantis. Venet. 1584. 4to.

Camer. epit. Camerarius, Joach. De plantis Epitome. Francof. ad Moenum 1586. 4to.

Camer. hort. Ejusdem. Hortus medicus et philosophicus. ib. 1588. 4to.

Catesb. car. Catesby, Mark. The Natural history of Carolina, Florida and the Bahama island. Vol. 1. 2. Lond. 1731. fol.

Cavan. diss. Cavanilles, Ant. Joseph. Monadelphiae classis Dissertationes decem. Par. et Matriti 1785-1790. 4to.

Cavan. ic. Ejusdem Icones et descriptiones plantarum, quae aut sponte in Hispania crescunt, aut in hortis hospitantur. Vol. 1-6. Matriti 1791. fol.

Cavol. phucagr. Cavolini, Phil. Phucagrostidum Theophrasti anthesis. Neap. 1792. fol.

Cavol. zoster. Ejusdem Zosterae oceanicae Linnaei anthesis. ib. 1792. fol.

Ciril. essent. char. pl. Cyrilli, Domin. De essentialibus nonnullarum plantarum characteribus commentarius. Neap. 1784. 8vo.

Ciril. pl. rar. Ejusdem Plantarum rariorum Regni Neapolitani. Fasciculus 1. 2. ib. 1788-1792. fol.

Clus. cur. post. Clusius Car. Curae posteriores. Antw. 1611. fol.

Clus. exot. Ejusdem Exoticorum libri 10. Antw. 1605.

Clus. hisp. Ejusdem Rariorum aliquot stirpium per Hispaniam observatarum historia. Antverp. 1576. 8vo.

Clus. hist. Ejusdem Rariorum plantarum historia. ib. 1633. fol.

Clus. pannon. Ejusdem Rariorum aliquot stirpium per Pannoniam, Austriam et vicinas quasdam provincias observatarum historia. ib. 1583. 8vo.

Clut. nux. med. Clutius, Aug. De nuce medica. Amstelod. 1634. 4to.

Collect. soc. m. hafn. Collectanea Societatis Medicae Hafniensis. 1. 2. Hafn. 1773-1775. 8vo.

Colsm. grat. Colsmann, Joh. Prodromus Descriptionis Gratiolae. Hafn. 1793. 8vo.

Column. ecphr. Columna, Fab. Minus cognitarum rariorumque nostro coelo orientium stirpium Ecphrasis. Romae 1610. Pars 2da. ib. 1616. 4to.

Column. phytob. Ejusdem Phytobazanos, sive plantarum aliquot historia. Neap. 1592. 4to.

Commel. hort. Commelin, Joan. Horti medici Amstelodamensis rariorum plantarum descriptiones et icones. Tom. 1. Amstel. 1697. fol.
Commelin, Casp. Horti medici Amstelaedamenis rariorum plantarum descriptiones et icon. Tom. 2dus. ib. 1701. fol.

Commel. pl. rar. Ejusdem Horti medici Amstelodamensis plantae rariores et exoticae. ib. 1706. 4to.

Commel. prael. Ejusdem Præludia. Lugd. Batav. 1703. 4to.

Comm. gött. Commentarii Societatis Regiae Scientiarum Göttingensis. Tom. 1-4. Götting. 1752-1754. 4to.

Comm. gött. pr. an. Commentationes Societatis Regiae Scientiarum Göttingensis per annum 1778. et sequ. Götting. 1779. et sequ. 4to.

Comm. petr. Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae. Tom. 1-14. Petrop. 1728-1751. 4to.

Comm. lit. nor. Commercium litterarium ad rei medicae et scientiae naturalis incrementum institutum ab an. 1731. ad 1745. Norimb. 1731-1745. 4to.

Cordi hist. Cordus, Valer. Historia plantarum lib. 4. Argentor 1561. fol.

Cornut. canad. Cornuti, Jac. Canadensium plantarum, aliarumque nondum editarum historia. Par. 1635. 4to.

Cothen. dispos. Cothenius, Christ. Andr. Dispositio vegetabilium methodica a staminum numero desumta. Berol. 1790. 8vo.

Crantz. austr. Crantz, Henr. Joan. Nepom. Stirpium Austriacarum. Pars 1. 2. Vien. 1769. 4to.

Crantz. drac. Ejusdem de duabus Draconis arboribus Botanicorum. ib. 1768. 4to.

Cupan. hort. cath. Cupani, Franc. Hortus Catholicus, seu principis Catholicae. Neap. 1696. 4to.

Cup. suppl. alt. Ejusdem Supplementum alterum ad Hortum Catholicum. Panormi 1697. 4to.

Curt. fl. lond. Curtis, William Flora Londinensis. Vol. 1. 2. Lond. 1777. fol.

Curt. mag. Ejusdem The botanical magazin. Lond. 1787. et sequ. 8vo.

Dahl. obs. bot. Dahl, Andr. Observationes botanicae. Hafn. 1787. 8vo.

Dalech. hist. Dalechampius, Jac. Historia generalis plantarum 1. 2. Lugduni 1586. fol.

Damp. it. Dampier, Guill. nouveau voyage autour du monde. Tom. 1-5. Amst. 1725. 8vo.

Decand. astrag. Decandole, A. P. Astragalogia. Paris 1802. fol.

Decand. pl. succul. Ejusdem Plantarum historia Succulentarum. Paris l'an 7 et sequ.

De la Roche diss. De la Roche, Dan. Specimen inaugurale, sistens descriptiones plantarum aliquot novarum. Lugd. Batav. 1766. 4to.

Desfont. descr. nov. gen. Desfontaines René Louiche Description d'un nouveau genre de plante Spaendocena. Par. 1795. 8vo.

Desfont. fl. atlant. Ejusdem Flora Atlantica, sive historia plantarum, quae in Atlante, agro Tunetano et Algeriensi crescunt. Tom. 1-2. Par. an. 6. 4to.

Diar. hist. nat. Journal d'histoire naturelle. T. 1. 2. Paris 1792. 8vo.

Diar. soc. philom. Bulletin des sciences par la societé philomatique. Tom. 1-3. Paris l'an. 5. et sequ.

Dicks. pl. crypt. Dickson, Jac. Fasciculi plantarum Cryptogamicarum Britanniae. Lond. 1785. et sequ. 4to.

Dillen. giss. Dillénius, Joh. Jac. Catalogus plantarum sponte circa Gissam nascentium. Francof. ad Moenum 1719. 8vo.

Dillen. hist. musc. Ejusdem Historia muscorum. Oxon. 1741. 4to.

Dillen. hort. elth. Ejusdem Hortus Elthamensis. Tom. 1. 2. Lond. 1732. fol.

Dillw. conf. Dillwyn Grosbritanniens conferven. 1 Heft. Gött. 1803. 8vo.

Dinegr. elench. pl. Dinegro, J. Car. Elenchus plantarum horti botanici Genuae. Gen. 1802. 4to.

Dodon. flor. coron. Dodonaei, Remb. Florum et coronariarum odoratarumque nonnullarum herbarum. Antw. 1569. 8vo.

Dodon. hist. frug. legum. Ejusdem Historia frumentorum, leguminum, palustrium et aquatilium herbarum, ac eorum, quae eo pertinent. ib. 1569. 8vo.

Dodon. hist. frum. Ejusdem Frugum historia, ib. 1552. 8vo.

Dodon. pempt. Ejusdem Stirpium historiae pemptades 6. ib. 1616. fol.

Dodon. purg. Ejusdem Purgantium aliarumque eo facientium, tum et radicum Convolvulorum ac deliteriarum historiae lib. 4. ib. 1574.

Donati adriat. Donati, Vital. Della storia naturale d'ell' Adriatico saggio. Venezia 1750. 4to.

Donn hort. cant. Donn, Jam. Hortus Cantabrigiensis, or a catalogue of plants, indigenous and foreigns, cultivated in the Walkerian botanic Garden. Cambr. 1796. 8vo.

Douglas lil. sarn. Douglas, Jam. Lilium Sarniense, or a descriptions of the Guernsay-Lilly. Lond. 1725. fol.

Duchesne frag. Duchesne, Ant. Nic. Histoire naturelle des Fraisiers. Paris 1766. 12mo.

Du Ham. arb. Du Hamel du Monceau, Henr. L. Traité des arbres et des arbustes. 1. 2. Tom. Paris 1755. 4to.

Ejusdem operis editio nova. ib. fol.

Du Roi. harb. Du Roi, Joh. Phil. Die Harbkesche wilde Baumzucht. 1. 2 Theil. Braunschw. 1771. 1772. 8vo.

Ejusdem operis editio nova. 1. 2 Theil. ib. 1795. 8vo.

Du Roi diss. Ejusdem Dissertatio inauguralis, observationes botanicas sistens. Helmst. 1771. 4to.

Eged. perl. grönl. Egedes, Hans, det gamle Grönlands nye Perlustration, eller Naturelhistorie. Kiöbenh. 1741. 4to.

Ehret pict. Ehret, Georg. Dionys. Plantae et Papiliones rariores, depictae et aeri incisis. Lond. 1748-1759. fol.

Ehrh. beitr. Ehrhart, Frider. Beiträge zur Naturkunde. 1-7 Band. Hann. 1787-1792. 8vo.

Ellis dion. Ellis, John A. botanical descriptions of the Dionaea muscipula. Lond. 1770. 4to.

Ellis mang. Ejusdem A description of the Mangostan and the Breadfruct. ib. 1775. 4to.

Ensl. diss. Enslin, Joh. Christ. De Boleto suaveolente Linnaei dissertatio. Erlang. 1784. 4to.

Eph. nat. cur. Miscellanea curiosa, sive Ephemeridum Medico-Physicarum Germanicarum Academiae Naturae Curiosorum ab Anno 1670 ad 1722. 4to.

Eschenb. obs. Eschenbach, Joh. Frid. Disputatio physica observationum botanicarum specimen continens. Lips. 1784. 4to.

Esp. fuc. Esper, Eng. Joh. Christ. Icones Fucorum. Nurnb. 1797. 4to

Etling. salv. Etlinger, Andr. Ern. Commentatio de Salvia. Erlang. 1777. 4to.

Fabr. helm. Fabricius, Philipp. Conr. Enumeratio methodica plantarum horti medici Helmstadiensis. Helmst. 1763. 8vo.

Fabr. it. Fabricius, Joh. Christ. Reise nach Norwegen. Hamb. 1779. 8vo.

Ferr. fl. cult. Ferrari, Joh. Bapt. De florum cultura. Romae 1633. 4to.

Feuil. chil. Feuille, Louis, Journal des observations physiques et mathematiques faites sur les côtes orientales de l'Amerique meridionale et dans les Indes occidentales. Tom. 1-3. Paris 1714. 1715. Tom. 3. ib. 1725. 4to.

Flac. hist. mad. de Flacourt, Etien. Histoire de la grande isle de Madagascar. Par. 1661. 4to.

Flor. dan. Flora Danica edider. Christ. Oeder, Oth. Frid. Müller et Mart. Vahl. Hafn. 1761. et sequ. fol.

Flor. per. prodr. Florae Peruvianae prodromus auctorihus Hipp. Ruiz et Jos. Pavon. Matriti 1794. fol.

Flor. per. Ejusdem Flora Peruviana, et Chilensis, sive descriptiones et icones plantarum Peruvianarum et Chilensium. Tom. 1-3. ib. 1798-1802. et sequ. fol.

Forsk. descr. Forskâl, Petr. Flora Aegyptiaco-Arabica. Havniae 1775. 4to.

Forsk. ic. Ejusdem Icones. ib. 1776. 4to.

Forst. gen. Forster, Joan. Rein. et Georgius Characteres generum plantarum, quas in itinere ad insulas maris Australis collegerunt, descripserunt et delinearunt. Lond. 1776. 4to.

Forst. pl. escul. Forster, Georg. De plantis esculentis insularum oceani australis. Berol. 1786. 8vo.

Forst. prodr. Ejusdem Florulae insularum Australium prodromus. Götting. 1786. 8vo.

Fröl. gent. Frölich, Joseph. Aloys. De Gentiana dissertatio. Erlang. 1796. 8vo.

Fuchs. hist. Fuchsius, Leonh. De historia stirpium commentarii. Basil. 1542. fol.

Gaertn. de fruct. Gaertner, Joseph. De fructibus et seminibus plantarum. Vol. 1. 2. Stutgard. 1788-1791. 4to.

Garid. prov. Garidel, Joseph. Histoire des plantes qui naissent en Provence, et principalement aux environs d'Aix. Paris 1719. fol.

Geners. elench. Genersich Elenchus Florae Schepusiensis. Leutschoviae 1798. 8vo.

Georg. it. Georgi, Joh. Gottl. Bemerkungen auf einer Reise im Russischen Reich. Petersb. 1775. 4to.

Gerard. emac. Gerarde, John The herball, or generall history of plantes enlarged by Thom. Johnson. Lond. 1633. fol.

Gerard. fl. Gerard, Louis Flora Gallo-Provincialis. Paris 1761. 8vo.

Gesn. oper. Gesneri, Conr. Opera botanica, ex bibliotheca Christ. Jac. Trew edidit Casem. Christ. Schmiedel. Pars 1. 2. Norimb. 1751-1771. fol.

Geuns spicil. van Geuns, Steph. Joan Plantarum Belgii Confoederati indigenarum spicilegium. Hardenov. 1788. 8vo.

Gilib. fl. lituan. Gilibert, Joan. Eman. Flora Lituanica inchoata, seu enumeratio plantarum, quas circa Grodnam collegit et determinavit. Grodnae 1781. 8vo. Invenitur etiam in ejus editione Systematis plantarum Linnaei. Tom. 1.

Gled. lucubr. Gleditsch, Joh. Gottl. Lucubratiuncula de Fuco subgloboso, sessili et molli. Berol. 1743. 4to.

Gled. meth. fung. Ejusdem Methodus fungorum. Berol. 1753. 8vo.

Glox. obs. bot. Gloxin, Benjam. Petr. Observationes botanicae. Argentor. 1785. 4to.

Gmel. fl. sibir. Gmelin, Joan. Georg. Flora Sibirica. Tom. 1-4. Petrop. 1747-1769. 4to.

Gmel. fl. tub. Gmelin, Joan. Frid. Enumeratio stirpium in agro Tubingensi indigenarum. Tubing. 1772. 8vo.

Gmel. fuc. Gmelin, Sam. Gottl. Historia fucorum. Petrop. 1768. 4to.

Gmel. it. Ejusdem Reise durch Rusland. 1-3 Theil. ib. 1770-1774. 4to.

Gouan. fl. Gouan, Ant. Flora Monspeliaca. Lugduni 1765. 8vo.

Gouan. herbor. Ejusdem Herborisations des environs de Montpellier. Montpell. l'an 4. 8vo.

Gouan. hort. Ejusdem Hortus Monspeliensis. Lugduni 1762. 8vo.

Gouan. illustr. Ejusdem Illustrationes et observationes botanicae, ad specierum historia facientes. Tiguri 1773. fol.

Grisl. virid. Grisley, Gabr. Viridarium Lusitanicum Linnaeanis nominibus illustratum a Dom. Vandelli. Olisipone 1789. 8vo.

Gron. fl. orient. Gronovius, Johan. Frid. Flora Orientalis, sive recensio plantarum, quas Leonh. Rauwolfius in Syria etc. collegit. Lugd. Batav. 1755. 8vo.

Gron. fl. virg. Ejusdem Flora Virginica exhibens plantas, quas J. Clayton in Virginia collegit. ib. 1743. 8vo. et 1762. in 4to.

Gunn. fl. norv. Gunnerus, Joan. Ern. Flora Norvegica. Pars 1. 2. Nidros et Hafn. 1766-1772. fol.

Hablizl. taur. Hablizl, Carl Physikalische Beschreibung der Taurischen Statthalterschaft. Hann. 1789. 8vo.

Hacqu. it. carp. Hacquet, Balth. neueste physikalisch-politische Reisen durch die nordliche Karpathen. 1-4. 1790. 8vo.

Hacqu. pl. alp. Ejusdem Plantae alpinae Carniolicae. Viennae 1782. 4to.

Haenke. it. Haenke, Thad. Beobachtungen auf Reisen nach dem Riesengebürgen. Dresd. 1791. 4to.

Hagen. lich. Hagen, Car. Godofr. Tentamen historiae Lichenum et praesertim Prusicorum. Regiom. 1781. 8vo.

Hall. hist. Haller, Alb. Historia stirpium indigenarum Helvetiae. Tom. 1-3. Bernae 1768. fol.

Hall. hort. gött. Ejusdem Brevis enumeratio stirpium horti Göttingensis. Götting. 1743. 8vo.

Hall. opusc. Ejusdem Opuscula botanica. Götting. 1749. 8vo.

Has. cat. van Hasen Catalogue des plantes qu'on vendchen van Hazen. Lugd. 8vo.

Hasselqu. it. Hasselquist, Frid. iter palaestinum, eller Resa til heliga Landet. Stockholm 1757. 8vo.

Haworth. mesembr. Haworth. Adr. Hardy Observations on the genus Mesembryanthemum. Pars 1. 2. Lond. 1794. 1795.

Hayne. term. bot. Hayne, Frid. Gottl. Termini botanici iconibus illustrati. Berol. 1799. et sequ. 4to.

Hedw. fil. Hedwig, Roman Adolph, Filicum genera et species recentiori methodo accommodatae. Fascic. 1-4. 1799-1803. fol.

Hedw. musc. frond. Hedwig, Joh. Descriptio et Adumbratio muscorum frondosorum. Tom. 1-3. Lips. 1787-1795. fol.

Hedw. observ. bot. Hedwig, Roman Adolph. observationes botanicae. Lips. 1802. 4to.

Hedw. spec. musc. Hedwig, Joh. Species muscorum frondosorum. Lips. 1801. 4to.

Heist. brunsv. Heisterus, El. Frid. Descriptio novi generis plantae ex bulbosarum classe, cui Brunsvigiae nomen imposuit. Brunsv. 1753. fol.

Heist. hort. helmst. Ejusdem Index plantarum rariorum quas ab anno 1730-1733. in hortum academiae Juliae intulit. 8vo.

Heist. praef. Ejusdem Praefatio ad Epistolam Burckardi. Helmst. 1750. 4to.

Hellen. call. Hellenius, Car. Nic. Dissertatio de Calla. Aboae 1782. 4to.

Hellen. cichor. Ejusdem Dissertatio de Cichorio. ib. 1792. 4to.

Hellen. euon. Ejusdem Dissertatio de Euonymo. ib. 1786. 4to.

Hellen. hippoph. Ejusdem Dissertatio de Hippophae. ib. 1789. 4to.

Hellen. hipp. Ejusdem Dissertatio de Hippuride. ib. 1786. 4to.

Hellen. trop. Ejusdem Dissertatio de Tropaeolo. ib. 1789. 4to.

Helwing. puls. Helwing, Georg. Andr. Florae campana, seu Pulsatilla cum suis speciebus et varietatibus methodice considerata. Lips. 4to.

Herm. rosa. Hermann, Joh. Dissertatio inauguralis de Rosa. Argent. 1762. 4to.

Herm. afr. Hermannus, Paul. Catalogus plantarum Africanarum, conjunctim cum Burmanni Thesauro Zeylanico.

Herm. lugdb. Ejusdem Horti Academici Lugduno-Batavo catalogus. Lugd. Batav. 1687. 8vo.

Herm. parad. Ejusdem Paradisus Batavus, continens plus C. plantas aere incisas et descriptionibus illustratas. ib. 1698. 4to.

Herman. zeyl. Ejusdem Musaeum Zeylanicum s. catalogus plantarum in Zeylona sponte nascentium. Lugdb. Batav. 1726. 8vo.

Hern. mex. Hernandes Franc. nova plantarum, animalium et mexicanorum historia. Romae 1651. fol.

Hoffm. enum. lich. Hoffmann, Georg Franz Enumeratio Lichenum. Erlang. 1784. 4to.

Hoffm. fl. germ. Ejusdem Deutschlands Flora oder botanisches Taschenbuch für das Jahr 1791. Erlang. 8vo minori. 3 Jahrgang. ib. 1800.

Hoffm. nomencl. fung. Ejusdem Nomenclator fungorum. Berol. 1789. 8vo.

Hoffm. nomencl. fung. cont. Ejusdem operis continuatio 1. ib. 1790. 8vo.

Hoffm. obs. bot. Ejusdem Observationes botanicae. Erlang. 1787. 4to.

Hoffm. pl. lich. Ejusdem Descriptio et Adumbratio Plantarum e classe cryptogamica Linnaei, quas Lichenes dicuntur. Lips. 1790. et sequ. fol.

Hoffm. sal. Ejusdem Historia salicum. Tom. 1. 2. Fasc. 1. Lipsiae 1787. fol.

Hoffm. sced. phyt. Ejusdem Phytographische Blätter 1 Band. 1. 2. Stück. Götting. 8vo.

Hoffm. veg. crypt. Ejusdem Vegetabilia cryptogamica. Fasc. 1. 2. Erlang. 1787-1790. 4to.

Holmsk. fung. Holmskiold Beata ruris otia fungis Danicis impensa. Pars 1. 2. Havniae 1797. fol.

Höpfn. mag. Höpfner, Albr. Magazin für die Naturkunde Helvetiens. 1-4 Band. Zurich 1787-1789. 8vo.

Hort. kew. Hortus Kewensis by Will. Aiton. Vol. 1-3. Lond. 1789. 8vo.

Hort. mal. Hortus Indicus Malabaricus, continens regni Malabarici omnis generis plantas rariores, adornatus per Henric van Rheede tot Drakenstein et Joh. Casearium. Pars 1-12. Amstel. 1678-1703. fol.

Hort. panc. Hortus Panciaticus auctore Giusep. Piccivoli. Firence 1783. 4to.

Host. gram. Host, Nic. Thom. Icones et descriptiones graminum austriacorum. Vol. 1. 2. Viennae 1801. fol.

Host. synops. Host, Nic. Thom. Synopsis plantarum in Austria crescentium. Vindob. 1797. 8vo.

Houtt. syst. pl. Houttuyn, Mart. Des Ritters von Linné, volständiges Pflanzensystem. 1-14 Theils. Nürnb. 1771-1788. 8vo.

Hugh. barb. Hughes, Griff. Natural history of Barbados. Lond. 1750. fol.

Huds. fl. angl. Hudson, Gulielm. Flora anglica. Tom. 1. 2. Lond. 1778. 8vo.

Humb. frieb. ab Humboldt, Frid. Alex. Florae Fribergensis specimen. Berol. 1793. 4to.

Jacqu. amer. Jacqu, Nic. Jos. Selectarum stirpium Americanarum historia. Vind. 1763. fol.

Jacqu. collect. Ejusdem Collectanea ad Botanicam, Chemiam et Historiam naturalem spectantia. 1-4. ib. 1786-1793. 4to.

Jacqu. suppl. Ejusdem Collectaneorum supplementum. ib. 1796. 4to.

Jacqu. enum. Ejusdem Enumeratio plantarum, quas in insulis Caribaeis detexit. Lugd. Batav. 1760. 8vo.

Jacqu. fl. austr. Ejusdem Flora Austriaca. Cent. 1-5. Vind. 1773-1776. fol.

Jacqu. hort. schoenbr. Ejusdem Plantarum rariorum horti Caesarei Schoenbrunensis. 1. 2. ib. 1797. fol.

Jacqu. hort. vind. Ejusdem hortus botanicus Vindobonensis. Tom. 1-3. ib. 1770-1776. fol.

Jacq. ic. rar. Ejusdem Icones plantarum rariorum. Tom. 1-3. ib. 1781-1793. fol.

Jacqu. miscell. Ejusdem Miscellanea Austriaca ad Botanicam, Chemiam et Historiam naturalem spectantia. Vol. 1. 2. ib. 1778-1781. 4to.

Jacqu. obs. bot. Ejusdem Observationum botanicarum. Partes 4. ib. 1764. 8vo.

Jacqu. oxal. Ejusdem Oxalis. ib. 1794. 4to.

Jacqu. vind. Ejusdem Enumeratio stirpium, quae sponte crescunt in agro Vindobonensi. ib. 1762. 8vo.

Imper. hist. nat. Imperati, Ferr. historiae naturalis. libri 28. Lips. 1695. 4to.

Junghans. ic. rar. Junghans, Phil. Casp. Icones plantarum ad vitam impressae. Halae 1787. fol.

Juss. gen. Jussieu, Ant. Laur. Genera plantarum secundum ordines naturales disposita. Paris 1789. 8vo.

Kaemph. am. exot. Kaempher, Engelbr. Amoenitatum exoticarum politico-physico-medicarum. Fasc. 5. Lemgoviae 1712. 4to.

Kaemph. ic. Ejusdem Icones selectae plantarum, quas in Japonica collegit et delineavit, edidit Jos. Banks. Lond. 1791. fol.

Kern. hort. semper. Kerner, Jos. S. Hortus sempervirens. Vol. 1-9. Stuttgard. 1795-1803. fol.

Kitaib. ic. pl. hung. Kitaibel Paul et Franc. Waldstein Icones et Descriptiones plantarum rariorum Hungariae. Vien 1802. fol.

Klein tithym. Klein, Jac. Theod. An Tithymaloides frutescens folio Nerei, nec Cacalia nec Cacaliastrum. Gedani 1730. 4to.

Knorr. del. hort. Knorr G. Wolffg. Thesaurus rei herbariae universalis. Pars 1. 2. Nurnb. 1772. fol.

Koelle acon. Koelle, Joh. Ludw. Christ. Spicilegium observationum de Aconito. Erlang. 1787. 8vo.

Krapf fung. von Krapf, Carl Ausführliche Beschreibung der in Unteröstereich, sonderlich aber um Wien herumwachsende Schwämme. Wien 1782. 4to.

Krock. siles. Krocker, Ant. Joh. Flora Silesiaca. Vol. 1. 2. Vratislawiae 1787-1790. 8vo.

Labat it. amer. Labat, Jean Bapt. Voyage aux isles Antilles. la Haye 1724. 4to.

La Billard. ic. pl. syr. La Billardiere, Jacqu. Jul. Icones plantarum Syriae rariores Decas 1. 2. Lutet. Paris 1791. 4to.

La Billard. it. Ejusdem Relation du Voyage à la recherche de la Perouse. Tom. 1. 2. Paris. l'an 8. 4to. Avec l'Atlas fol.

La Fitau gins. La Fitau, Jos. Franc. Memoire concernant la plante du Ginseng. Paris. 1718. 12mo.

Lamarck dict. bot. Lamarck, Jean Bapt. Encyclopédie Méthodique ou par Ordre de matiere, Botanique. Tom. 1-4. 1783. et sequ. 4to.

Lamarck illustr. Ejusdem Illustrations des genres. ib. 4to.

Lamb. cinch. A description of the genus Cinchona, translated of Aylm. Bourke Lambert. Lond. 1797. 4to.

Lamb. pin. Ejusdem A description of the genus Pinus. ib. 1804. fol.

Lameth. diar. phys. Lametherie, Jean Claude Journal de physique, de chemie et d'histoire naturelle. Paris l'an 2. et sequ. 4to.

Leers fl. herb. Leers, Flora Herbornensis. Hernbornae 1775. 8vo. 180.

Le monnier obs. Le Monnier, Louis, Guill Observations d'histoire naturelle. Paris 1744. 4to.

Lepechin it. Lepechin, Iwan Tagebuch der Reise durch verschiedene Provinzen des Russischen Reichs. Pars 1. 2. Altenb. 1774. 1775. 4to.

Leys. fl. hal. Leyser, Frid. Wilh. Flora Halensis. 1783. 8vo.

L'Heret. buchoz. L'Heretier, Charl Louis Monographia de Buchozia. Paris. fol.

L'Heret. corn. Ejusdem Cornus. ib. 1788. fol.

L'Heret. geran. Ejusdem Geranologia. ib. 1787. fol.

L'Heret. hymenop. Ejusdem Monographia de Hymenopappo. ib. fol.

L'Heret. louich. Ejusdem Monographia de Louichea. ib. fol.

L'Heret. michaux. Ejusdem Monographia de Michauxia. ib. fol.

L'Heret. tricrat. Ejusdem Monographia de Tricrato. ib. fol.

L'Heret. sert. angl. Ejusdem Sertum Anglicum. ib. 1788. fol.

L'Heret. stirp. nov. Ejusdem Stirpes novae aut minus cognitae. Fasciculus 1-6. ib. 1784. 1785.

L'Heret. virg. Ejusdem Monographia de Virgilia. ib. fol.

Lightf. fl. scot. Lightfoot, John Flora Scotica. Vol. 1. 2. Lond. 1777. 8vo.

Liliebl. fl. svec. Lilieblad, Sam. Svensk Flora. Ups. 1798. 8vo.

Lindern hort. als. Lindern, Franc. Balth. Hortus Alsaticus, plantas in Alsatia inprimis circa Argentinam sponte provenientes. Argentor. 1747. 8vo.

Lindern. tournef. als. Ejusdem Tournefortius Alsaticus. ib. 1728. 8vo.

Lin. am. acad. a Linné Amoenitates Academicae. Vol. 1-7. Stockholm 1749-1769. Vol. 8-10. addidit Schreb. Erlang. 1785-1790. 8vo.

Lin. fl. lappon. Ejusdem Flora Lapponica. Amstelod. 1738. 8vo. ed. sec. Lond.

Lin. fl. suec. Ejusdem Flora Suecica ad Stockh. 1745. 8vo. edit. secunda. ib. 1755. 8vo.

Lin. fl. zeyl. Ejusdem Flora Zeylanica. ib. 1747. 8vo.

Lin. gen. pl. Ejusdem Genera plantarum. ib. 1767. 8vo.

Lin. gen. pl. ed. schreb. Editio Schreberi. Vol. 1. 2. Francof. ad Moenum 1789-1791. 8vo.

Lin. hort. cliff. Ejusdem Hortus Cliffortianus. Amstelod. 1737. fol.

Lin. hort. ups. Ejusdem Hortus Upsaliensis. Stockh. 1748. 8vo.

Lin. it. oel. Ejusdem Oeländska och Gottländska resa. ib. 1758. 8vo.

Lin. it. scan. Ejusdem Skånska resa. ib. 1751. 8vo.

Lin. it. westrog. Ejusdem Wästgöta resa. ib. 1747. 8vo.

Lin. mant. Ejusdem Mantissae plantarum 1. 2. ib. 1767-1771.

Lin. mus. cliff. Ejusdem Musa Cliffortiana florens Hartecampi. Lugd. Batav. 1736. 4to.

Lin. spec. pl. Ejusdem Species plantarum. Tom. 1. 2. Holmiae 1753. Editio secunda. ib. 1. 2. 1762. 1763. 8vo.

Lin. syst. nat. Ejusdem Systema naturae. Tom. 1-3. ib. 1766-1768.

Lin. syst. ed. gmel. Editio Gmelini. Lips. 1788-1793. 8vo.

Lin. syst. veg. Ejusdem Systema vegetabilium curante Murray. Göttingae 1784. 8vo. curante Persoon. ib. 1797. 8vo.

Lin. dec. a Linné, Car. filius Decas 1. 2. plantarum rariorum horti Upsaliensis. Ups. 1762. 1763. fol.

Lin. lavand. Ejusdem Dissertatio de Lavandula. ib. 1780. 4to.

Lin. meth. musc. Ejusdem Dissertatio Methodus muscorum illustrata. ib. 1781. 4to.

Lin. nov. gen. gram. Ejusdem Dissertatio illustrans nova Genera Graminum. ib. 1779. 4to.

Lin. plant. rar. Ejusdem Plantarum rariorum horti Upsaliensis. Fasciculus 1. Lips. 1767. fol.

Lin. suppl. Ejusdem Supplementum plantarum. Brunsw. 1781. 8vo.

Lob. adv. Lobelius, Math. et Petr. Pena Stirpium Adversaria nova. Londini 1570. fol.

Lob. adv. alt. Ejusdem Adversariorum altera pars. Lond. 1605. fol.

Lob. hist. Ejusdem Plantarum seu stirpium historia. Antwerp. 1576.

Lob. ic. Ejusdem Plantarum seu stirpium icones. Tom. 1. 2. ib. 1581-1591. 4to. obl.

Lob. illustr. Ejusdem illustrationes, accurante Guil. How. Londini 1655. 4to.

Loefl. it. Loefling, Pet. Resa til Spanska Ländarna i Europa och America. Stockh. 1758. 8vo.

Loes. fl. pruss. Loeselius, Joh. Flora Prussica. Regiom. 1703. 4to.

Lour. fl. cochinch. Loureiro, Joan Flora Cochinchinensis. Tom. 1. 2. Ulyssipone 1790. 4to.

Lumn. fl. pos. Lumnitzer, Steph. Flora Posoniensis. Lips. 1791. 8vo.

Magn. bot. monsp. Magnol, Petr. Botanicum Monspeliense. Lugduni 1676. 8vo.

Magn. hort. monsp. Ejusdem Hortus Regius Monspeliensis. Monsp. 1697. 8vo.

Major aloe. Major, Joh. Dan. Americanische bey dem Schlos's Gottorf 1668 blühende Aloe. Kiel 1705. 4to.

Manett. spicil. Manetti, Hav. Spicilegium conjunctim cum sequente.

Manett. virid. Ejusdem Viridarium Florentinum. Florent. 1751. 8vo.

Mappi als. Mappus, Marc. Historia plantarum Alsaticarum. Argentor. 1728. 4to.

Marat. romul. Maratti Joan. Franc. Romuleae et Saturniae specificae notae. Romae 1772. 8vo.

Marcgr. hist. bras. Marcgravius, Georg. Historia rerum naturalium Brasiliae. Amstel. 1648. fol.

Marschall. casp. Marschall von Bieberstein Tableau des provences situées sur la côte occidentale de la mêr Caspienne. Petersb. 1798. 4to. Plantae recensentur in Schrad. Diar. bot. 2. P. 1799. p. 455.

Marsh. arbust. Marshall, Humph. Arbustrum Americanum. Philad. 1758. 8vo.

Martel. brasch. di Martelli, N. Braschiae, plantae novi generis descriptio, nomini majestatique Pii VI. dicata. Rom. 1791. 4to.

Mart. spitzb. Martens, Frid. de noordsche Weereld. Amst. 1685. 4to.

Mart. cent. Martyn, Joan Historia plantarum rariorum. Cent. 1. Lond. 1728. fol.

Mass. stap. Masson, Franc. Stapeliae novae. Lond. 1796. fol.

Matth. Matthiolus, Petr. And. Commentarii, in 6 libr. Dioscoridis de re medica. Venet. ex offic. Valgrisiana 1565. fol.

Matth. bauh. Ejusdem operis editio Bauhini 1674. fol.

Mayer. coll. phys. Mayer, Joh. Sammlung physicalischer Aufzäze, besonders die Böhmische Naturgeschichte betreffend, von ein

Gesellschaft Böhmischer Naturforscher. Tom. 1-5. Dresdae 1791-1798. 8vo.

Medic. malv. Medicus, Frid. Kasim. Ueber einige künstliche Geschlechter Malven Familie. Mannh. 1787. 8vo.

Med. obs. bot. Ejusdem Botanische Beobachtungen. ib. 1783. 1784. 8vo.

Med. thed. Ejusdem Theodora speciosa. ib. 1786. 8vo.

Meerb. ic. Meerburgh, Nic. Afbieldingen van zeldzame gewassen. Leyd. 1775. fol.

Meerb. pl. sel. Ejusdem Plantarum selectarum icones pictae. ib. 1798. fol.

Mentz. pug. Mentzel, Christ. Lexicon plantarum polyglotton universale. Berol. 1715. fol.

Mich. fl. bor. amer. Michaux, Andr. Flora Boreali-Americana. Tom. 1. 2. Paris 1803. 8vo.

Mich. querc. Ejusdem Histoire des chénes de l'Amerique. Paris 1801. fol.

Michel. hort. flor. Michelius, Petr. Ant. Catalogus horti Florentini. Florent. 1748. fol.

Michel. nov. gen. Ejusdem Nova plantarum genera. Florent. 1729. 4to.

Mieg. obs. bot. Mieg Ach. Observationes anatomicae et botanicae. Basil. 1753. 4to.

Mill. dict. Millers, Phil. The Gardeners Dictionary. Lond. 1768. fol.

Mill. ic. Ejusdem Figures of plants described in the Gardeners dictionary. Vol. 1. 2. Lond. 1760. fol.

Mitch. nov. gen. Mitchel, Joh. De principiis Botanicorum et Zoologorum. Norimb. 1769. 4to.

Moench hass. Moench, Conr. Enumeratio plantarum indigenarum Hassiae, praesertim inferioris. Pars 1. Cassellii 1777. 8vo.

Moench meth. Ejusdem Methodus plantarum horti botanici et agri Marburgensis a staminum situ. Marburg 1794. 8vo.

Moench weissenst. Ejusdem Verzeichnis ausländischer Bäume und Stauden des Lustschlosses Weissenstein bey Cassel. Francf. 1785. 8vo.

Molin. chili. Molina, Giov. Ign. Versuch einer Naturgeschichte von Chili. Leipz. 1786. 8vo.

Mont. gram. Monti, Joh. Catalogi stirpium agri Bononiensis prodromus, Gramina ac hujusmodi affinia complectens. Bononiae 1719. 4to.

Moris. hist. Morison, Rob. Plantarum historiae universalis. Pars 2. 3. Oxon. 1680-1699. fol.

Moris. prael. Ejusdem Praeludia botanica. Lond. 1699. 8vo.

Moris. umb. Ejusdem Plantarum umbelliferarum distributio nova. Oxon. 1672. fol.

Mort. hist. nat. north. Morton, John The natural history of Northampton-shire. Lond. 1712. fol.

Müll. fried. Müller, Otho Fred. Flora Friderichsdalina. Argent. 1767. 8vo.

Munt. herb. brit. Munting, Abrah. De vera antiquorum herba Britannica. Amstel. 1680. 4to.

Munt. phytogr. Ejusdem Phytographia curiosa. Pars 1. 2. ib. 1702. fol.

Murr. prod. Murray, Joan. Andr. prodromus designationis stirpium Göttingensium. Götting. 1770. 8vo.

Mutis car. Mutis Jos. Coel. monographia de Cario ar. Almendron. Matrib. 4to.

Naturf. Der Naturforscher 1-28. Stück. Halle 1774-1799.

Neck. meth. Necker, Nat. Jos. Methodus muscorum. Mannh. 1771. 8vo.

Nocca pl. select. Nocca, Dom. Ticinensis' horti Academici plantae selectae. Fascic. 1. Ticini 1800. fol.

Nov. act. ac. nat. cur. Nova Acta physico medica Academiae Caesareae Leopoldino-Caroli-

nae Naturae curios. Norimb. 1757. et sequ. 4to.

Nov. act. berol. Nouveaux Memoires de l'Academie Royale des Sciences de Berlin 1772. et sequ. 4to.

Nov. act. hafn. Ny Samling af det Kongelige Videnskabers Selskabs Skrifter. Kiöbenhavn 1781. et sequ. 4to.

Nov. act. holm. Kongelige Vetenskaps Academiens Nya Handlingar. Stockh. 1780. et sequ. 8vo.

Nov. act. petrop. Nova Acta Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae. Petrop. 1787. et sequ. 8vo.

Nov. act. soc. am. h. n. berol. Der Gesellschaft Naturforschender Freunde zu Berlin neue Schriften. Berlin 1795. et sequ. 4to.

Nov. com. gött. Novi Commentarii Societatis Regiae Scientiarum Göttingensis. 1-8. Götting. 1771-1778. 4to.

Nov. com. petr. Novi Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae. Tom. 1-20. Petrop. 1750-1776. 4to.

Obs. edinb. Essays and observations, physical and litterary, read before a Society in Edinburgh and published by them. Vol. 1-3. Edingb. 1754-1771. 8vo.

Obs. phys. Observations sur la physique, sur l'histoire naturelle et sur les arts (Journal de physique) par l'Abbé Rozier. Paris 1773-1792. 4to.

Obs. soc. oec. lut. Bemerkungen der Kurpfalzischen physic. oecon. Gesellschaft zu Lautern von den jahren 1771-1785. 8vo.

Ogilby amer. Ogilby, John America. Lond. 1671. fol.

Oldenl. afr. Oldenland, Henr. Bern. et Joan. Hartog Catalogus plantarum Africanarum in Burmanni thesauro Zeylanico.

Opusc. select. Opuscoli scelti, sulle scienze et sulle arti. Tom. 1-18. 1778-1795. 4to

Ort. dec. Ortega, Cas. Gomez Novarum, aut rariorum plantarum horti regii matritensis. Decas 1-8. Matrit. 1797. 1798. 4to.

Osbeck it. Osbeck, Pehr Dagbok öfver en Ostindisk resa. Stockholm 1757. 8vo.

Pall. astr. Pallas, Petr. Sim. Species Astragali. Lipsiae 1800. fol.

Pall. fl. ross. Ejusdem Flora Rossica. Tom. 1. 2. Petrop. 1784-1788. fol.

Ejusdem operis edit. absque figuris Francof. et Lipsiae 1780-1790. 8vo.

Pall. hort. dem. Ejusdem Enumeratio plantarum horti P. a Demidof. Petrop. 1781. 8vo.

Pall. it. Ejusdem Reise durch verschiedene Russische Provinzen des Russischen Reichs. P. 1-3. Petersb. 1771-1776. 4to.

Pall. phys. gem. Ejusdem Physicalische und topographische Gemälde von Taurien. Petersb. 1796. 8vo.

Park. theatr. Parkenson, John Theatrum botanicum. Lond. 1640. fol.

Paters. it. Patersons, Wilh. Reisen in das Land der Hottentotten und Caffern. Berlin 1790. 8vo.

Persoon clav. Persoon C. H. Commentatio de fungis clavaeformibus. Lips. 1797. 8vo.

Persoon disp. meth. Ejusdem Tentamen dispositionis methodicae fungorum. ib. 1797. 8vo.

Persoon ic. Ejusdem Icones et descriptiones fungorum minus cognitorum. Fasciculus 1. 2. ib. 1799. 1800. 4to.

Persoon ic. pict. Ejusdem Icones pictae specierum rariorum fungorum. Paris 1803. 4to.

Persoon obs. myc. Ejusdem Observationes mycologicae. Pars 1. 2. Lips. 1796. 8vo.

Persoon synops. Ejusdem Synopsis metodica fungorum. Pars 1. Götting. 1801. 8vo.

Petagn. inst. Petagna, Vinc. Institutiones botanicae. 1-5. Neap. 1785-1788. 8vo.

Petiv. oper. Petiver, Jam. Opera, historiam naturalem spectantia. Vol. 1-3. Lond. 1764. fol.

Picot. fl. pyr. Picot-Lapeyrouse Phill. Figures de la flore des Pyrénées. Tom. 1. dec. 1-4. Paris l'an 3-9. fol.

Pison. hist. nat. br. Pisonis, Gul. De Indiae utriusque re naturali et medica. Amstelod. 1658. fol.

Pison. medic. bras. Ejusdem De medicina Brasiliensi. Lugd. Batav. et Amstel. 1648. fol.

Plukn. alm. Plukenet, Leon. Almagestum botanicum Phytographia. Pars 1-4. Lond. 1769. 4to.

Plukn. amalth. Ejusdem Amaltheum botanicum.

Plukn. mant. Ejusdem almagesti botanici mantissa.

Plum. amer. Plumier, Carl. Descriptions des plantes de l'Amerique. Paris 1693. fol.

Plum. fil. Ejusdem Des fougeres de l'Amerique. ib. 1705. fol.

Plum. gen. Ejusdem Nova plantarum genera. ib. 1703. 4to. conjunctim cum Speciebus.

Plum. ic. Ejusdem Plantarum Americanarum Fasciculi decem, continentes plantas quas olim C. Plumierius detexit, edidit J. Burmannus. Amstel. 1755-1760. fol.

Pocock. it. Pococke, Phil. A. description of the East, and some other countries. Vol. 1-2. Lond. 1743-1745. fol.

Poir. it. Poiret Reise in die Barbarey. 1. 2. Theil. Strasb. 1789. 8vo.

Pollich palat. Pollich, Joh. Andr. Historia plantarum in Palatinatu Electorali sponte crescentium. Tom. 1-3. Mannh. 1776-1778. 8vo.

Ponae bald. Pona, Joan Plantae quae in Baldo monte, et in via ab Verona ad Baldum, reperiuntur. Basil. 1608. 4to.

Pont. diss. Pontedera, Jul. Dissertationes botanicae. 5-11. impressae cum Anthologia. Patav. 1720. 4to.

Rauw. hodoep. Rauwolf, Leonh. Aigentliche Beschreibung der Rais in die Morgenländer. Lougingen 1583. 4to.

Rai hist. Rayus, Benj. Historia plantarum. Tom. 1-3. Lond. 1686-1704. fol.

Rai synops. Ejusdem Synopsis stirpium Britanicarum. 1. 2. ib. 8vo.

Rai syll. Ejusdem Stirpium Europaearum extra Britanniam nascentium. ib. 1694. 8vo.

Rebent. prodr. Rebentisch, Joh. Frid. prodromus florae Neomarchicae. Berol. 1804. 8vo.

Redouté liliac. Les Liliacées par P. J. Redouté. Paris 1802. et sequ. fol.

Rein it. Rein, Jos et Seg. Hohenwarth Botanische Reisen nach Oberkärntnenschen und benachtbarten Alpen. Klagenf. 1792. 8vo.

Relh. fl. cant. Relhan, Rich. Flora Cantabrigiensis. Cantabr. 1785. 8vo.

Reliqu. houst. Reliquiae Houstounianae, s. plantarum in America meridionali a Georg Houstoun collectarum edidit Jos. Banks. Lond. 1781. 4to.

Reliqu. rudbeck. Reliquiae Rudbeckianae, sive Camporum Elysiorum libri primi quae supersunt cura Jac. Edw. Smith. Lond. 1789. fol.

Reneal. spec. Renealmus, Paul. Specimen historiae plantarum. Paris 1611. 4to.

Retz. obs. Retzius, Andr. Joh. Observationes botanicae. Fascic. 1-6. Lips. 1779-1791. fol.

Retz. prodr. Ejusdem Florae Scandinaviae prodromus. ib. 1795. 8vo.

Rivin. mon. Rivini, Aug. Quir. Ordo plantarum, quae sunt flore irregulari monopetalo. Lipsiae 1690. fol.

Rivin. pent. Ejusdem Ordo plantarum, quae sunt flore irregulari pentapetalo. ib. 1699. fol.

Rivin. tetr. Ejusdem Ordo plantarum, quae sunt flore irregulari tetrapetalo. ib. 1691. fol.

Rob. pedic. Roberg, Laur. Dissertatio de planta Sceptrum Carolinum dicta. Ups. 1731. 4to.

Robert ic. pl. Robert, Nic. Icones plantarum, aliis Plantes du Roi dictae. 1. 2. Part. 1701. fol.

Röm. arch. Römer, Joh. Jac. Archiv für die Botanik. Leipz. 1796. et sequ. 4to.

Röm. mag. Ejusdem Neues Magazin. 1 Theil. Zurich 1794. 8vo.

Röm. scr. pl. hist. lus. bras. Ejusdem Scriptores de plantis Hispanicis, Lusitanicis, Brasiliensibus. Nürnb. 1791. 8vo.

Rosén obs. Rosén, Eberh. Observationes botanicae circa plantas quasdam Scaniae. Lond. Goth. 1749. 4to.

Rostk. junc. Rostkovius, Frid. Guil. Dissertatio botanica de junco. Halae 1801. 8vo.

Roth abhandl. Roth, Albr. Wilh. Botanische Abhandlungen und Beobactungen. Nürnb. 1787. 4to.

Roth beitr. Ejusdem Beiträge zur Botanik 1. 2. Theil. Bremen 1782. 1783. 8vo.

Roth catalect. Ejusdem Catalecta botanica, quibus plantae novae et minus cognitae describuntur atque illustrantur. Fascic. 1. 2. Lipsiae 1797. 8vo.

Roth fl. germ. Ejusdem Tentamen florae Germanicae. Tom. 1. 2. p. 1. 2. Tom. 3. Lips. 1788-1800.

Rottb. gram. Rottböll, Christ. Friis Descriptiones et icones rariorum pro maxima parte novarum plantarum. Hafn. 1786. fol.

Rottb. pl. rar. Ejusdem Plantae horti universitatis rariores. ib. 1773. 8vo.

Rottb. rar. sur. Ejusdem Descriptiones plantarum rariorum Surinamensium. ib. 1776. 4to.

Roxb. corom. Roxburgh, Will. Plants of the coast of Coromandel. Vol. 1. 2. Fasc. 1. 2. Lond. 1795. et sequ. fol.

Royen fl. van Royen Flora. Leyd. Lugd. Bat. 1740. 8vo.

Rudb. elys. Rudbek, Ol. Campi Elysii lib. 2dus. Ups. 1701. fol.

Rudb. rub. Ejusdem Rubus humilis, Fragariae folio, fructu rubro. Ups. 1716. 8vo.

Ruel. nat. stirp. Ruellius, Joan. De natura stirpium. Paris 1536. fol.

Ruiz quinol. Ruiz, Hippol. Von den officinellen Fieberrindenbaum. Götting. 1794. 8vo.

Rumph. amb. Rumphius, Georg. Everh. Herbarium Amboinense. Tom. 1-6. cum autuario. Amstel. 1750-1755. fol.

Rupp. fl. jen. Ruppius, Henr. Bernhard Flora Jenensis. Jenae 1745. 8vo.

Russ. alep. Russel, Alex. Naturgeschichte von Aleppo. 1. 2 Band. Götting. 1797. 8vo.

Salisb. ic. Salisburg, Rich. Ant. Icones stirpium rariorum descriptionibus illustratae. Lond. 1791. fol.

Savi flor. pis. Savi, Gaet. Flora Pisana. Pisa 1798. 8vo.

Schaeff. fung. Schaeffer, Jac. Christ. Historia fungorum Bavariae. Vol. 1-4. Ratesb. 1762-1770. 4to.

Scheuchz. gram. Scheuchzer, Joh. Agrostographia, sive graminum, Juncorum, Cyperorum, Cyperoidum iisque affinium historia. Tiguri 1719. 4to.

Scheuchz. gran. app. Appendices Halleri ad Agrostographiam. ib. 1775. 4to.

Scheuchz. itin. Scheuchzer, Joh. Jac. itinera alpina. Tom. 1. 2. Lond. 1708. 4to.

Schkuhr. handb. Schkuhr, Christ. Botanisches Handbuch. Wittenb. 1791. 8vo.

Schmied. diss. Schmiedel, Casim. Christ. Dissertationes botanici argumenti revisae et recusae. Erlang. 1783. 4to.

Schmied. ic. Ejusdem Icones plantarum et analyses partium. Norimb. 1762. fol.

Schmidt arb. austr. Schmidt, Franz Oesterreichs algemeine Baumzucht. Wien 1792. fol.

Schmidt collect. Schmidt, Franz. Wilib. Samlung physikalisch-oeconomischer Aufsäze. 1 Band. Prag. 1795. 8vo.

Schmidt. fl. boem. Ejusdem Flora Boemica. Tom. 1. ib. 1793. fol.

Schneev. ic. Schneevogt, G. Voorhelm Icones plantarum rariorum, scriptionem inspexit S. J. van Geuns. Tom. 1. Tom. 2. t. 37-39. Haerlem 1793. fol.

Scholl. fl. barb. Schoiler, Frid. Ad. Flora Barbiensis. Lips. 1775. 8vo.

Scholl. suppl. Ejusdem Supplementum Florae Barbiensis. ib. 1787. 8vo.

Schousb. obs. bot. Schousboe, P. K. A. Iagttagelser over Vætriget i Marocco. Kiöbh. 1800. 4to.

Schrad. com. sup. ver. Schrader, Heinr. Adolph Commentatio super Veronicis spicatis Linnaei. Gött. 1803. 8vo.

Schrad. diar. Ejusdem Journal für die Botanik.

Schrad. nov. gen. Ejusdem nova genera plantarum. Fasc. 1. Lips. 1797. fol.

Schrad. sert. han. Ejusdem Sertum Hannoveranum, seu plantae rariores quae in hortis regiis Hannoverae vicinis coluntur. Vol. 1. Fasciculus 1. 2. Götting. 1795. 1796. fol.

Schranck fl. bav. Schranck, Franz, Paula Baiersche Flora. 2 Bände. München 1789. 8vo.

Schranck salisb. Ejusdem Primitiae Florae Salisburgensis. Francof. ad Moenum 1792. 8vo.

Schreb. dec. Schreber, Joh. Christ. Dan. Icones et descriptiones plantarum minus cognitarum. Decas 1. Lips. 1766. fol.

Schreb. gram. Ejusdem Beschreibung der Gräser. ib. 1769. et sequ. fol.

Schreb. phasc. Ejusdem de Phasco Observationes. ib. 1770. 4to.

Schreb. spicil. Ejusdem Spicilegium Florae Lips. ib. 1771. 8vo.

Schreb. unil. Ejusdem Plantarum Verticillatarum unilabiatarum genera et species. ib. 1774. 4to.

Schumach. enum. Schumacher, Christ. Frid. Enumeratio plantarum in partibus Siaellandiae septentrionalis et orientalis. Pars 1. 2. Hafniae 1803. 8vo.

Schwenck. hort. med. Schwencke, Mart. Wilh. Officinalium plantarum in horto Hagae Comitum catalogus. Hag. Comit. 1752. 8vo.

Scop. an. hist. nat. Scopoli, Joan. Ant. Anni historico-naturales. 1-5. Lips. 1769-1772. 8vo.

Scop. del. ins. Ejusdem Deliciae florae et faunae Insubricae. Pars 1-3. Ticini 1786-1788. fol.

Scop. fl. carn. Ejusdem Flora Carniolica. Tom. 1. 2. Vien. 1772. 8vo.

Seba thes. Seba, Alb. Locupletissimi rerum naturalium thesauri. Tom. 1-4. Amstel. 1734-1765.

Segui. pl. ver. Seguier, Joan. Franc. Plantae Veronenses. Vol. 1-3. Veronae 1745-1754. 8vo.

Shaw it. Shaw, Thom. Trawels, or observations relating to several pars of Barbary and the Levant. Oxford 1738. fol.

Sibbald scot. Sibbald, Rob. Scotia illustrata, sive prodromus historiae naturalis Scotiae. Tom. 1. 2. Edinb. 1684. fol.

Sibth. fl. ox. Sibthorp, Joan. Flora Oxoniensis. Oxon. 1794. 8vo.

Sloan. cat. Sloane, Hans Catalogus plantarum, quae in Jamaica sponte proveniunt. Lond. 1696. 8vo.

Sloan. hist. Ejusdem A voyage to the islands Madera, Barbados, Nieves, S. Christophers and Jamaica. Vol. 1. 2. Lond. 1707-1725. fol.

Smith engl. bot. Smith Jam. Edw. and Sowerby English botany. Lond. 1790. et sequ. 8vo.

Smith fl. brit. Ejusdem Flora Britannica. Vol. 1. 2. ib. 1800. 8vo.

Smith ic. ined. Ejusdem Plantarum icones hactenus ineditae, plerumque ad plantas in herbario Linnaeano conservatas delineatae. Fascic. 1-3. ib. 1789-1791. fol.

Smith ic. pict. Ejusdem Icones pictae plantarum rariorum. Fascic. 1-3. ib. 1790-1793. fol.

Smith new. holl. Ejusdem Specimen of the botany of new Holland. Fascic. 1-4. ib. 1793. 4to.

Smith spicil. Ejusdem Spicilegium botanicum. Fascicul. 1. 2. ib. 1791. 1792. fol.

Smith tract. Ejusdem Tracts relating to natural history. ib. 1798. 8vo.

Sole menth. brit. Sole, Wil. Menthae Britannicae. Bath. 1798. fol.

Sonn. it. ind. Sonnerat, Reise nach Ostindien und China. 2 Bände. Zurich 1785.

Sonn. it. nov. gu. Ejusdem Voyage à la nouvelle Guinée. Paris 1776. 4to.

Sowerb. fung. Sowerby, Jam. Colored figures of English fungi. Lond. 1797. et sequ. fol.

Spreng. hort. hal. Sprengel, Kurt Der botanische Garten der Universität zu Halle. Halle 1800. 8vo.

Spreng. addit. Ejusdem Erstes Nachtrag. ib. 1801. 8vo.

Stackh. ner. Stackhouse, John Nereis Britannica. Fascic. 1. 2. Lond. 1795-1797. fol.

Stechm. artem. Stechmann, Joan. Paul. Dissertatio inauguralis botanico-medica de Artemisiis. Götting. 1775. 4to.

Stephan. enum. Stephani, Frid. Enumeratio stirpium agri Mosquensis. Mosquae 1792. 8vo.

Stephan. ic. Ejusdem Icones plantarum incognitarum Mosquensium, ad historiam plantarum sponte circa Mosquam crescentium, illustrandam. Dec. 1. Mosquae 1795. fol.

Sterbeck. fung. van Sterbeck, Theatrum fungorum. Antverp. 1675. 4to.

Stillingfl. misc. Stillingfleet, Benjam. Miscellaneous tracts relating to natural history. Lond. 1762. 8vo.

Stiss. bot. Stisser, Joh. Andr. Botanica curiosa. Helmst. 1697. 8vo,

Swartz. fl. ind. Swartz. Ol. Flora Indiae occidentalis. Erlang. 1797. 1798. 8vo.

Swartz. ic. Ejusdem Icones plantarum incognitarum, quas in India occidentali detexit atque delineavit. Fasc. 1. 2. ib. 1788. fol.

Swartz. musc. fr. Ejusdem Dispositio systematica Muscorum frondosorum Sueciae. Erlang. 1799. 8vo.

Swartz. prod. Ejusdem Prodromus descriptionum vegetabilium, quae sub itinere in Indiam occidentalem digessit. Holm. 1788. 8vo.

Swert. flor. Swert. Eman. Florilegium. Francof. 1612. fol.

Symes it. Symes, Mich. Relation de l'Ambassade Anglaise envoyée dans le royaume d'Ava. Vol. 1-5. Paris 1800. 8vo. figures. fol.

Tabern. eicon. Tabernaemontani Eicones plantarum. Francof. ad Moenum 1590. 4to. obl.

Thal. herc. Thalius, Icon Sylva hercynia. Francof. 1588. 4to.

Thuill. fl. par. Thuillier. La flore des environs de Paris. Paris l'an 7. 8vo.

Thunb. acer. Thunberg, Car. Petr. Dissertatio de Acere. Ups. 1793.

Thunb. aloe. Ejusdem Dissertatio de Aloe. ib. 1785.

Thunb. anthol. Ejusdem Dissertatio de Antholyza. ib. 1803.

Thunb. arct. Ejusdem Dissertatio de Arctotide. ib. 1799.

Thunb. aspal. Ejusdem Dissertatio de Aspalatho. Partic. 1. 2. ib. 1792.

Thunb. blaer. Ejusdem Dissertatio de Blaeria. ib. 1792.

Thunb. caryoph. Ejusdem Dissertatio de Caryophyllis aromaticis. ib. 1788.

Thunb. diosm. Ejusdem Dissertatio de Diosma. ib. 1797. 4to.

Thunb. eric. Ejusdem Dissertatio de Erica. ib. 1784.

Thunb. fic. Ejusdem Dissertatio de Ficu. ib. 1786.

Thunb. fl. jap. Ejusdem Flora Japponica. Lips. 1784. 8vo.

Thunb. gard. Ejusdem Dissertatio de Gardenia. Ups. 1780. 4to.

Thunb. glad. Ejusdem Dissertatio de Gladiolo. ib. 1784.

Thunb. herm. Ejusdem Dissertatio de Hermannia. ib. 1794.

Thunb. hydroc. Ejusdem Dissertatio de Hydrocotyle. ib. 1798.

Thunb. ic. Ejusdem Icones plantarum Japonicarum. Decad. 1-4. ib. 1794-1802. fol.

Thunb. iris. Ejusdem Dissertatio de Iride. ib. 1782. 4to.

Thunb. ixia. Ejusdem Dissertatio de Ixia. ib. 1783. 4to.

Thunb. mor. Ejusdem Dissertatio de Moraea. ib. 1787. 4to.

Thunb. myr. Ejusdem Dissertatio de Myristica. ib. 1787. 4to.

Thunb. nov. gen. Ejusdem Dissertationes nova genera plantarum. Part. 1-16. ib. 1781.

Thunb. oxal. Ejusdem Dissertatio de Oxalide. ib. 1781. 4to.

Thunb. prodr. Ejusdem Prodromus plantarum Capensium, quas in promontorio bonae spei collegit. Pars 1. 2. ib. 1794-1800. 8vo.

Thunb. prot. Ejusdem Dissertatio de Protea. ib. 1781. 4to.

Thunb. restio. Ejusdem Dissertatio de Restio. ib. 1788. 4to.

Tilli hort. pis. Tilli, Michael. Angel. Catalogus plantarum horti Pisani. Florentiae 1723. fol.

Timm. prodr. Timm, Joach. Christ. Florae megapolitanae prodromus. Lips. 1788. 8vo.

Tode fung. Tode, Heinr. Jul. Fungi Mecklenburgenses selecti. Fascic. 1. 2. Lüneb. 1790-1791. 4to.

Tournef. inst. r. herb. Tournefort, Jos. Pet. Institutiones rei herbariae. Tom. 1-3. 1719. 4to.

Tournef. cor. Ejusdem Corollarium cum priori.

Tournef. it. Ejusdem Relation d'un Voyage du Levant. Tom. 1. 2. Paris 1717. 4to.

Tragus hist. Tragus sive Bock De stirpium, maxime earum quae in germania nascuntur commentariorum. Argentor. 1552. 4to.

Trew. aloe. Trew, Christ. Jac. Beschreibung der grossen Americanischen Aloe. Nürnb. 1727. 4to. obl.

Trew. apol. Ejusdem Apologia et mantissa observationis de cedro Libani. Norimb. 1767. 4to.

Trew. ehret. Ejusdem Plantae selectae, quarum imagines pinxit G. D. Ehret. Decas 1-10. ib. 1750-1773. fol.

Trew. pl. rar. Ejusdem Plantae rariores, quas examinavit et breviter explicavit, nec

non depingendas aëriique incidendas curavit. Decas 1. Norimb. 1763. fol.

Decas 2. curante Vogel. ib. 1779. fol.

Triumph. obs. Triumphetti, Joan. Bapt. Observationes de ortu ac vegetatione plantarum. Romae 1685. 4to.

Triumph. prol. Ejusdem Prolusio ad publicas herbarum ostensiones. ib. 1704. 4to.

Turn. fuc. Turner, synopsis fucorum.

Turra. fars. Turra, Ant. Farsetia, novum genus. Venetiis 1765. 4to.

Turra. prodr. Ejusdem Florae Italicae prodromus. Vicetiae 1780. 8vo.

Usteri. annal. Usteri, Paul. Annalen der Botanik. 1-24 Stück. Zürich 1792-1800. 8vo.

Usteri. delect. Ejusdem Delectus opusculorum botanicorum. Vol. 1. 2. Argentor. 1792-1793. 8vo.

Usteri. mag. Ejusdem et Römers Magazin für die Botanik. 1-12 Stück. 1787-1790. 8vo.

Vahl. eclóg. amer. Vahl, Mart. Eclogae Americanae. Fasc. 1. 2. Hafniae.

Vahl. ic. Ejusdem Icones plantarum americanarum. Decas 1-3. Hafn. 1798. 1799. fol.

Vahl. symb. Ejusdem Symbolae botanicae. Pars 1-3. Hafniae 1790-1794. fol.

Vaill. bot. par. Vaillant, Sebast. Botanicon Parisiense. Lugd. Batav. et Amsel. 1726. fol.

Vaill. serm. Ejusdem Sermo de structura florum. Lugd. Bat. 1718. 4to.

Vand. drac. Vandelli, Domin. De arbore Draconis. Olisip. 1768. 8vo.

Vand. fasc. Ejusdem Fasciculus plantarum, cum novis generibus et speciebus. Olisip. 1771. 4to.

Vell. pl. mar. Velley, Thom. Coloured figures of marine plants. Lond. 1795. fol.

Venten. hort. cels. Ventenat, 'Etien. Pier. Description des plantes nouvelles et peu connues cultivées dans le Jardin de J. M. Cels. Paris l'an 8. 4to.

Venten. hort. malm. Ejusdem Jardin de la Malmaison. Paris 1803. et sequ. fol.

Venten. consp. regn. veg. Ejusdem Tableau du regne vegetal. Vol. 1-4. Paris l'an 7. 8vo.

Vesling. pl. aegypt. Veslingius, Joan. De plantis aegyptiis observationes. Patav. 1638. 4to.

Villars. delph. Villars Histoire des plantes de Dauphiné. Tom. 1-3. Grenoble 1786. 1787. 8vo.

Vogler. 2. gram. Vogler, Johan. Philip. Schediasma botanicum de duabus graminum speciebus nondum satis extricatis. Giessae 1776. 8vo.

Vogler. polyp. mont. Vogler, Johan. Andr. Dissertatio inauguralis botanica sistens Poly-

podii speciem nuperis auctoribus incognitam Polypodium montanum vocatam. ib. 1781. 4to.

Volck. fl. Volckamer, Joan. Georg. Flora Noribergensis. Norib. 1700. 4to.

Wachend. hort. ultr. Wachendorff, Ever. Jac. Horti Ultrajectini index. Traject. ad Rhen. 1747. 8vo.

Walt. fl. car. Walter, Thom. Flora Carolina. Lond. 1788. 8vo.

Walth. hort. Walther, Aug. Frid. Designatio plantarum horti ejus. 1735. 8vo.

Wangenh. amer. von Wangenheim Frid. Ad. Jul. Anpflanzung Nord-Amerikanischer Holzarten. Götting. 1787. fol.

Web. it. Weber Frid. und M. H. Mohr Naturhistorische Reise durch ein Theil Schwedens. Götting. 1704. 8vo.

Web. pl. dec. Weber, Georg. Heinr. Plantarum minus cognitarum Decuria. Kil. 1784. 4to.

Web. prim. fl. hols. Ejusdem Primitiae florae holsaticae. Kilae 1780. 8vo.

Web. spicil. Ejusdem Spicilegium florae Göttingensis. Gothae 1778. 8vo.

Weig. obs. bot. Weigel, Carl. Observationes botanicae. Gryph. 1772. 8vo.

Weis. crypt. Weis, Frid. Guil. Plantae cryptogamicae florae Göttingensis. Gött. 1770. 8vo.

Wendl. eric. Wendland, Joh. Christ. Ericarum icones et descriptiones. Fascic. 1-10. Hannov. 1798-1800. 4to.

Wendl. hort. hernh. Ejusdem Hortus Herrnhusianus. Fascic. 1-4. ib. 1798-1801. fol.

Wendl. obs. Ejusdem Botanische Beobachtungen. ib. 1798. fol.

West. descr. ins. st. cruc. West, Hans Beskrivelse over St. Croix. Kiöbenh. 1793. 8vo.

West. bot. univ. Weston, Rich. Botanicus universalis. Tom. 1-4. Lond. 1770. 8vo.

West. cat. Ejusdem The English Flora, or a catalogue of tres, shrubs, plants, and fruits natives, as well exotics as cultivated in England. Lond. 1775. 8vo.

West. suppl. Ejusdem supplement to the English flora. ib. 1780.

White. it. White, Johan Journal of a Voyage to the New South Wales. Lond. 1790. 4to.

Wib. fl. werthem. Wibel, A. W. E. C. Primitiae florae Werthemensis. Jenae 1799. 8vo.

Wigg. prim. fl. hols. Wiggers, Frid. H. Primitiae florae Holsaticae. vide Weber.

Wilden. achill. Wildenow, Carl Tractatus botanico-medicus de Achilleis cui accedit supplementum generis Tanaceti. Halae 1789. 8vo.

Wilden. amaranth. Ejusdem Historia Amaranthorum. Turici 1790. fol.

Wilden. arb. ber. Ejusdem Berlinische Baumzucht. Berlin 1796. 8vo.

Wilden. de fil. Ejusdem Botanische Abhandlung über einige seltene Farrenkräuter. Erf. 1802. 8vo.

Wilden. hort. ber. Ejusdem Hortus Berolinensis. Fascic. 1-3. Berol. 1803. 1804.

Wilden. phyt. Ejusdem Phytographia seu descriptio rariorum minus cognitarum plantarum. Fasc. 1. Erlang. 1794. fol.

Wilden. prodr. Ejusdem Florae Berolinensis prodromus. 1788. 8vo.

Wilden. spec. pl. Ejusdem Species plantarum. Berolini 1797. et seqv. 8vo.

Willem. herb. maur. Willemet, Pier. Remi Franc Herbarium mauritianum. Lips. 1796. 8vo.

Willem. pl. stell. Willemet, Remi Histoire de la famille des plantes etoilées. Strasb. 1791. 8vo.

Willich. illustr. Willich, Christ. Ludiv. Illustrationes quaedam botanicae. Götting. 1766. 8vo.

Willich. obs. Ejusdem De plantis quibusdam observationes. ib. 1762. 8vo.

Winterl. hort. pest. Winterl, Jac. Jos. Index horti Pestini. 1788.

Withering. bot. arrang. Withering, Wil. Botanical Arrangements of the vegetables naturally growing in Great Britain. Vol. 1-4. Birmingh. 1796. 8vo.

Wrigth. quas. Wright, Will. A botanical and medical account of the Quassia Simarouba. 4to.

Zanich. hist. pl. Zanichelli, Joh. Hieron. Istoria delle piante che nascono né lidi intorno a Venezia. Venezia 1735. fol.

Zanon. hist. Zanoni, Jac. Istoria botanica. Bonon. 1742. fol.

Zinn. hort. gött. Zinn, Joh. Gottfr. Catalogus horti Göttingensis. Götting. 1757. 8vo.

Zinn. obs. bot. Ejusdem Observationes botanicae et Anatomicae. ib. 1753. 4to.

Zucc. hort. fl. Zuccagni synopsis plantarum horti botanici musei regii Florentini. Flor. 1801. 4to.

MONANDRIA

ET

DIANDRIA.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores completi, superi.*

1. LOPEZIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 5-petala, inaequalis. *Caps.* 4-valvis, 4-locularis, polysperma.

** *Flores completi, inferi.*

2. HOPEA. *Cal.* ..-partitus. *Cor.* cyathiformis, 4-fida. *Stam.* 2: 1. sterile. *Caps.* 2-valvis, 1-locularis, polysperma.

3. CUCULLARIA. *Cal.* minimus, 4-lobus. *Pet.* 4: duo majora concava, altero basi corniculato: duo interiora, breviora, linearia. *Anth.* loculis discretis.

4. USTERIA. *Cal.* 4-dentatus: lacinia unica reliquis majore. *Cor.* infundibuliformis. *Caps.* 1-locularis, 2-sperma. *Sem.* arillata.

5. QUALEA. *Cal.* 5-phyllus: foliolo unico majore, basi glandula calcarato. *Cor.* 1-petala. *Peric.* 2-loculare, polyspermum.

6. MANGIFERA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5: 3-4-sterilia. *Drupa* baccata, 1-sperma.

7. SALMONEA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 3-fida. *Caps.* 2-locularis, 1-sperma.

8. POLLICHIA. *Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Recept.* squamae baccatae, aggregatae, fructum elevantes.

† *Boerhaaviae nonnullae. Tradescantia monandra. Kyllinga monocephala, maculata.*

MONANDRIA.

* *Flores incompleti.*

9. PHYLIDRUM. *Spathá* 1-flora. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala. *Caps.* 3-locularis, polysperma.

10. SALICORNIA. *Cal.* ventriculosus, integer. *Cor.* o. *Sem.* 1.

11. HIPPURIS. *Cal.* margo bilobus. *Cor.* o. *Stigma* simplex. *Nux* 1-locularis, 1-sperma.

12. ZOSTERA. *Spadix* linearis intra foliorum vaginam, altero latere fructificans. *Cal.* o. *Cor.* o. *Anth.* germine oppositae, alternantes, sessiles. *Caps.* 1-spermae.

† *Valeriana rubra, angustifolia, calcitrapa. Schoeni, Cyperi, Scirpi nonnulli. Alchemilla aphanes, monandra. Polycnemum monandrum.*

DIGYNIA.

13. CORISPERMUM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Sem.* 1. ovale, convexo-planum, nudum.

14. BLITUM. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Sem.* 1. calyce baccato immersum.

† *Mniarum. Leersia monandra. Agrostis cinna. Alopecurus tristachyos. Andropogon dissitiflorum, macrourum. Uniola gracilis. Salsola monandra. Callitriche verna.*

TRIGYNIA.

15. LACISTEMA. *Cal.* Amenti squamae. *Cor.* 4-fida. *Fil.* 2-fidum. *Caps.* baccata, latere dehiscens, 1-locularis. *Sem.* pedicellata.

MONOGYNIA.

1. LOPEZIA. *Cal.* 4-phyllus, supertus. *Cor.* 5-petala, inaequalis. *Caps.* 4-valvis, 4-locularis, polysperma.

1. LOPEZIA foliis ovatis basi attenuatis cauleque tetragono glabris. mexicana.

Lopezia racemosa; caule herbaceo ramoso, foliis alternis ovato-lanceolatis serratis: floribus racemosis. *Cavan. ic.* 1. *p.* 12. *t.* 18.

Pisaura automorpha. *Bonati Monogr. Pad.* 1793. *cum tab.*

Lopezia racemosa. *Curt. Mag. Vol.* 8. *t.* 254.

Lopezia mexicana. *Jaqu. coll. suppl. p.* 3. *Ic. rar. t.* 208.

Habitat in Mexico. ⊙

Caulis *quadripedalis et ultra.* Folia *remote serrata, simpliciter venosa.* Calycis *foliola linearia, purpurea.* Corolla *incarnata: petala duo superiora linearia, breviora, dilutiora; duo cuneata, quintum inferius obcordatum, plicatum.* ✲

2. LOPEZIA foliis ovatis villosis, caule tereti hirsuto. hirsuta.

Lopezia hirsuta. *Jacqu. coll. suppl. p.* 5. *t.* 15. *f.* 4.

Habitat in Mexico? ⊙

Similis praecedenti: at folia *basi non attenuata, frequentius serrata, venae copiosiores;* petala *omnia concolora eam a mexicana distinguere videntur, praesertim cum cultura non mutatur.*

Habitus. Folia *alterna, petiolata, serrata.* Racemi *axillares et terminales:* Pedicelli *capillares.* Bracteae *lanceolatae ad basin pedicellorum, sursum versus sensim minores et angustiores.* ✲

2. HOPEA. *Cal.* 4-partitus: laciniis aequalibus. *Cor.* cyathiformis, 4-fida: laciniis revolutis. *Stam.* 2: 1. sterile. *Caps.* 2-valvis, 1-locularis, polysperma. *Wilden.*

1. HOPEA. *Wilden. in nov. act. soc. am. hist. n.* dichotoma. *Berol.* 3. *p.* 435.

Habitat Tranquebariae. *Röttler.* ⊙

Caulis *uncialis, digitalis vel palmaris, dichotome ramosus, filiformis, tetragonus, angulis membranaceis:* Rami *patentes.* Folia *sessilia, opposita, parva, acuta, glabra, trinervia; caulina ovata, ramorum oblonga, suprema subulata.* Pedunculi *dichotomiae solitarii, terminales ramorum terni, uniflori, breves.*
Calyx *monophyllus, quadripartitus: laciniae lanceolatae, sulcatae.* Corolla *monopetala, cyathiformis.* Limbus *quadrifidus; laciniae ovatae, reflexae.* Stamina *filamenta duo, corollae tubo adnata, brevissima, linearia, opposita, quorum alterum brevius sterile.* Anthera *globosa.* Germen *ovatum.* Stylus *brevissimus.* Stigma *globosum.* Capsula *unilocularis, polysperma. Röttler.*

3. CUCULLARIA. *Cal.* minimus, 4-lobus. *Pet.* 4. duo majora concava, altero basi corniculato; duo interiora breviora linearia. *Anthera* loculis discretis.

excelsa. 1. CUCULLARIA foliis lanceolato-oblongis attenuatis utrinque acutis subtus aureo-tomentosis.

Vochy guianensis. *Aubl. fl. guian.* 18. *t.* 6.
Habitat in sylvis Guianae. *Richard.* ♄
Rami *tomentosi.* Folia *bipollicaria, supra glaberrima, avenia, obsolete nervosa, subtus e tomento levi aureo nitentia.* Petioli *brevissimi.* Stipulae *setaceae, breves.* Racemi *palmares: pedunculi partiales brevissimi; pedicelli unguiculares.* Calyx *margo brevis, quadrilobus, petalo corniculato oppositus, subvillosus.* Corolla *glabra, tetrapetala: petala duo majora, opposita, linearia, extus convexa, intus concava, unicum parum longius, reliqua ante explicationem vaginans, basi in cornu longitudine pedicelli desinens, alterum filamentum fovens; duo lateralia, breviora, tenuiora, sessilia, subtruncata.* Filamentum *unicum, lineare, basin versus sensim angustatum, villosum, concaviusculum latere interiore, dorso uninerve:* Anthera *nervo divisa.* Stylus *filiformis, superne versus sensim parum latior: stigma compressiusculum, subemarginatum.*

Specimen a Richardio mecum communicatum, aeque ac illud in herbario Jussiaei visum, tantum a figura Aubletii tam quoad folia, quam quoad magnitudinem florum petalorumque figuram recedunt, ut vix ejusdem speciei crederem, nisi asseverasset Richardius, qui plantam in eodem loco legit ac Aubletius; sed figurae in opere Aubl. non raro haud bene cum planta consentiunt.

2. CUCULLARIA foliis oblongis obtusissimis emarginatis utrinque glabris. emarginata.

Vochya. *Vand. fl. lusit. et brasil. spec. in Römer script. de pl. hisp. lus. et bras.* 69. *t.* 6. *f.* 1.

Habitat in Brasilia. *Ex herbario Jussiaei.* ♄

Rami *glabri.* Folia *bipollicaria, basi acuta, subcoriacea, utrinque tenuissime venosa.* Petioli *fusci.* Petala *interiora stamine et stylo breviora, exterioribus tenuiora, pallidiora.* Filamentum *breve: anthera filamento triplo longior.* Stylus *adscendens, longitudine filamenti.*

Capsula *triangularis, trivalvis.* Semina *solitaria.* *Vand. l. c.*

Habitus. Arbores *excelsae:* Rami *oppositi, inferne teretes, superne tetragoni.* Folia *opposita, petiolata, integerrima.* Racemus *terminalis, erectus: pedunculi partiales sparsi, biflori.* Flores *pedicellati.*

4. USTERIA. *Cal.* 4-dentatus: lacinia unica reliquis majore. *Cor.* infundibuliformis, 4-dentata. *Caps.* 1-locularis, 2-sperma. *Sem.* arillata. *Wilden.*

1. USTERIA. *Wild. in act. soc. am. hist. nat.* 10. *p.* 51. *t.* 2. guineensis.

Habitat in Guinea. *Isert.* ♄

Rami *oppositi, teretes, glabri, purpurascentes.* Folia *petiolata, opposita, bipollicaria, ovata, obtusa, integerrima, subavenia, utrinque glabra.* Margo *stipularis, obsoletus inter folia.* Corymbus *terminalis, decompositus, patens: pedunculi et pedicelli oppositi, basi* Bracteis *minutis suffulti.*

5. QUALEA. *Cal.* 5-phyllus, foliolo unico majore basi glandula calcarato. *Cor.* 1-petala. *Peric.* 2-loculare, polyspermum.

rosea. 1. QUALEA petalo integro, nectario calyce breviore.

Qualea rosea; floribus amplis, carneis. *Aubl. fl. gu.* 2. *tab.* 1.

Habitat in Guianae *sylvis.* ♄

Rami *inferne teretes, superne tetragoni, subvillosi.* Folia *bi-s-tripollicaria, rigida, oblonga, attenuata, utrinque glabra, transversim subtilissime confertim sublineata, subtus transversim nervosa, nervi ante marginem concurrentes nervumque crenatum utrinque prope marginem formantes, inter nervos venoso-reticulata.* Petiolus *vix unguicularis, glandula impressa, nigra ad basin.* Racemi *terminales, erecti, quinque-sex-pollicares: pedicelli saepe geminati.* Calyx *extus tomentosus.* Petalum *multo majus quam in sequente.* Germen *hirsutum.*

coerulea. 2. QUALEA petalo emarginato, nectario longitudine calycis.

Qualea coerulea floribus parvis. *Aubl. fl. Guian.* 7. *tab.* 2.

Habitat in Guianae *sylvis. Ex herbario Lamarckii.* ♄

Rami *teretes, glabri.* Folia *bi-s-tripollicaria, oblonga, acuminata vel attenuata, apice obtusiuscula, utrinque glaberrima, confertissime nervis tenuissimis sublineata.* Racemi *ex axillis supremis et apice, longitudine folii.* Calyx *pentaphyllus: foliola duo opposita oblonga, obtusa, altero parum majore; duo interiora magis ovata, acutiuscula, altero margine rectiori, altero arcuato, quintum reliquis duplo majus, subrotundum, obtusum, emarginatum: omnia crassiuscula, extus villosa.* Glandula *e basi calycis extus ad foliolum calycinum majus enata, teres, carnosa, adscendens, obtusa, longitudine foliorum calycis minorum.* Petalum *unicum, magnitudine folioli quinti calycis, at multo tenerior, subbilobum.* Germen *parvum villosum,*

incanum. Stylus *filiformis, petalo brevior: stigma obtusum.*
Habitus. Arbores *excelsae.* Folia *petiolata, opposita, integerrima.* Racemi *simplices.*

6. MANGIFERA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5: 3-4-sterilia. *Drupa* baccata, 1-sperma. *Putamine* fibris lignosis crinito.

1. MANGIFERA foliis lanceolatis petiolatis, paniculis erectis, petalis apice patulis, drupa subreniformis glabra. indica.
Mangas. *Clus. exot.* 228 *et* 283.
Persicae similis putamine villoso. *Bauh. pin.* 440.
Mao s. Mau s. Manghas. *Rheed. Mal.* 4. *p.* 1. *t.* 1. 2.
Manga domestica. *Rumph. amb.* 1. *p.* 93. *t.* 25.
Mangifera indica. *Lin. Spec. pl.* 290.
Mangifera amba. *Forsk. descr. p.* 205.
Habitat in India orientali. ♄
Rami *teretes, glabri.* Folia *saepe spithamaea, extrorsum attenuata, subcoriacea.* Petioli *breves, triquetri, versus folium supra plani, basin versus canaliculati, dorso gibbosi, per ramum parum decurrentes.* Panicula *pedalis: pedunculi et pedicelli alterni, remoti, ultimi brevissimi confertiores.* Bractea *ovata ad basin florum.* Stamina *quinque, unicum corolla longius fertile, reliqua sterilia.*
Stamen unicum tantum fertile observarunt quoque Forskal, Lamarck et Richard, duo Röttler.

2. MANGIFERA foliis lanceolatis petiolatis, paniculis erectis, petalis reflexis, drupa cordata pubescente. † foetida.
Manga foetida. *Rumph. amb.* 1. *p.* 98. *t.* 28.
Mangifera foetida; racemis elongatis, petalis integre reflexis, drupa cordata pubescente. *Lour. fl. cochinch.* 160.
Habitat in India orientali. ♄
Folia *triplo majora quam in M. indica, obscure viridia.*
Flores *rubri. Lour. l. c.*
Stamen *quintum reliquis longius. Rumph. l. c.*

3. MANGIFERA foliis lato-lanceolatis sessilibus, paniculis laxis pendulis, drupa subrotunda, laxiflora.

Mangifera laxiflora; foliis ovato-lanceolatis subsessilibus; floribus pentandris; drupa ovata, subrotunda. *Lamarck. dict. bot.* 3. *p.* 497.
Habitat in insula Mauritii. *Ex herbario Lamarckii.*
Rami *teretes, nodoso-cicatricati.* Folia *semipedalia, basin versus angustata.*
Habitus. Arbores *procerae.* Folia *versus apicem ramorum, approximata, alterna, integerrima, glabra, venosissima.* Panicula *terminalis.*
Mangifera axillaris et pinnata Lamarckii minime huc pertinent, et genere quoque inter se differunt. M. axillaris habitu foliorum cum mangiferis quidem convenit, at staminibus decem fertilibus gaudet, stylis quinque et fructu omnino diverso. M. pinnata decandra est, sed habitu toto coelo diversa.

7. SALMONEA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 3-fida. *Caps.* bilocularis, 1-sperma.

Cantoniensis. 1. SALMONEA. *Lour. fl. cochinch.* 14. ☩
Habitat Cantone Sinarum.
Caulis *herbaceus, sex pollicaris, erectus, sulcatus.* Folia *sparsa, cordata, trinervia, acuminata, integerrima, glabra.* Petioli *breves.* Spicae *terminales, simplices, breves.* Flores *violacei.* Calyx *inferus, compressus: laciniae subulatae.* Corolla *formata e lamella oblonga in tubum cylindricum, fissum, longitudinaliter connivente: limbi laciniae rotundatae; media longior, cucullata.* Germen *subrotundum, compressum.* Stylus *inflexus, medio ventricosus: stigma crassiusculum.* Capsula? (silicula *Lour.*) *compressa, biloba, scabra. Lour. l. c.*

8. POLLICHIA. *Cal.* 1-phyllus, 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Sem.* 1. *Recept.* squamae baccatae, aggregatae, fructum elevantes. *Smith.*

campestris. 1. POLLICHIA. *Hort. Kew.* 1. *p.* 5. *Smith. Spicil. bot. fasc.* 1. *p.* 1. *t.* 1.
Neckera campestris. *Gmel. ed. Syst. Lin.* 2. *p.* 6.
Habitat in Cap. b. sp. ♂
Caules *teretes, tomento raro pubescentes, ramosi, declinati.* Folia *verticillata, versus unum la-*

tus vergentia, lineari-lanceolata, acuta, integerrima, glabra. Stipulae *plurimae, membranaceae, lanceolatae, inaequales, persistentes.* Flores *sessiles, congesti in capitulum, axillas trium vel quatuor foliorum occupans. H. Kew. l. c.*

Herba facie Achyranth. corymbosae. Rami *superne canescentes.* Folia *quatuor, quinque vel sex subsericea.* ☼

9. PHYLIDRUM. *Spatha* 1-flora. *Cal.* 0. *Cor.* 4-petala. *Caps.* 3-locularis, polysperma.

1. PHYLIDRUM. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 17. † lanuginosum.
Garciana cochinchinensis; foliis equitantibus: spica terminali. *Loureiro fl. coch. p.* 15.
Philydrum. *Gaertn. de fruct.* 1. *p.* 62. *t.* 16. *f.* 10.
Habitat in locis humidis Cochinchinae *et ad* Cantonem Sinarum.
Caulis *herbaceus, bipedalis, erectus, simplicissimus, teres, lanuginosus.* Folia *subulata, crassa, equitantia, erecta.* Racemi *terminales, elongati, erecti.* Flores *aurei.* Spathae *hirsutae, breves.* Corolla *tetrapetala: petala duo opposita, subrotunda, acuminata, serrata, plicata; duo lateralia lanceolata: omnia pilosa.* Filamentum *planum, subulatum, basi curvatum, utrinque alatum.* Anthera *magna, cochleata.* Germen *superum, ovatum, compressum, pilosum.* Stylus *crassus, filiformis: stigma convexum.* Capsula *compressa, pilosissima. Lour. l. c.*
Antherae geminae secundum Gaertner, *at forte tantum loculae a filamento ulterius excurrente disjunctae, ut figura indicare videtur.*

10. SALICORNIA. *Cal.* ventriculosus, integer. *Pet.* 0. *Sem.* 1. (*Stam.* 1-2.)

1. SALICORNIA herbacea, patula, articulis apice compressis emarginatis, spicis axillaribus oppositis pedunculatis, squamis obtusis. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 23. herbacea.
Salicornia. *Dod. pempt.* 84.

Salicornia herbacea; herbacea, patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis. *Lin. Syst. Veg.* 53. *Bast. opusc. v.* 2. *p.* 105. *t.* 10. *Fl. Dan. t.* 303.

biennis. β. Woody jointed Glasswort. *Pet. H. Brit. t.* 9. *f.* 1.

Salicornia erecta, foliis brevibus, cupressiformis. *Dill. in Raii Syn.* 137.

myosuroides. γ. Salicornia myosuroides procumbens, surculis longissimis. *Dill. in Raii Syn.* 137.

purpurascens. δ. Salicornia ramosior procumbens, foliis brevibus purpurascentibus. *Dill. in Raii Syn.* 137.

major. ε. Kali geniculatum majus sempervirens humilius. *Schola bot.* 37.

Habitat in Europae *littoribus maritimis arenosis.* ⊙ ♂

Caulis *erectus vel adscendens, articulatus; articulis apice dilatatis, ramosus:* Rami *oppositi.* Spicae *axillares parum minores terminali, teretes, attenuatae.* Flores *tres in singulo articulo, utrinque oppositi, intermedius superior.* Squama *calycina oblonga, obtusa.*

β. Gaudet caule ramosiori, spicis longioribus et crassioribus; γ. caule diffuso, spicis longissimis; δ. caule ramosissimo, spicis parvis, purpurascentibus; ε. caule ramosissimo firmiori, spicis brevibus, viridibus. Smith. fl. Angl. 1. *p.* 3.

Stamina *duo numerat Forster in Act. Angl.* 1767. *v.* 57. *t.* 312. *sic etiam Moehring in Erh. Beitr. 7. p.* 179. *Observationem Moehringii veram esse: scilicet quod Anthera unica primum apparet ad latus trianguli, hac evanescente prodit altera ad oppositum latus post aliquot dies, ex propria autopsia asseverare queo.*

indica. 2. SALICORNIA articulis clavatis compressiusculis truncatis bidentatis, spicis terminalibus cylindricis solitariis obtusis. *Wild. in nov. act. soc. am. hist. nat.* 2. *p.* 111. *t.* 4. *f.* 2.

Habitat ad littora maris in vastis planitiebus copiose prope Tranquebar. *Röttler.*

Caulis *diffusus, decumbens, saepius initio repens, basi tantum ramosus et multo crassior quam S. herbaceae, uti tota planta glauco-virescens:* Rami *oppositi, ramosi; articuli semiunguiculares, denticulis articulorum carinatis. Röttler.*

Spicae *terminales, pollicares, vel ultra, crassae, teretes, e squamis truncatis arcte imbricatae.*

3. SALICORNIA herbacea, patula, articulis apice compressis bifidis, spicis axillaribus ternis pedunculatis, squamis acutis. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 24. ☥ perennans.

Salicornia herbacea *β. Pall. it.* 1. *app. no.* 89. *t. D. f.* 1.

Habitat in paludibus siccioribus in Sibiria *ad* Jaikum. ♃

Radix *perennis.* Caules *prostrati, tenuiores et ramosiores quam in herbacea. Pall. l. c.*

4. SALICORNIA caule erecto fruticoso, articulis ramulorum ancipitibus, squamis floralibus truncatis membranaceis. *Wild. spec.* 1. *p.* 24. fruticosa.

Kali. *Camer. Epit.* 246.

Salicornia fruticosa; caule erecto fruticoso. *Lin. Spec. pl.* 5.

Habitat in Europae maritimis. ♄

Caulis *ramosissimus:* Rami *oppositi: articulis subcylindricis.* Spicae *sessiles, oppositae, unguiculares, obtusae.*

5. SALICORNIA herbacea, erecta, ramis simplicissimis. *Lin. Syst. veg.* 52. ☥ virginica.

Habitat in Virginia.

Rami *oppositi, indivisi, terminati spica longa, articulata. In specie quadam Virginiana, quam nuper ante oculos habui vivam, erat* calyx *squama ovata cochlearis instar concava erecta.* Stamina *certe duo.* Pistillum *superum. Lin. l. c.*

6. SALICORNIA fruticosa, articulis inferioribus subglobosis, superioribus cylindricis cruciatis. cruciata.

Salicornia cruciata; fruticosa: pedunculorum articulis cruciatis: caulis globosis. *Forsk. descr. p.* 2. *Icon. t.* 1.

Habitat Alexandriae *ad salinas.* ♄

Caulis *procumbens, teres:* Rami *conferti, erecti, articulati; articuli inferiores steriles, minores, sextuplici ordine squamarum tuberculati; superiores majores, floriferi, transverse cylindrici, squamati, floribus sparsis, nudis ad apices squamarum, quae succulentae. Forsk. l. c.*

7. SALICORNIA caule prostrato, articulis truncatis alternatim spiciferis, spicis nudis brevissimis oppositis. *Wild. Spec. pl.* 1. *p.* 25. strobilacea.

Salicornia arborescens sine geniculis. *Buxb. Cent.* 1. *p.* 6. *t.* 10. *f.* 2.
Salicornia strobilacea. *Pall. it.* 1. *app. n.* 91. *t. E.*
Habitat in praeruptis salsis maris Caspici.
Caules *suffruticosi, pedales.* Rami *erecti, ramosi.* Spicae *sessiles, decussantes, cylindricae, obtusae, flores in singula circiter viginti. Pall. l. c.*

caspica. 8. SALICORNIA articulis cylindricis, spicis filiformibus. *Lin. Syst. veg.* 52.
Kali arborescens, tamarisci facie. *Buxb. Cent.* 1. *p.* 7. *t.* 11. *f.* 1.
Salicornia caspica. *Pall. it.* 1. *app. n.* 90. *t. D. f.* 2.
Habitat in squalidis maris Caspici *et* Mediae. ♄
Gigas in suo genere. Truncus *fere arboreus:* Ramorum *articuli cylindrici.* Spicae *pedunculatae, saepe bipollicares, floribus confertim creberrimis imbricatae. Pall. l. c.*

arabica. 9. SALICORNIA foliis alternis vaginalibus obtusis hinc dehiscentibus. *Lin. Suppl.* 91.
Kali arabum secundum genus. *Dalech. Lugd. app. p.* 20.
Salicornia arabica. *Pall. it.* 1. *app. n.* 9. *t. D. f.* 3.
Habitat in Arabia. ♄
Fruticulus *vix pedalis.* Caules *plures, erecti, cortice aequali, rimoso albido:* Rami *annui, alternatim sparsi et subdivisi; articulis ovatis, superne angulo prominulis.* Spicae *in ramis externis, tres vel quatuor, interdum plures, alternae, parvae, ovatae, torulosae.* Flores *pauci in singula spica. Pall. l. c.*

foliosa. 10. SALICORNIA foliis linearibus alternis amplexicauli-decurrentibus. *Lin. Suppl.* 81.
Salicornia foliata. *Pall. it.* 1. *app. n.* 93. *t. C.*
Habitat in Sibiria, *ad mare* Caspicum. ♄
Fruticulus *pedalis:* Rami *annui, sparsi; articulis obovatis, superius excrescentibus in* Foliis *crassis, teretibus, obtusis, quadrifariam patentibus.* Spicae *alternae in foliorum axillis vel internodiis, sessiles, saepe unciales, cylindricae vel fusiformes.* Flosculi *areolis tribus spatioribus, in angulum positis constant, quarum laterales trapeziae, minores,* Antheras *fere sessiles sustinent; media pentagona,* stylo *centrato bifurco. An varietas Sal. arabicae? Pall. l. c.*

11. SALICORNIA foliis alternis orbiculatis perfo- perfoliata.
liatis, ramis dichotomis.
Salicornia perfoliata; fruticosa; foliis carnosis, urceolato-orbiculatis, caule perfoliatis. *Forsk. descr. p.* 3. non *Icon.*
Habitat ad littora Maris rubri. ♄
Caulis *diffusus, teres, non articulatus, interdum crassitie pennae anserinae, pedalis, flexuosus.* Folia *conferta, vix semiunguicularia: in juniori planta nondum frugifera vagina crassa urceolata, circa caulem decurrentia.* Spicae *axillares et terminales pedunculatae, saepe sesquipollicares, teretes, floribus ternatim positis.*

12. SALICORNIA foliis cordatis amplexicaulibus. amplexicaulis.
Symb. bot. 2. p. 1.
Habitat in Agro Tunetano. ☉
Caulis *palmaris vel parum ultra, lignosus, decumbens, ramosissimus:* Rami *alterni, patentissimi, sesquipollicares, bini semper approximati, ex omnibus axillis foliorum.* Folia *parva, alterna, obtusiuscula, subtus convexa, supra planiuscula, in ramis junioribus imbricata.*
Habitus. Carnosae, plerumque caule *vel* ramis *articulatis.* Flores *spicati.*

11. HIPPURIS. *Cal.* margo bilobus. *Pet.* 0. *Stigma* simplex. *Nux* 1-locularis, 1-sperma. *Gaertn.*

1. HIPPURIS foliis stellatis plurimis linearibus vulgaris.
acutis. *Wilden. Spec. pl.* 1. *p.* 26.
Lemnopeuce. *Cordi hist.* 150. *Vaill. in act. par.* 1719. *t.* 1. *fig.* 3.
Polygonum femina. *Math. p.* 952.
Hippuris vulgaris. *Lin. Spec. pl.* 6. *Fl. Dan. t.* 97.
Hippuris vulgaris; foliis octonis subulatis. *Lin. Suppl.* 81.
β. Equisetum palustre linariae scopariae folio. *Bauh. prodr.* 12.
Habitat in Europae *fontibus, fossis aquosis, lacubus.* ♃
Caulis *uni-bipedalis.* Folia *octo ad duodecim.* Flores *interdum polygami. Hellenius.*

2. HIPPURIS foliis inferioribus quaternis, supe- maritima.
rioribus senis. *Wilden. Spec. pl.* 1. *p.* 27.

Hippuris tetraphylla; foliis quaternis oblongis obtusis. *Lin. Suppl.* 9.

Hippuris lanceolata; foliis lanceolatis, inferioribus quaternis, superioribus quinis. *Retz obs.* 3. *p.* 7. *t.* 1.

Hippuris maritima; foliis stellatis subsenis: submersis spathulatis; emersis ovatis obtusis. *Helen. Diss. in Usteri Delect. opusc.* 1. *p.* 1 . *t.* 1.

Habitat prope Aboam *ad littora maris, in* Finmarkia *prope* Wadsöe *in aquis stagnantibus.* 4

Caulis *palmaris vel parum ultra.* Folia *inferiora remota, ovata, reflexa, superiora linearilanceolata, longitudine internodiorum, apicem versus confertiora.*

Habitus. Caulis *erectus, simplicissimus, inanis, articulatus, glaber, uti tota planta.* Folia *verticiliata, sessilia, integerrima.* Flores *axillares, solitarii, sessiles.*

12. ZOSTERA. *Spadix* linearis intra foliorum vaginam, altero latere fructificans. *Cal.* -. *Cor.* -. *Antherae* germine oppositae, alternantes, sessiles. *Caps.* monospermae.

marina. 1. ZOSTERA foliis integerrimis subtrinerviis, caule teretiusculo.

Alga. *Raii Syn.* 52.

Zostera marina; pericarpiis sessilibus. *Lin. Syst. veg.* 874. *Fl. Dan. t.* 15.

Habitat in littoribus marinis.

Radix *fibrosa.* Caules *articulati, subramosi.* Folia *alterna, basi vaginantia, graminea, longissima, obtusa, supra basin interne fissa,* Spatham *formantia,* Spadicem *planum linearem, altero latere fructificantem e fissura exserentia.* Anthera *oblonga, ad latus germinis, cum proxima superiori alternans.* Germen *oblongum.* Stylus *unicus: stigmata duo.*

uninervis. 2. ZOSTERA foliis integerrimis uninerviis, caule compresso, geniculis incrassatis.

Zostera uninervis. *Forsk. descr. p.* 157.

Habitat in Mare rubro.

Caulis *flavus, articulatus; geniculis infractis.* Folia *spithamaea et ultra, angustiora quam in Z. maritima, nervo medio obscuro, laterales nulli, basi vaginantia.*

3. ZOSTERA foliis confertis retusis ciliato-serrulatis. ciliata.

Zostera ciliata; stipite viridi, vaginis imbricato; foliis distichis, apice retusis; ciliatis margine et ejus basi amplexantibus folia superiora. *Forsk. descr. p.* 157.

Habitat in Mari rubro.

Caulis *interdum pedalis, compressus, versus folia latior, articulatus; articuli breves, post casum foliorum oblique annulato cicatricati, vaginis imbricatus.* Folia *disticha, approximata, spithamaea, pollicem et ultra lata, frequentissime ciliata, praesertim inferiora, obtusa, emarginata, subtilissime nervoso-striata.* Vaginae *pollicares, flavescentes, cuneatae, margine folium superius amplectentes.*

4. ZOSTERA foliis geminatis petiolatis, stipulis oppositis conduplicatis. stipulacea.

Zostera stipulacea; stipulis oppositis, oblongis, complicatis; foliis geminatis oblongo-lanceolatis, petiolatis. *Forsk. descr. p.* 158.

Habitat ad littora Maris rubri.

Caulis *cylindricus, spithamaeus, articulatus; articuli stipulis breviores.* Folia *duo, petiolata, veluti e spatha exeuntia, bi-tripollicaria, semiunguem lata, aequalia, obtusa, remote serrulata, pallide viridia, oculo armato strigis minutis adspersa, nervus utrinque pone marginem praeter costalem aliique obliqui, obscuri, hyalini, distantes.* Stipulae *semipollicares, oblongae, obtusae, hyalinae, alternatim foliiferae.* Petioli *lineares, virides, hyalini.*

Nec hujus, nec antecedentis fructificationem vidi.

Habitus. Folia *linearia, alterna.*

DIGYNIA.

13. CORISPERMUM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 1. ovale, convexo-planum, nudum.

1. CORISPERMUM floribus axillaribus solitariis pedunculatis, foliis enerviis inermibus. orientale.

Corispermum orientale; foliis linearibus angustis, summitatibus floriferis subpaniculatis pubescentibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 15.

Habitat in Oriente. ⊙

Caulis *erectus, cortice viridi-canescente, superne albido-lineatus, oculo armato villosus.* Folia *bipollicaria, basin versus sensim angustata, glabra, obtusiuscula, crassa.* Flores *versus apices ramorum, alterni, pedunculati.* Pedunculi *folio florali lineari duplo breviores.* ✲

hyssopifolium. 2. CORISPERMUM spicis terminalibus, floribus distantibus, foliis enerviis bracteisque inermibus.

Corispermum hyssopifolium. *Juss. in Act. par.* 1712. *p.* 244.

Corispermum glabrum, majus, longissimis foliis. *Amman. ruth. n.* 225. *prima spec. p.* 159.

Corispermum floribus lateralibus. *Lin. Hort. Ups.* 2. hyssopifolium. *Syst. veg.* 52.

Corispermum hyssopifolium. *Pall. fl. ross.* 2. *p.* 112. *tab.* 98. *fig. E.*

Habitat ad Wolgam Tartariae: *Gillau* Borussiae, Monspelii, *locis arenosis.* ⊙

Caules *semipedales, teretes, saepe flexuosi, pallide lineati, glabri, aetate saepe purpurascentes:* Rami *patentes, ramulosi.* Folia *sessilia, bipollicaria vel parum ultra, acutiuscula, minime mucronata, crassiuscula.* Bracteae *lanceolatae, margine membranaceae.* Semina *orbiculata, membrana cincta, bractea breviora.* ✲

Alium vidi bracteis ovatis acuminatis minoribus, forte tantummodo varietas.

Haller *stamina quatuor in planta culta vidit;* Pallas *duo vel tria in spontanea.*

squarrosum. 3. CORISPERMUM spicis axillaribus, floribus confertis imbricatis, foliis enerviis bracteisque mucronatis subpungentibus.

Rhagrostis semine Pastinacae. *Buxb. Cent.* 3. *p.* 30. *t.* 55.

Corispermum. *Amman. ruth. n.* 225. *spec.* 2da *p.* 159.

Corispermum spicis squarrosis. *Lin. Hort. Ups.* 3. squarrosum. *Syst. veg.* 52.

Corispermum hyssopifolium. *Pall. fl. Ross.* 2. *p.* 112. *t.* 98. *f. A. B. D.*

Habitat ad ripas fluviorum Rossiae *et* Sibiriae. ⊙

Caulis *teres, albido-lineatus, superne villosus.* Folia *angustiora quam in hyssopifolio, at longiora.* Spicae *unguiculares, primum minores sub-*

sessiles, dein pedunculatae, villosae. Flores *infimi parum remoti, reliqui conferti.* Bracteae *infimae lineari-lanceolatae, superiores ovato-lanceolatae, apice patentes, margine membranaceae, uti folia mucrone brevi flavescente terminatae.*
Stamina quinque numeravit Pallas.

4. CORISPERMUM floribus axillaribus aggregatis, foliis lineari-lanceolatis nervosis bracteisque subulatis pungentibus. **pungens.**

Rhagrostis foliis arundinaceis. *Buxb. Cent.* 3. *p.* 30. *t.* 56.

Corispermum squarrosum; spicis axillaribus squarrosis, foliis lanceolato acuminatis pungentibus nervosis. *Pall. fl. ross.* 2. *p.* 111. *t.* 99.

Habitat in arenosis aridissimis deserti Comani *et* Caspici. *Rudolph. Prof. chirug. Petropoli.*

Caulis *erectus, teres, striatus; striis albidis, villosus, praesertim superne subcanescens:* Rami *cauli simillimi.* Folia *sessilia, distantia, bipollicaria, patentissima, lineari-lanceolata subfalcata, glabra, nervosa, striata, in spinam pungentem flavescentem attenuata.* Flores *axillares, aggregati, interstincti bracteis, rigidis, pungentibus.*

Stylus mucro bifidus. Semina haud marginata. Pall. l. c.

Habitus. Caulis *herbaceus, ramosus:* Rami *alterni.* Folia *sessilia, linearia, integerrima.*

14. BLITUM. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 1. calyce baccato immersum.

1. BLITUM capitellis spicatis terminalibus. *Lin.* **capitatum.** *Syst. veg.* 53.

Atriplex mori fructu, major, seu frugifera, major. *Moris. hist.* 2. *p.* 606. *sect.* 5. *t.* 32. *f.* 5.

Habitat in Europa: *praesertim comitatu* Tyrolensi. ⊙

Caulis *pedalis et ultra, erectus, parum ramosus.* Folia *triangularia, dentata, majora quam in sequente.* Glomeruli *florum inferiores axillares, sessiles; superiores alterni in Spica apicylla.*

2. BLITUM capitellis sparsis lateralibus. *Lin. Syst.* **virgatum.** *veg.* 53. *Curt. magaz. vol.* 8. *t.* 276.

Atriplex baccifera sylvestris. *Clus. hist.* 2. *p.* 136.

minus. β. Atriplex sylvestris lappulas habens. *Bauh. phytop.* 196. *prodr.* 58. *n.* 2.

Atriplex mori fructu minima. *Moris. hist.* 2. *p.* 606. *sect.* 5. *t.* 32. *f.* 11.

chenopodioides. γ. Blitum chenopodioides capitellis verticillatis exsuccis. *Lin. Mant.* 170.

Habitat in Hispania, Gallia narbonensi, γ. *in* Tataria *et* Svecia. ⊙

Caules *debiles, ramosiores quam in priori, pedales et ultra.* Folia *inferiora cordato-triangularia, superiora lanceolato-triangularia, inaequaliter dentata, dentibus ad basin longioribus attenuatis, unde superiora subhastata.* γ. *Monstrositas est ex observatione* Retzii. Caulis *interdum palmaris, simplex vel prope radicem in ramos unum vel duos simplices adscendentes divisus.* Folia *saepe opposita, interdum aggregata, sessilia vel petiolata, lanceolata, rhombeo-lanceolata vel deltoidea.* Verticilli *duo vel tres terminales.* ☆

Habitus. Caulis, *uti tota planta, glaber, ramosus.* Folia *petiolata, alterna.* Flores *glomerati.*

TRIGYNIA.

15. LACISTEMA. *Cal.* amenti squamae. *Cor.* 4-fida. *Filam.* 2-fidum. *Caps.* baccata, latere deliscens, 1-locularis. *Sem.* pedicellata, pendula.

myricoides. 1. LACISTEMA. *Swartz. prodr.* 12. *Flor. ind. occid.* 2. *p.* 1092.

Piper aggregatum. *Berg. in act. helv.* 7. *p.* 131. *t.* 10.

Nematospermum laevigatum; foliis ovatis, glaberrimis, capsula ovali, laevi. *Act. soc. hist. nat. par.* 1. *p.* 105.

Habitat in frutetis Jamaicae *occidentalis Swartz, in* Cajenna *von Rohr, Richard,* Surinami *Rolander.* ♄

Rami *teretes, apice compressiusculi, glabri, cortice inferne cinereo, superne purpurascente.* Folia *petiolata, bi-quadripollicaria, lanceolato-elliptica, acuminata, basi apiceque acuta,* ex-

trorsum obsolete serrata, inferne integerrima, utrinque glabra, venosa. Petiolus *unguicularis.* Antherarum *loculae disjunctae.*

Una cum speciminibus plurimis, descriptionem in loco natali adornatam, misit optimus v. Rohr, *quam, cum haec in nonnullis ab amicissimi* Swartzii *recedit, non abs re fore mihi visum est heic addere.*

Amenta *axillaria, tria ad octo, longitudine petioli, teretia, obtusiuscula, undique imbricata squamis unifloris: squamulae duae, minutissimae, ad latera majoris.* Corolla *quadridentata, basi squamae singuli amenti affixa.* Nectarium *membrana colorata, hinc inde fissa, germen cingens.* Filamentum *unicum, bifidum, squamae amenti oppositum, adscendens.* Germen *globosum.* Stylus *nullus.* Stigmata *tria, minima, divergentia.* Capsula *carnosa, rubra, apice obliqua, basi turbinata, obsolete triquetra, unilocularis, latere longitudinaliter dehiscens.* Semina *plerumque duo, carne alba pauca tecta, ovata cum sulco, quae per filamentum recepiaculo ameaum dependent. Quamvis semper semina duo invenerim, receptacula nihilo minus tria aderant, quod suspicionem movet unum ex illis marcessere.* v. Rohr. *Celeb.* Swartzius *aeque ac* Richardius *dubitare videntur num* Nematospermum *et* Lacistema *congeneres sint.* Richardii *et* Rohrii *plantae non differre nullum dubium est, cum in eodem loco lectae sunt, practerea specimina in herbario* Rich. *ne unguem a* Rohrii *discedunt.* Bergius Piperem aggregatum *verosimile a* Rolandro *habuit, in cujus itinerario et herbario occurrit sub nomine* Piperis menandri *et exacte quadrat cum* Nematosp. Richardii, *denique nullum discrimen inter has tres et speciminen ab ipso* Swartzio *missum indagare potui, hinc persuasus sum* Nematospermum *nequidem specie multo minus genere a* Lacistemate *differre.*

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores completi, inferi, monopetali, regulares.*

64. CODARIUM. *Cor.* petalum 1. lineari-lanceolatum. *Legum.* pedicellatum, subtrispermum.

59. BOERHAAVIA. *Cor.* 1-petala, plicata, apice calycis insidens. *Sem.* 1. calyce clauso corticatum.

67. MAYTENUS. *Cor.* campanulata, integra. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis, 2-sperma.

23. OLEA. *Cor.* 4-fida: laciniis subovatis. *Drupa* putamine osseo, 1-2-loculari, 1-2-spermo.

24. CHIONANTHUS. *Cor.* 4-fida: laciniis linearibus longis. *Drupa* putamine osseo, striato, 1-spermo.

19. PHILLYREA. *Cor.* 4-fida. *Drupa* baccata: putamine chartaceo, 2-loculari. *Sem.* solitaria.

18. LIGUSTRUM. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 2-locularis: loculis 2-spermis.

21. SYRINGA. *Cor.* infundibuliformis, 4-fida. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis. *Sem.* margine membranaceo cincta.

22. FORSYTHIA. *Cor.* campanulata, 4-fida.

38. SARMIENTA. *Cor.* tubulosa, superne ventricosa, 5-fida. *Stam.* 5: 3. sterilia. *Caps.* 1-locularis, circumscissa.

66. ERANTHEMUM. *Cor.* 5-fida: tubo medio curvato. *Caps.* polysperma.

16. NYCTANTHES. *Cor.* hypocrateriformis, 5-8-fida: laciniae oblique truncatae. *Caps.* compressa, marginata, 2-locularis.

17. JASMINUM. *Cor.* hypocrateriformis, 5-8-fida. *Bacca* 2-cocca vel 2-locularis. *Sem.* solitaria.

† *Limosella diandra.*

** *Flores completi, inferi, monopetali, irregulares. Fructus capsulares.*

27. STRIGA. *Cor.* 4-fida: lacinia suprema majore, emarginata. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

29. VERONICA. *Cor.* limbo 4-partito: lacinia inferiore angustiore. *Caps.* 2-locularis.

28. MICRANTHEMUM. *Cor.* subcampanulata, 4-partita: lacinia superiore minore. *Caps.* 2-valvis, 1-locularis, polysperma.

34. GALIPEA. *Cor.* hypocrateriformis, 4-[illegible]-fida, subinaequalis. *Stam.* 2. sterilia. *Germ.* subpentagonum. *Stigma* [illegible]-sulcum.

39. SANCHEZIA. *Cor.* tubulosa, 5-fida: laciniae 2. superiores breviores. *Stam.* 2. sterilia. *Anth.* aristatae. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis.

36. CHAETOCHILUS. *Cor.* tubulosa: limbo 5-partito; laciniis linearibus, 2. superioribus brevioribus. *Caps.* ore 4-dentato, 2-locularis, polysperma.

37. SCHWENCKIA. *Cor.* tubulosa, subregularis, 10-dentata, dentibus alternis glandulosis majoribus. *Stam.* 3. sterilia. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis, polysperma.

31. RÖTTLERA. *Cor.* incurvata, fauce inflata, subaequalis, 5-fida. *Stam.* 2. sterilia. *Caps.* 2-valvis, polysperma.

32. GRATIOLA. *Cor.* irregularis, resupinata. *Stam.* 2. sterilia. *Stigma* 2-labiatum. *Caps.* 2-locularis.

43. SCHIZANTHUS. *Cor.* 2-labiata, resupinata: labio superiore 5-partito, inferiore 3-partito. *Stam.* 2, sterilia. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis.

33. CARANGA. *Cor.* calyce brevior: labio inferiore latiore. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis, polysperma, calyce bivalvi tecta.

35. SCIURIS. *Cor.* 5-fida, subbilabiata. *Stam.* 3. sterilia. *Stigma* subtrilobum. *Caps.* 5. coalitae, 1-loculares, intus 2-valves. *Sem.* 1.

40. CYRTANDRA. *Cor.* 5-fida, irregularis. *Stam.* 2. sterilia. *Bacca* 2-locularis.

41. ELYTRARIA. *Cor.* 5-fida, subaequalis. *Stam.* 2. sterilia. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis. *Sem.* dissepimento valvis contrario inferne adnexa.

42. JUSTICIA. *Cor.* irregularis, vel subregularis. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis: dissepimentum valvis contrarium: retinaculis seminum uncinulatis.

30. WULFENIA. *Cor.* ringens. *Caps.* 4-valvis, 2-locularis.

44. BÆA. *Cor.* 2-labiata: labiis planis; superiore 3-dentato; inferiore emarginato. *Caps.* 4-valvis, 2-locularis, contorta.

45. CALCEOLARIA. *Cor.* 2-labiata: labium inferius inflatum, calceiforme. *Caps.* semibivalvis: valvulis 2-fidis.

46. PINGUICULA. *Cor.* ringens, calcarata. *Caps.* 1-locularis. *Cal.* 2-labiatus, 5-fidus.

47. UTRICULARIA. *Cor.* ringens, calcarata. *Caps.* 1-locularis. *Cal.* 2-phyllus, aequalis.

† *Martynia diandra. Hemimeris sabulosa, montana. Bignonia catalpa, longissima. Selago angustifolia. Hebenstreitia fruticosa.*

*** *Flores completi, inferi, monopetali. Fructus gymnospermi.*

48. STACHYTARPHETA. *Cor.* hypocrateriformis, inaequalis, 5-fida, curva. *Stam.* 2. sterilia. *Sem.* 2.

49. LYCOPUS. *Cor.* tubulosa, subaequalis, 4-fida: lacinia superiore latiore emarginata. *Sem.* 4. retusa.

50. AMETHYSTEA. *Cor.* subaequalis, 5-fida: lacinia infima longiore, concava. *Sem.* .. gibba.

51. HOSLUNDIA. *Cor.* ringens: labio superiore concavo. *Stam.* 2. sterilia. *Sem.* 4. intra calycem baccatum.

52. CUNILA. *Cor.* ringens: labio superiore erecto, plano, emarginato. *Stam.* 2. sterilia.

53. ZIZIPHORA. *Cor.* ringens: labio superiore reflexo, integro.

54. MONARDA. *Cor.* ringens: labio superiore lineari, filamenta involvens.

55. ROSMARINUS. *Cor.* ringens: labio superiore bipartito. *Filam.* longa, simplicia cum dente.

56. SALVIA. *Cor.* ringens. *Filam.* transverse pedicello affixa.

57. COLLINSONIA. *Cor.* inaequalis: labio inferiore multifido, capillari. *Sem.* 4: 3. abortientia.

**** *Flores completi, inferi, polypetali.*

20. FONTANESIA. *Cor.* 2-petala. *Caps.* membranacea, non dehiscens, 2-locularis: loculis 1-spermis.

61. LITHOPHILA. *Cor.* 3-petala: nectario 2-phyllo.

25. LINOCIERA. *Cor.* 4-petala. *Bacca* exsucca, 2-locularis: loculis 1-spermis.

60. ACÆNA. *Cor.* 4-petala, apice calycis inserta. *Stam.* 2. 4. 5. *Stigma* penicillatum. *Sem.* 1. calyce corticatum.

† *Mangifera indica. Fraxinus Ornus. Commelina vaginata, nudiflora. Kyllinga scirpoides, pumila, capillaris. Viola diandra. Lythrum thymifolium. Coronopus didyma. Lepidium iberis, virginianum.*

***** *Flores completi superi.*

62. COLUMELLA. *Cor.* rotata. *Anth.* plicatae. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis: valvulis duplicatis.

38. MORINA. *Cor.* 2-labiata. *Cal.* duplex: exterior inferus, tubulosus; interior superus 2-fidus. *Sem.* 1. calyce interiore coronatum.

63. CIRCÆA. *Cor.* 2-petala. *Caps.* 2-locularis: loculis 1-spermis.

† *Fedia incrassata.*

****** *Flores incompleti.*

68. PIMELEA. *Cor.* infundibuliformis, 4-fida. *Nux* corticata, 1-locularis.

69. MARGYRICARPUS. *Cor.* 0. *Cal.* 4-5-partitus. *Stigma* peltatum. *Drupa* nucleo 1-spermo.

DIANDRIA.

26. FRAXINUS. Cor. 0. vel 4-petala. *Sam.* 2-locularis. *Sem.* 1. vel pauca, pendula.

65. DIALIUM. *Cor.* 5-petala. *Stam.* ad latus superius receptaculi.

† *Salicornia herbacea, virginica. Pipera nonnulla. Polycnemum sclerocarpum. Schoenus mariscus, cladium, albus, setaceus, capillaris. Cyperus confertus. Scirpus ovatus, dipsaceus, glomeratus. Anychia dichotoma. Lepidium petraeum.*

DIGYNIA.

70. GUNNERA. *Cor.* 0. *Cal.* 2-dentatus. *Drupa* subcarnosa, calyce accreto coronata.

71. MNIARUM. *Cor.* 0. *Cal.* 4-fidus. *Sem.* 1. calyce incrassato corticatum.

72. ANTHOXANTHUM. *Cal.* gluma 1-flora. *Cor.* gluma bivalvis, aristata.

† *Corispermum hyssopifolium. Salvia cretica. Crypsis aculeata. Piper callosum, secundum. Polycnemum salsum. Saccharum Koenigii, Thumbergii, altissimum, brevibarbe. Agrostis mexicana, diandra, tenuiflora. Poa prolifera. Bromus rigidus, diandrus. Buffonia tenuiflora. Salix hermaphrodita.*

TRIGYNIA.

73. PIPER. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Bacca* 1-sperma.

† *Holosteum diandrum. Euphorbia hypericifolia, chamaesyce, maculata, myrtifolia.*

MONOGYNIA.

16. NYCTANTHES. *Cal.* tubulosus, integer. *Cor.* hypocrateriformis, 5-8-fida: laciniae oblique truncatae, emarginatae. *Caps.* compressa, marginata, 2-partibilis, 2-locularis. *Sem.* solitaria.

1. NYCTANTHES. arbor triftis.

Arbor tristis. *Clus. exot.* 225. 279.
Mania-pumeran. *Rheed. Mal.* 1. *p.* 35. *t.* 21.
Nyctanthes arbor tristis; caule tetragono, foliis ovatis acuminatis, pericarpiis membranaceis compressis. *Lin. Syst.* 56.
Scabrita triflora. *Lin. Mant.* 37. Scabra. *Syst. veg.* 152. *Vahl. Symb. bot.* 2. *p.* 28.
Parilium arbor tristis. *Gaertn. de fruct.* 1. *p.* 234. *t.* 57. *f.* 2.
Habitat in India. ♄
Arbor. Rami *tetragoni*, *oppositi*, *angulis scabris*. Folia *petiolata*, *tripollicaria*, *opposita*, *ovata*, *attenuata*, *scabra*, *subnervosa*, *avenia*, *inferiora utrinque dentibus* 2-3-*remotis*, *suprema integerrima*. Pedunculi *axillares et terminales*: *ramorum*, *oppositi*; *partiales terni*; *tetragoni*, *scabri*, *intermediis lateralibus saepe longior*, *iterum trifidus vel pedicellis racemosis oppositis*: *folium parum ol longum ad basin pedunculorum partialium*. Flores *sessiles*, *involucrati*: *foliolis oblongis*, *villosis*, *calyce parum brevioribus*. Calyx *tubulosus*, *superne versus parum sensim ampliatus*, *villosus*. Capsula *obcordata*. Semina *obovata*, *plana*.

17. JASMINUM. *Cal.* 5-dentatus, vel 5-9-fidus. *Cor.* hypocrateriformis, 5-9-fida. *Bacca* 2-cocca, vel 2-locularis. *Sem.* solitaria.

* *Foliis simplicibus.*

1. JASMINUM foliis ovatis subcordatisque glabris, ramis petiolisque pubescentibus. Sambac.

Sambac arabum sive Gelseminum arabicum. *Alpin. Aegypt.* 72.
Nalla-mulla. *Rheed. Mal.* 6. *p.* 87. *t.* 50.

Iasminum limonii folio conjugato. *Burm. Zeyl.* t. . *t.* 58. *f.* 2.

Nyctanthes Sambac, foliis inferioribus cordatis obtusis, superioribus ovatis acutis. *Lin. Hort. Ups.* 4.

trifoliatum. *β.* Kudda-mulla. *Rheed. Mal.* 6. *p.* 89. *t.* 51.

Nyctanthes grandiflora; foliis ternis oppositisque. *Lour. fl. Cochin.* 21.

Habitat in India. ♄

Rami *interdum volubiles, uti petioli, pedunculique pubescentes.* Folia *breviter petiolata, remota, venosa, glabra, membranacea, opaca, integerrima, mucronata.* Pedunculi *terminales, trichotomi, pedicelli intermedii triflori, laterales uniflori.* Calycis *laciniae subulatae, corolla dimidio brevlores.*

Variat flore simplici et pleno.

pubescens. 2. JASMINUM foliis cordatis utrinque pubescentibus, ramis hirsutis.

Nyctanthes pubescens; ramis teretibus hirsutis, foliis cordatis utrinque pubescentibus. *Retz. obs. bot.* 5. *p.* 9.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *oppositi, albido-hirsuti.* Folia *petiolata, subtus magis pubescentia, suprema subrotunda.* Flores *terminales ramorum, fasciculati.* Bracteae *lanceolatae, hirsutae.* Calyx *hirsutus, dentibus longis linearibus.* Corolla *inter majores generis, glabra: tubus calyce longior.* Retz. *l. c.*

dichotomum. 3. JASMINUM foliis ovatis glaberrimis, paniculis terminalibus dichotomis, calycibus subulatis.

Habitat in Guinea. *Thonning.* ♄

Frutex *Orgyalis v. ultra.* Thonning. Rami *obscure tetragoni, laeves, glabri, uti tota planta.* Folia *petiolata, opposita, bipollicaria, acuta, basi parum attenuata, rigidula, vix venosa, supra nitida, subtus pallida.* Pedunculi *omnes compressi, partiales oppositi remoti, bis vel ter dichotomi, cum pedicello in singula dichotomia.* Bracteae *duae setaceae sub divisuris paniculae.* Calyx *subcampanulatus.* Corolla *odorata. pollicaris: Limbus quinque ad novem fidus; laciniis acutis vel obtusis.* Baccae *nigrae.*

4. JASMINUM foliis cordato-oblongis nitidis, ramis pedunculisque hirtis. pedunculis subtrifloris; laciniis calycinis rectis. — undulatum.

Nyctanthes undulata; foliis ovatis acuminatis undulatis, ramis teretibus. *Lin. Syst. veg.* 5^a.

Nyctanthes multiflora; pedunculis multifloris terminalibus. foliis ovatis. *Burm. Ind.* 5. *t.* 3. *f.* 1.

Habitat in China. ♄

Rami *teretes, uti ramuli, petioli, pedunculi calycesque e villis copiosis hirti.* Folia *breviter petiolata, opposita, vix bipollicaria, attenuata, subundulata, avenia, nervosa.* Pedunculi *breves, ex apice ramulorum.* Flores *tres vel plures.* Calycis *laciniae setaceae.* Corollae *limbus octofidus: laciniae oblongae.*

Quantum recordor mea planta eadem est quam olim vidi in herbario Lin. sub nomine N. undulatae. Syn. ex horto Malab. omisi cum dubium mihi videtur.

5. JASMINUM foliis ovato-oblongis attenuatis, paniculis brachiatis, laciniis calycinis reflexis. *Symb. bot.* 3. *p.* 2. — scandens.

Nyctanthes scandens; glabra, ramis teretibus elongatis scandentibus, foliis oblongo-cordatis, paniculis brachiatis axillaribus. *Retz. obs.* 5. *p.* 9.

Habitat in India *orientali ad summitates arborum scandens.* Königs. ♄.

Glabrum. Rami *teretes: ramuli ex singulis axillis, solitarii, oppositi, simplicissimi, longitudine foliorum, patentissimi, apice floriferi.* Folia *petiolata, opposita, patentissima, integerrima, plana, laevia, simpliciter venosa, bipollicaria et ultra; ramulorum unguicularia, cordato-ovata.* Panicula *ex apice ramulorum, brevis.* Pedicelli *brevissimi.* Bracteae *ad basin pedunculorum et calycis, ovatae, lineares.* Calycis *limbus planus: laciniae sex vel septem, reflexae, villosae.* Corollae *limbus sex-septemfidus: laciniae lanceolatae, longitudine tubi: Tubus sensim ampliatus.*

6. JASMINUM foliis ovatis acuminatis, calycibus glabris laciniis subulatis. — simplicifolium.

Jasminum simplicifolium; foliis oppositis ovato-lanceolatis. *Forst. prodr.* 3. *n.* 7.

Habitat in insulis Amicorum. ♄

elongatum. 7. JASMINUM foliis ovato-sublanceolatis attenuatis, pedunculis terminalibus subumbellatis trichotomis.

Nyctanthes elongata. *Berg. in act. angl.* 1772. *p.* 290. *t.* 11?

Nyctanthes elongata; foliis cordatis lanceolatis ovatis elongatis minoribusque, ramis teretibus. *Lin. Suppl.* 82.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *teretes*, *uti tota planta glabri.* Folia *opposita, sesquipollicaria, nervoso-venosa, parum undulata (infima cordato-ovata Lin.).* Petioli *unguiculares.* Pedunculi *terminales, quinquesex subumbellati: laterales longiores, bis trichotomi.* Calyx *parvus, dentibus minutis.* Corollae *laciniae attenuatae.*

trinerve. 8. JASMINUM foliis ovatis attenuatis trinerviis, pedunculis axillaribus subunifloris. *Symb. bot.* 3. *p.* 2.

Mogorium acuminatum; foliis ovatis acuminatis trinerviis, petiolis cirrhosis dentibus calycinis setaceis. *Lamarck. illust.* 1. *p.* 23.

Habitat in Java. *Commerson.* ♄.

Rami *obscure tetragoni, glaberrimi.* Folia *petiolata, opposita, bipollicaria, in acumen longum attenuata, glaberrima, nervi extrorsum evanescentes, avenia, subtus pallidiora.* Petioli *breves.* Pedunculi *solitarii, oppositi, medio* bracteis *binis oppositis, subulatis.* Calyx *glaber: laciniae subulatae, tubo corollae dimidio breviores.* Corolla *pollicaris, glabra: Limbus quinquefidus; laciniae lanceolatae.*

lanceolatum. 9. JASMINUM foliis lanceolato-ellipticis, pedunculis axillaribus terminalibusque uniflóris. ♄

Jasminum lanceolatum; foliis oppositis lanceolatis. *Fl. per.* 1. *p.* 6. *t.* 7. *f. a.*

Habitat in sylvis umbrosis Pozuzo. ♄

Caulis *subbipedalis, erectus, teres, simplex.* Folia *subsessilia, opposita, utrinque attenuata, integerrima, patentia, apice reflexa.* Pedunculi *breves, axillares solitarii, terminales quatuor.* Calyx *laciniis quinque subulatis.* Corolla *albo-subpurpurascens: tubus superne ampliatus: laciniae limbi oblongo-obovatae. Fl. peruv. l. c.*

10 JASMINUM foliis oblongo-ovatis acutis lucidis, floribus terminalibus sessilibus. sessiliflorum.

Habitat in India *orientali.* ♄.

Rami *an scandentes? glabri, inferne teretes, superne angulati, ramuli axillares remotissimi, brevissimi, glabri, patentes.* Folia *breviter petiolata, pollicaria vel parum ultra, subcoriacea, supra venosa nitida, subtus avenia, laevia: ramulorum triplo breviora, magis ovata, teneriora, utrinque avenia.* Flores *tres, terminales ramulorum.* Calycis *laciniae plerumque quinque, raro quatuor.* Corollae *limbus sexfidus: laciniae lanceolatae, acutae.*

11. JASMINUM foliis ovatis mucronatis subtrinerviis, pedunculis terminalibus subternis unifloris. angustifolium.

Katu-pitsjegam-mulla. *Rheed. Mal.* 6. *p.* 93. *t.* 53.

Nyctanthes angustifolia; foliis obtusis lanceolatis ovatisque. *Lin. Syst. veg.* 56.

Nyctanthes triflora; foliis alternis, ramulorum oppositis ovatis, pedunculis terminalibus ternis, pedicellis unifloris. *Burm. ind.* 4. *t.* 2.

Nyctanthes viminea; foliis ovatis acuminatis, pedunculis axillaribus unifloris, terminalibus trifloris, ramis elongatis teretibus. *Retz. obs. bot.* 3. *p.* 5.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *teretes, superne obscure tetragoni: tenelli pubescentes.* Folia *petiolata, pollicaria, glabra, obscure trinervia, interdum parum undulata, plerumque ovata cum mucrone, in ramulis saepe ovato-subrotunda, emarginata cum mucrone, unguicularia vel breviora.* Pedunculi *axillares solitarii, terminales ramulorum vel ramorum terni, folio breviores, glabri, angulati, sursum parum crassiores.* Calyx *truncatus, glaber: lacĭniae setaceae, senae.* Corollae *tubus semipollicaris: laciniae lineari-lanceolatae, attenuatae, tubo parum longiores.*

12. JASMINUM foliis oblongis mucronatis, pedunculis axillaribus unifloris. † oblongum.

Jasminum oblongum; foliis oppositis simplicibus, pedunculis axillaribus unifloris. *Burm. ind.* 6. *t.* 3. *f.* 2.

Habitat in Java. ♄

Rami *simplicissimi.* Folia *petiolata, glabra.* Flores *lutei minores quam in odoratissimo.* Burm. *l. c.*

glaucum. 13. JASMINUM foliis lanceolatis mucronatis subcoriaceis, pedunculis terminalibus subtrifloris. Nyctanthes glauca; caule teretti, foliis lanceolatis acutis trinerviis, pedunculis trifidis. *Lin. Suppl.* 82.

Mogorium myrtifolium; foliis sublanceolatis acutis laevibus, basibus petiolorum persistentibus, pedunculis trifidis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 23.

Jasminum ligustrifolium; foliis oppositis simplicibus lanceolatis crassiusculis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 25.

Habitat in Cap. b. spei. ♄

Rami *laeves, glabri, uti reliquae partes fruticis, oppositi.* Folia *brevissime petiolata, interdum alterna, rarissime terna, pollicaria, obtusa, subcoriacea, laevia.* Pedunculi *terminales, trifidi: pedicelli plerumque uniflori; intermedius interdum triflorus.* Calycis *laciniae quinque, subulatae, corollae tubo triplo breviores.* Corollae *tubus pollicaris: Limbus sexfidus.*

Variat foliis latioribus vel angustioribus.

hirsutum. 14. JASMINUM petiolis pedunculisque villosis. *Osbeck It.* 105. *Lin. Syst.* 56. ♄

Habitat in India *orientali.* ♄

Ad finem sectionis addo Jasminum hirsutum, utpote mihi speciem dubiam. Primum Jasm. sub undulato descriptum Linnaei hirsutum esse credidi, visum vero specimen herb. Lin. hanc opinionem deserui. Nec ullibi in herbariis, quantum recordor, plantam cum Lin. convenientem vidi. Rava-Pu Hort. Mal. citata ad N. hirsutam, non modo genere, sed et classe differt.

** *Foliis compositis.*

auriculatum. 15. JASMINUM foliis ternatis; ramulorum floriferorum simplicibus, calycibus angulatis ramisque teretibus pubescentibus. *Symb. bot.* 3. *p.* 1.

Mogorium trifoliatum; foliis ternatis: foliolis ovatis, lateralibus multoties minoribus, calyce brevissimo. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 24.

Colitur in hortis idolatrorum Malabariae. *König; in insula* Franciae. *Commerson.* ♄

Rami, *uti folia superiora, petioli, pedunculi et calyces cinereo pubescentes.* Folia *petiolata; ramorum ternata: foliolis petiolatis, glabriusculis, excepto costa utrinque, planis, nervoso-subvenosis intermedio bipollicari, ovato, lateralibus versus basin petiolorum, vix unguiculatibus, oblongis, brevius petiolatis; ramulorum floriferorum simplicia, oblonga, pubescentia: omnia mucrone brevi terminata.* Panicula *terminalis, bipollicaris: pedunculi trichotomi, fastigiati, interdum solitarii, oppositi ex ultimis axillis, bis trifidi.* Bractea *linearis ad basin pedunculorum, apice patula.* Calyces *obovati, abbreviati, plicato quinquangulati: Laciniae obtusae.* Corollae *laciniae sex, ovatae, tubo parum breviores.*

16. JASMINUM glabrum, foliis ternatis; foliolis ovato-oblongis acuminatis, racemis axillaribus brachiatis, caule scandente. *Symb. bot.* 3. *p.* 1. flexile.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami, *uti tota planta glabri.* Folia *petiolata, remota: foliola petiolata, intermedium bipollicare, lateralia dimidio minora, obscure simpliciter venosa, utrinque nitida, subtus pallidiora.* Petioli *flexuosi, an cirrhescentes?* Pedunculi *axillares, oppositi, patentissimi, folio triplo longiores: partiales oppositi, patentissimi, plerumque triflori, raro uni-biflori.* Flores *pedicellati.* Bractea *linearis utrinque ad basin pedunculorum et pedicellorum.* Calyx *brevissimus, campanulatus: dentibus quinque-sex minutis, ovatis, acutis.* Corolla *sesquipollicaris: Laciniae limbi circiter septem, tubo breviores.*

17. JASMINUM foliis ternatis; foliolis ovatis subcordatisque, calycibus campanulatis glabris, corollae laciniis tubo aequalibus. azoricum.

Jasminum azoricum, flore albo. *Grisl. Vir. Lusit.*

Jasminum azoricum, trifoliatum flore albo, odoratissimo. *Commel. hort. T.* 1. 150. *t.* 82.

Jasminum azoricum; foliis oppositis ternatis. *Lin. Syst. veg.* 56.

Habitat in insulis Azoricis. ♄

Ramuli *in speciminibus quae vidi pubescentes.* Folia *glabra avenia; terminale sesquipollicare, lateralia duplo minora.* Pedunculi *terminales, triflori.* Calyx *campanulatus, glaber: dentes minuti.*

Planta Plukenet. t. 202. *f.* 1. *gaudet, ut in herbario ejus vidi, corollis plusquam quinquefidis hinc species Nyctanth. Lin. folia quoque omnino diversa a foliis Jasm. azorici, nec figura ejusdem tab. bene consentit ideoque Synonyma e Pluk. studio omittuntur.*

angulare. 18. JASMINUM foliis ternatis ovatis, ramulis angulatis petiolisque villosis, pedunculis axillaribus trifloris, calycibus tubulosis. *Symb. bot.* 3. *p.* 1.

Jasminum capense; foliis oppositis ternatis ovatis acuminatis, caule erecto angulato *Thunb. prodr. fl. cap.* 2.

Habitat in Cap. b. spei. ♄

Rami *cortice cinereo: ramuli e lineis decurrentibus tetragoni.* Folia *petiolata: foliola avenia, subtrinervia, obtusa, saepe mucronata, glabra, superiorum subtus in axillis venarum interdum villosa: lateralia unguicularia; terminale majus.* Petioli *margine pilosi.* Pedunculi *folio breviores: flores pedicellati.* Calyx *obbreviatus, tubulosus, quinque-sexdentatus, laevis, glabriusculus: dentes parvi obtusi.* Corollae *tubus fere sesquipollicaris: laciniae sex-septem, tubo triplo breviores.*

didymum. 19. JASMINUM foliis ternatis; foliolis ovato-lanceolatis, racemis axillaribus. *Symb. bot.* 3. *p.* 2.

Jasminum didymum; foliis oppositis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis. *Forst. prodr. n.* 8.

Habitat in Societatis *insulis.* ♄

An scandens? Rami, *uti reliqua planta glabri.* Folia *petiolata: foliola bipollicaria; lateralia minora, obscure venosa, attenuata, acuta.* Petioli *flexi, universales pollicares.* Pedunculi *axillares, solitarii, oppositi, longitudine petioli, angulati: pedicelli oppositi, indivisi.* Calyx *campanulatus, brevis: dentibus minutis.*

20. JASMINUM foliis alternis ternatis simplicibusque: foliolis subcuneatis, laciniis calycinis subulatis. fruticans.

Trifolium fruticans. *Dod. pempt.* 571.
Jasminum fruticans; foliis alternis ternatis simplicibusque, ramis angulatis. *Lin. Syst. veg.* 56. *Curtis Mag. vol.* 13. *t.* 461.
Habitat in Europa *Australi et toto* Oriente. ♄
Rami *glabri*, *adultiores teretes*, *juniores e lineis decurrentibus angulati.* Folia *glabra*, *unguicularia.* Pedunculi *terminales*, *simplices*, *terni.* Corollae *laciniae oblongae*, *obtusae.*

21. JASMINUM foliis alternis acutis ternatis pinnatisque, ramis angulatis, laciniis calycinis brevissimis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 9. humile.

Jasminum luteum. *Lobel. Ic.* 2. 106. *Besl. Eyst. aestiv.* 40. *f.* 2. *Bauh. hist. plant.* 2. *p.* 102.
Jasminum humile; foliis alternis acutiusculis ternatis pinnatisque, ramis angulatis. *Lin. Syst. veg.* 56.
Habitat — — — — ♄
Rami *glabri.* Foliola *ovata*, *vix attenuata*, *obscure nervosa*, *aveniа*, *glabra*, *pollicaria*; *lateralia parum minora.* Pedunculi *terminales*, *gemini vel terni*, *triflori*: *pedicelli interdum alterni.* Corollae *laciniae obtusae*, *oblongae.* ✲
Folia plerumque simplicia et ternata, *rarius ternata et pinnata.*

22. JASMINUM foliis alternis obtusis ternatis pinnatisque, ramis teretiusculis, laciniis calycinis brevissimis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 10. *Curt. Mag. vol.* 8. *t.* 285. odoratissimum.

Jasminum indicum flavum odoratissimum. *Ferr. cult.* 93.
Gelseminum trifolium, odoratissimum, sempervirens, exoticum seu indicum. *Barrel. Ic.* 42.
Jasminum odoratissimum; foliis alternis obtusis ternatis pinnatisque, ramis teretibus. *Lin. Syst. veg.* 56.
Habitat in Madera. ♄
Rami *et ramuli glabri*, *superne e linea tenuissima petioli decurrente subangulati.* Foliola *lateralia pollicaria*, *sessilia*, *opposita*, *basi latere altero laeviora*; *terminale petiolatum*, *longius*, *basi aequale*: *omnia ovata*, *acumine brevi*

terminata, nitida, consistentia, avenia, obscure nervosa. Petiolus *submarginatus, canaliculatus, versus folium parum latior, subtus convexus.* Pedunculi *terminales, terni, triflori.* Calycis *laciniae ovatae, breves.* Coroilae *laciniae oblongae, obtusae.*

Folia suprema saepe simplicia.

officinale. 23. JASMINUM foliis pinnatis: foliolis acuminatis, gemmis erectiusculis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 10.
Jasminum vel Gelseminum. *Matth.* 95.
Jasminum officinale; foliis oppositis, foliolis distinctis. *Lin. Syst. veg.* 51. *Curt. Mag. vol.* 1. *t.* 31.
Habitat in India, *nunc in* Europa *australi et* Helvetia. ♄.
Rami *angulati, glabri.* Folia *trijuga: foliola petiolata vel sessilia, opposita, unguicularia, inferiora minora, terminale duplo vel triplo longius magis attenuatum, ovata, acuta.* Pedunculi *terminales, terni; laterales uniflori; intermedius triflorus.* Calycis *luciniae subulatae.*

grandiflorum. 24. JASMINUM foliis pinnatis: foliolis obtusiusculis, gemmis horizontalibus. *Hort. Kew.* 1. *p.* 10.
Chamaegelseminum grandiflorum peramaenum. *Lob. hist.* 443.
Gelseminum catalonicum. *Cam. epit.* 37.
Pitsiegam-mulla. *Rheed. Mal.* 6. *p.* 91. *t.* 52.
Jasminum hispanicum, magno flore externe rubente. *Bauh. hist.* 2. *p.* 101. *Merian. Surin. t.* 46.
Jasminum grandiflorum; foliis oppositis pinnatis: foliolis extimis confluentibus. *Lin. Syst. veg.* 56.
Habitat in India orientali, *in* America *forte culta.* ♄.
Praecedenti simillimum, diversum foliolis *lateralibus magnitudine aequalibus, extimis tribus confluentibus;* floribus *majoribus, subtus rubris.*

nervosum. 25. JASMINUM foliis pinnatis: foliolis ovatis trinerviis, pedunculis multifloris, caule scandente. †

Jasminum nervosum; foliis pinnatis, foliolis ovatis trinerviis. *Lour. fl. Cochinch.* 20.
Habitat in Cochinchina. ♄
Frutex *scandens*, *teres*, *laevis*, *ramosus*. Folia *impari pinnata*: *foliola sesquipollicaria*, *acuminata*, *nitida*. Pedunculi *terminales*. Corollae *laciniae quinque-octo*. *Loureiro l. c.*
Habitus. Caulis *fruticosus*, *rami inferne teretes superne vel apice plus minusve angulati*. Folia *vel foliola integerrima*.

18. LIGUSTRUM. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 2-locularis: loculis 2-spermis.

1. LIGUSTRUM foliis elliptico-lanceolatis glabris, racemis compositis coarctatis. **vulgare.**
Ligustrum. *Brunsfels* 3. *p.* 185. *Matth.* 170.
Ibuta. *Kaempf. am. exot. fasc. V.* 896.
Ligustrum vulgare; foliis lanceolatis acutis, paniculae pedicellis oppositis. *Lin. Syst. veg.* 56. *Flor. Dan. t.* 1141.
β. foliis lanceolato-acutis. *Mill. Dict.* ***italicum.***
Habitat in Europae *collibus glareosis*, *ad sepes inque* Japonia. ♄
Rami *teretes*, *glabri*: *ramuli apice pubescentes*. Folia *breviter petiolata*, *pollicaria et ultra*, *primum lanceolata*, *dein lanceolato-elliptica*, *utrinque acuta*. Flores *albi*. Baccae *nigrae*.
Variat foliis ternis; *auratis*; *fructu albo*. *β. gaudet foliis sempervirentibus*. *Du Roi Harbk.* 1. *p.* 526.

2. LIGUSTRUM foliis lanceolatis tomentosis, racemis coarctatis. † **sinense.**
Ligustrum sinense; foliis lanceolatis: racemis oblongis, lateralibus et terminalibus. *Lour. fl. Cochinch.* 19.
Habitat prope Cantonem Sinarum. ♄
Arbor *octopedalis*. Rami *diffusi*. Folia *petiolata*. Flores *albi*. Calyx *cyathiformis*. Bacca *minima*, *subrotunda*, *fusca*. *Lour. l. c.*

3. LIGUSTRUM foliis oblongo-ovatis subacuminatis, racemis decompositis, pedunculis pedicellisque patentibus. **japonicum.**
Nysimi Motsi, aliis Tanna Wattasi. *Kaempf. am. exot. fasc. V.* 776.

Ligustrum japonicum; foliis ovatis acuminatis, panicula decomposite trichotoma. *Thunb. fl. Japon.* 17. *t.* 1.

Habitat in Japonia. ♄

Rami *teretiusculi, rugosi, cinerei, oppositi.* Folia *sesquipollicaria, glabra, medio supra sulco longitudinali, subcoriacea, avenia, utrinque acuta vel obtusa.* Pedunculi *et* pediceili *oppositi, angulati.* Bracteae *sub pedunculis inferioribus lanceolatae, sub superioribus setaceae.* Calyx *tubulatus, apice dilatatus, truncatus, obsolete quadridentatus, glaber.*

Habitus. Rami *superne, uti pedunculi compressi.* Folia *petiolata, opposita, indivisa, integerrima.*

19. PHILLYREA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-fida. *Drupa* baccata: putamine chartaceo, 2-loculare. *Sem.* solitaria. *Gaertn.*

media. 1. PHILLYREA foliis oblongo-lanceolatis integerrimis serratisque. *Hort. Kew.* 1. *p.* 11.

Phillyrea media; foliis ovato-lanceolatis subintegerrimis. *Lin. Syst. veg.* 57.

ligustrifolia. α. foliis oblongo-lanceolatis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 11.

Phillyrea. *Matth.* 171.

Phillyrea IIItia. *Clus. hist.* 1. *p.* 52.

virgata. β. foliis lanceolatis, ramis erectis virgatis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 11.

pendula. γ. foliis lanceolatis, ramis divaricatis pendulis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 11.

oleaefolia. δ. foliis oblongo lanceolatis, ramis suberectis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 11.

Phillyrea Ephesiacae folio. *Plukn. alm.* 295. *t.* 310. *f.* 5.

buxifolia. ε. foliis ovali-oblongis obtusiusculis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 11.

Habitat in Europae *australioris collibus.* ♄

Folia *latiora et breviora plerumque quam in insequente.*

angustifolia. 2. PHILLYREA foliis lineari-lanceolatis integerrimis. *Lin. Syst. veg.* 57.

lanceolata. α. foliis lanceolatis, ramis rectis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 11.

Cyprus. *Dodon.* 756.

Phillyrea IVta. *Clus. hist.* 1. *p.* 52.

β. foliis lanceolato-subulatis elongatis, ramis rectis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 11. *rosmarinifolia.*

Phillyrea Vta. *Clus. hist.* 1. *p.* 52.

γ. foliis oblongo-lanceolatis brevioribus, ramis divaricatis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 11. *brachiata.*

Habitat in Italia, Hispania. ♄

Rami *punctis elevatis adspersi.*

3. PHILLYREA foliis ovato-oblongis subcordatis serratis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 12. latifolia.

Phillyrea latifolia; foliis ovato cordatis serratis. *Lin. Syst. veg.* 57.

α. foliis ovatis planis obsolete serratis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 12. *laevis.*

Phillyrea arbor Galloprovinciae, verior Macaleb Serapionis. *Lob. Adv.* 421. *Ic.* 2. 132.

β. foliis ovato-oblongis acutis, argute serratis planis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 12. *spinosa.*

Phillyrea Ima. *Clus. hist.* 1. *p.* 51.

γ. foliis lanceolato-oblongis acutis serratis obliqueque flexis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 12. *obliqua.*

Phillyrea IIda. *Clus. hist.* 1. *p.* 52.

Habitat in Europa *australi.* ♄

Habitus. Rami *inferne teretes, superne compressi, uti tota planta glabri.* Folia *breviter petiolata, opposita, firma, vix venosa, indivisa, saepe mucrone terminata.* Racemi *axillares, folio duplo vel ultra breviores, simplices.* Bracteae *duae, oblongae, ad basin pedunculi.*

20. FONTANESIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 2-petala. *Caps.* membranacea, non dehiscens, 2-locularis: loculis 1-spermis.

1. FONTANESIA. *Billard. Ic. pl. Syr. D.* 1. *p.* 9. *t.* 1. phillyraeoides.

Habitat in Syria *inter* Laodiceam *ad mare et montem* Caspium. ♄

Habitus Phillyreae mediae. Frutex *ramosus:* Rami *oppositi, cortice cinereo, glabri, uti tota planta, superne obsolete tetragoni: squamae ovatae acutae, imbricatae ad basin ramulorum.* Folia *breviter petiolata, opposita, semipollicaria vel parum ultra, lanceolata, integerrima, acuta, mucrone terminata.* Corymbi *axillares, brevissimi.* Flores *flavescentes.* Capsulae *rarissime triloculares, trialatae.* ☆

21. SYRINGA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-fida, infundibuliformis. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis. *Sem.* margine membranaceo cincta.

vulgaris. 1. SYRINGA foliis ovato-cordatis. *Lin. Syst. veg.* 57.
Lilac. *Matth.* 1237.
Syringa flore coeruleo. *Clus. hist. t.* 58. *Bauh. hist.* 1. 204.
Habitat versus Persiam, *nunc in sepibus* Germaniae, *sylvis* Helvetiae *et ad littora fluvii* Albidis *prope* Altonam *quasi spontanea.* ♄
Folia *attenuata, nervosa, avenia, glaberrima.* Flores *in racemo denso, terminali, composito, ovato-oblongo.* Folium *lineare ad basin pedunculorum partialium inferne, unguiculare.*
Variat floribus coeruleis, albis et saturate purpureis.

chinensis. 2. SYRINGA foliis ovato-lanceolatis. *Wilden. arb. Berol.* 378. *Spec. pl.* 1. *p.* 48.
Habitat in China? ♄
Valde affinis S. vulgari, folia minora. Flores *ut in S. persica. An planta hybrida? Wilden.*

persica. 3. SYRINGA foliis lanceolatis. *Lin. Syst. veg.* 57.
integrifolia. *α.* foliis indivisis.
Syringa babylonica, indivisis densioribus foliis. *Plukn. alm.* 359. *t.* 227. *f.* 8.
laciniata. *β.* foliis indivisis divisisque.
Ligustrum foliis laciniatis. *Bauh. prodr.* 158.
Agem lilac persarum sive lilac inciso folio. *Cornut. Canad.* 189.
Syringa capitata; foliis subfasciculatis inferioribus pinnatis, superioribus ternatis simplicibusque. *Gmel. it.* 3. *p.* 304. *t.* 32. *f.* 1.
Habitat in Persia. ♄
Fruticulus *bi-s-tripedalis, glaber.* Folia *integerrima, attenuata, glabra, plura ex eadem gemma.* Pedunculi *versus apicem, e gemmis distinctis, oppositis: pedicelli oppositi, racemosi triflori.* Flores *pedicellati.* ✲
Variat floribus albis et coeruleis.

villosa. 4. SYRINGA foliis oblongis utrinque acutis subtus villosis.
Habitat in montibus circa Pekin. *Ex herbario d'Incarvillaei in museo Jussiaei.* ♄

Rami *glabri.* Folia *petiolata, pollicaria vel ultra, integerrima, avenia, subnervosa, subtus pallida.* Thyrsus *terminalis, erectus.* Flores *unguiculares, quadrifidi. An eadem cum Ligust. sinensi Lour.?*

Habitus. Rami *superne angulati.* Folia *petiolata, opposita.*

22. FORSYTHIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* campanulata, 4-fida. *Fructus* — — —

1. FORSYTHIA. suspensa.

Rengjo. *Kaempf. Amoen. fasc.* 5. *p.* 907.

Syringa suspensa; foliis ovatis serratis ternatisque. *Thunb. fl. Jap.* 19. *t.* 3.

Habitat in Japonia. ♄

Caulis *flexuosus, adscendens, dein dependens, parum ramosus, subtetragonus:* Rami *oppositi, divaricati.* Folia *e gemma plura, petiolata: prima simplicia, ovata, acuta, serrata, glabra, unguicularia, sub florescentia erumpentia, dein ternata.* Flores *e gemmis oppositis, solitarii, duo vel tres flavi, pedunculati.* Calycis *laciniae lanceolatae.* Corolla *ad medium fissa. Thunb. l. c.*

Habitus tam alienus a Syringa, ut genere distingui meretur, monente jam dudum Wilden. in Spec. pl. 1. *p.* 49. *Decumariam Lin. Forsythiam nominavit Walter, sed cum innovationes tales nullius usui sunt, nomen Forsythi huc transtuli.*

23. OLEA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-fida: laciniis subovatis. *Drupa* putamine osseo, 1-2-loculare, 1-2-spermo.

1. OLEA foliis lanceolatis integerrimis paginis discoloribus, racemis paniculatis. europaea.

Olea. *Brunsf.* 3. *p.* 227.

Olea sativa. *Bauh. pin.* 472. *Blackw. herb. t.* 191.

Olea europaea; foliis lanceolatis. *Lin. Syst. veg.* 57.

α. Olea foliis lanceolatis planis subtus incanis communis.

Hort. Kew. 1. *p.* 13.

Olea sylvestris. *Matth.* 200.

Olea sylvestris folio duro, subtus incano. *Bauh. pin.* 472. *Blackw. herb. t.* 2[illegible].

Olea foliis lanceolatis, ramis tetragonis. *Lin. Hort. Cliff.* 4.

verrucosa. β. Olea foliis lanceolatis planis subtus albidis, ramis verrucosis. *Wild. Spec. pl.* 1. *p.* 44.

Olea europaea; foliis lanceolatis, panicula trichotoma. *Thunb. prodr. fl. cap.* 2.

longifolia. γ. Olea foliis lineari-lanceolatis planis subtus argenteis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 13.

ferruginea. δ. Olea foliis lanceolatis subtus ferrugineis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 13.

Olea chrysophylla; foliis angusto-lanceolatis utrinque acutis subtus aureo-nitidis, paniculis lateralibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 29.

latifolia. ε. Olea foliis oblongis planis subtus incanis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 13.

obliqua. ζ. Olea foliis oblongis oblique flexis subtus pallidis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 13.

buxifolia. η. Olea foliis oblongo-ovalibus, ramis patentibus divaricatis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 13.

cajetana. ϑ. Olea foliis ovato-lanceolatis, floribus racemosis. *Petagn. instit.* 2. *p.* 19.

Habitat in Europa *australi et* Africa *boreali*, β *ad* Cap. b. spei, ε *in* Cap. b. spei *et insula* Mauritiana. ♄

Folia *bipollicaria*, *interdum longiora*, *interdum parum breviora*, *basi acuta*, *avenia*. Racemi *folio breviores*, *coarctati*; *in* ε *folia subaequantes*, *magis compositi*, *ramis patentioribus*, *uti in latifolia*. Flores *in pedicellis ultimis plerumque terni*, *sessiles*. Bracteae *deciduae*.

lancea. 2. OLEA foliis lanceolatis integerrimis paginis concoloribus, racemis paniculatis.

Olea lancea; foliis lineari-lanceolatis, utrinque acutis, panicula terminali, drupis oblongis acutis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 29.

Habitat in insula Franciae. *Commerson*, *Thouin.* ♄

Rami *punctis elevatis adspersi*. Folia *bipollicaria*, *plana*, *minime subtus argentea vel albida*, *sed utrinque opaca*, *avenia*, *enervia*, *consistentia*. Panicula *magis patens*, *quam in europaea*.

Drupa *exsucca*. *Commerson*.

3. OLEA foliis lanceolato-ellipticis, racemis sub- americana.
compositis angustatis, bracteis omnibus persistentibus connatis ovatis.

Ligustrum laurifolium, fructu violaceo baccis purpureis. *Catesb.* 2. *p.* 61. *t.* 61.

Olea americana; foliis lanceolato-ellipticis. *Lin. mant.* 24.

Habitat in Carolina. *Bosc.* ♄

Rami *superne subtetragoni.* Folia *integerrima, subcoriacea, subtus avenia, supra vix venosa nitida, utrinque acutiuscula.* Racemi *axillares et terminales, pollicares vel parum ultra: pedicelli oppositi, uti pedunculi tetragoni.* Bracteae *minutae.* Flores *terminales, terni, subsessiles.*

Flores *masculi et foeminei in eadem planta cum hermaphroditis.* Drupa *globosa, laevis, speciosa.* Nux *obovata, substriata, basi perforata.* Lin. *flores dioisi.* Michaux.

4. OLEA foliis oblongis, floribus racemoso-pani- capensis.
culatis terminalibus.

Olea capensis; foliis ovatis. *Lin. Syst. veg.* 57. *Berg. fl. cap.* 1.

α. foliis ovato-oblongis rigidis planis, petiolis ru- *coriacea.*
bris. *Hort. Kew.* 1. *p.* 13.

Sideroxylum foliis subrotundis integris. *Burm. afric.* 232. *t.* 81. *f.* 2.

Ligustrum capense sempervirens, folio crasso subrotundo. *Dill. Elth.* 193. *t.* 160. *f.* 193.

β. foliis ellipticis undatis, petiolis viridibus. *Hort.* *undulata.*
Kew. 1. *p.* 13. *Jaqu. hort. Schönbr.* 1. *p.* 3. *t.* 2.

Sideroxylum foliis oblongis integris. *Burm. afr.* 233. *t.* 81. *f.* 1.

Olea laurifolia; foliis ovato-oblongis subacutis, panicula terminali divaricata. *Lamarck. illust.* 1. *p.* 29.

Habitat ad Cap. b. spei. ♄

Rami, *uti pedunculi e lineis decurrentibus superne tetragoni.* Folia *coriacea, avenia, vix venosa, integerrima, interdum in α interiora emarginata, superiora mucrone brevi terminata, β obtusa basi acuta, supra nitida.* Racemi *terminales ramorum, decompositi, bracliati: pedunculis pedicellisque patentissimis.* Flores *pedicellati.* Bracteae *parvae, subulatae, distinctae.*

emarginata. 5. OLEA foliis obovatis emarginatis, racemis paniculatis terminalibus paucifloris.

Olea emarginata; foliis obovatis retusis emarginatis, panicula pauciflora terminali. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 29. *t.* 8. *f.* 2.

Habitat in Madagascar. *Ex herbaro Jussiaei et Desfontainii.* ♄

Arbor *quadragintipedalis.* Rami *glabri*, *cortice cinereo.* Folia *bi-s-quadripollicaria, obtusa, integerrima, coriacea, avenia, enervia, utrinque glabra, supra nitida.* Drupa *magnitudine fere nucis juglandis, edulis.*

excelsa. 6. OLEA foliis ellipticis acutis, bracteis perfoliatis: infimis cyathiformibus persistentibus, superioribus foliaceis magnis deciduis. *Symb. bot.* 3. *p.* 3.

Olea excelsa; foliis ellipticis integerrimis, racemis angustatis, bracteis perfoliatis: baseos cyathiformibus persistentibus; superioribus deciduis magnis foliaceis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 14.

Habitat in Madera. ♄.

Rami *glabri, punctis elevatis adspersi: articuli basi angustiores, superne parum dilatati.* Folia *bi-tripollicaria, sesquipollicem lata, utrinque attenuata, integerrima, glabra, coriacea, laevia, avenia, subtus pallidiora, obsolete venosa.* Petioli *unguiculares.* Racemi *axillares, plerumque solitarii, rarius gemini, pollicares, simplices.* Pedunculus *e bractea cyathiformi, bifida; laciniis divaricatis, uti pedicelli angulatus: pedicelli uniflori, longitudine corollae.* Bracteae *oblongae, membranaceae, concavae, margine interdum villosae; superiores majores, deciduae; infimae quatuor persistentes.* Flores *Ol. sativae duplo majores.* Calyx *minimus; dentibus obtusis.* Corolla *calyce duplo major, profunde quadrifida.* Filamenta *fere nulla: antherae longitudine corollae.* Germen *conicum acuminatum, antheris brevius.*

7. OLEA foliis ellipticis, floribus apetalis. *Symb. bot.* 3. *p.* 3.

Habitat in nova Zelandia. ♄

Rami *cinereo punctati.* Folia *bipollicaria et ultra, patentissima, utrinque acuta, integerrima, coriacea, glabra, avenia, enervia.* Petioli *ungui-*

culares. Racemi *axillares, subsolitarii, simplicissimi, petiolo parum longiores.* Bracteae *squamae duae oppositae ad basin pedunculi communis.* Calyx *quadrifidus: luciniae minutae, acutae.* Corolla *nulla.* Filamenta *brevissima: antherae divergentes.*

8. OLEA foliis oblongo-lanceolatis obtusissimis, racemis simplicibus axillaribus, floribus cernuis. *Symb. bot.* 3. *p.* 3. cernua.

Olea obtusifolia; foliis oblongo-ovalibus obtusis, margine replicatis, racemulis brevibus axillaribus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 28.

Habitat in insula Mauritii. *Commerson, Thouin.* ♄

Rami *glabri, punctis elevatis adspersi.* Folia *sesquipollicaria, lato-lanceolata, basi attenuata acuta, apice rotundata, saepe emarginata, integerrima, coriacea, glabra, laevia, avenia, margine reflexa.* Petioli *semiunguiculares.* Racemi *petiolo parum longiores, duo vel tres, interdum solitarii.* Bracteae *minutae, ovatae, solitariae ad basin pedicellorum, et duae aliae lanceolatae sub calyce.* Flores *Ol. sativae duplo majores.*

9. OLEA foliis elliptico-lanceolatis subserratis, pedunculis lateralibus aggregatis. fragrans.

Moksei. *Kaempf. am. ex. fasc.* 5. *p.* 844.

Olea fragrans; foliis lanceolatis serratis, pedunculis lateralibus aggregatis. *Thunb. fl. jap.* 18. *t.* 2.

Osmanthus fragrans. *Lour. fl. cochinch.* 29.

Habitat in Cochinchina, China, Japonia. ♄

Rami *et ramuli trichotomi, glabri.* Folia *bipollicaria et ultra, attenuata, basi acuta, interdum integerrima, margine subreflexa, paralle-le nervosa, obscure venosa, supra nitida, subtus pallidiora.* Pedunculi *axillares, quinque-octo, unguiculares.* Corolla *quadripartita.*

10. OLEA foliis ellipticis acuminatis serratis, racemis terminalibus. microcarpa

Phillyrea indica; foliis ovatis acutis: racemis terminalibus. *Lour. fl. cochinch.* 19.

Habitat in Cochinchina. ♄

Arbor *mediocris, ramosissima:* Rami *patentes, tortuosi.* Folia *parva, glabra, reflexa.* Flores *albi.* Drupa *parva, rotunda, nigra.* Lour. *l. c.*

Habitus. Rami *oppositi, inferne teretes, superne alternatim compressi.* Folia *petiolata, opposita, indivisa.* Petioli *supra plani, subtus convexi.* Pedunculi *et pedicelli oppositi.*

24. CHIONANTHUS. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-fida: laciniis linearibus, longis. *Drupa* putamine osseo striato, 1-spermo.

virginica. 1. CHIONANTHUS racemis terminalibus, pedicellis trifloris, floribus pedicellatis, petalis linearilanceolatis.

Chionanthus virginica; pedunculis trifidis trifloris. *Lin. Syst. veg.* 57.

latifolia. *α.* foliis ovato-ellipticis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 14.

Amelanchier virginiana, lauroceraſi folio. *Petiv. Sicc.* 241. *Catesb. Carol.* 1. *p.* 62. *t.* 63.

angustifolia. *β.* foliis lanceolatis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 14.

Habitat in America *septentrionali.* ♄

Ramuli *apice villosi.* Folia *petiolata, opposita, basi acuta.* Foliola *ovalia sub pedicellis inferioribus.* Petala *latiora quam in reliquis speciebus.* ☼

compacta. 2. CHIONANTHUS racemis compositis decompositisque, pedicellis trifloris, floribus sessilibus, petalis attenuato-subulatis.

Sideroxylon caribaearum mucronatis foliis. *Ogilvey Amer.* 371.

Sideroxylon americanum s. lignum duritie ferrum aemulans. *Plukn. Almag.* 346. *t.* 224. *f.* 2. *fide herb. Vaill.*

Chionanthus caribaea; foliis utrinque longe acuminatis, calycibus ciliatis. *Jacqu. coll.* 2. 110. *t.* 6. *f.* 1. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 30.

Chionanthus compacta; paniculis trichotomis, ultimis floribus subcapitatis calycibus villosis, foliis lanceolato-oblongis, antheris acuminatis. *Swartz. prodr.* 13.

Ceranthus. *Gener. pl. ed. Schreb. n.* 37.

Chionanthus caribaea. *Swartz. fl. ind. occid.* 1. 22.

Habitat in insulis Caribaeis. ♄

Rami *glabri.* Folia *lanceolato-elliptica, saepe palmaria, avenia, acuminata, nervosa, subcoriacea.* Pedunculi *plerumque gemini, compositi vel decompositi: partiales racemosi, op-*

positi, ultimi terni, triflori. Flores *sessiles.* Bracteae *subulatae, parvae.* Petala *angustissima.* Calycis *uti pedunculi tenuissimi, villosi, subcanescentes.*

3. CHIONANTHUS? paniculae ramis decussatis fastigiatisve; floribus pedicellatis, coroilis tetragonis, laciniis incrassatis, foliis oblongis. † incrassata.

Chionanthus incrassata; paniculis ramis decussatis fastigiatisve, ultimis trifloris, coroliis tetragonis, laciniis erectis incrassatis, foliis oblongis consistentibus. *Swartz. prodr.* 13. *fl. ind. occid.* 1. *p.* 24.

Habitat in sylvis montium altissimorum Jamaicae. ♄

Arbor *excelsa.* Rami *erecti.* Folia *acumine brevi obtuso terminata, subcoriacea, nervosa, avenia.* Panicula *erecta, patula: pedunculi oppositi, fastigiati, subdivisi, ultimi trifiori.* Corolla *alba: tubus brevissimus, tetragonus: laciniae teretes, subclavatae.* Filamenta *nulla.* Swartz. *l. c.*

4. CHIONANTHUS paniculis trichotomis axillaribus, floribus pedicellatis tetrandris, pētalis ōvatis attenuato-subulatis. tetrandra.

Mavepea guianensis. *Aubl. Guian.* 8 *t.* 31.

Habitat in Guiana. ♄

Folia *lanceolato-elliptica, acuta.* Pedunculi *bi-s-trifidi, interdum flores racemosi: pedunculis oppositis, trifloris.* Flores *discreti.* Calyx *villosus: laciniae ovatae.* Petala *ovata, in acumine longo desinentia.* Antherae *obtusae.*

Habitus. Rami *teretes, superne compresso-angulati.* Folia *petiolata, opposita, integerrima.* Racemi *magis vel minus compositi, axillares et terminales.*

Chionanthum glaeri *Gaertn. de fruct.* 190. *omisi cum nil nisi fructum novimus, nec adhuc clarum, num ad speciem diversam pertineat, vel ad cognitam.*

25. LINOCIERA. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* 4-petala. *Anth.* sessiles, petala 2. opposita basi connectentes. *Bacca* exsucca, 2-locularis: loculis 1-spermis. *Swartz.*

ligustrina. 1. LINOCIERA floribus paniculatis pedicellatis, petalis reflexis, foliis lanceolatis.

Thouinia ligustrina; foliis lanceolatis, paniculis terminalibus, floribus erectis. *Swartz. prodr.* 15.

Linociera ligustrina. *Swartz. fl. ind. occid.* 1. *p.* 49.

Habitat in fruticetis, apricis Jamaicae, Hispaniolae. ♄

Rami *teretes, glabri, cinerei, punctis elevatis adspersi.* Folia *bi-tripollicaria, apice obtusa, basin versus attenuata, avenia, nitida.* Pedunculi *partiales bi-s-ter-dichotomi.* Bracteae *minutae, ad basin pedicellorum.*

Calycis *dentes ovati.* Petala *alba, linearia, obtusa, concava, reflexa, decidua.* Filamenta *vix ulla.* Swartz. *l. c.*

latifolia. 2. LINOCIERA floribus paniculatis, pedicellis trifloris, floribus sessilibus, foliis ellipticis acuminatis.

Chionanthus domingensis; foliis ovatis utrinque glabris, panicula terminali subcymosa, calycibus laevibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 30.

Habitat in St. Domingo, *Desfontaines; in* Antillis, *Richard.* ♄

Rami *cortice cinereo, apicem versus alternatim compressi.* Folia *bi-tripollicaria, elliptico-lanceolata, acuminata, acumine obtuso, subcoriacea, avenia, tenuissime transversim remotissime nervosa, laevia, utrinque glabra.* Petioli *basi fusci, superne, uti costa subtus pallide purpurascentes.* Pedunculi *folio breviores: partiales patentissimi.* Bracteae *subulatae, villosoincanae.* Calyces *oculo armato margine rare villosae.* Petala *unguicularia, utrinque ejusdem latitudinis, plana, obtusa.* Antherae *oblongae.* Drupa *oblonga, magnitudine pisi.* Nux *bilocularis.*

A ligustrina differt foliis multo latioribus, firmioribus, minime nitidis, acuminatis. Petalis *latioribus. An eadem cum Chion. incrassata Swartzii? petala vero non clavata.*

cotinifolia. 3. LINOCIERA racemis subcompositis, pedicellis trifloris, floribus pedicellatis, petalis linearibus, foliis subtus villosis.

Arbuscula zeylanica, cotini foliis subtus lanugine villosis, floribus albis cuculli modo laciniatis. *Plukn. alm.* 42. *t.* 241. *f.* 4.
Arbor zeylanica, cotini foliis subtus lanugine villosis. *Burm. Zeyl.* 31.
Chionanthus zeylanica; foliis ovatis subtus villosis, drupis obovatis. *Lamarck. illust.* 1. *p.* 30. *t.* 9. *f.* 2.
Chionanthus cotinifolia; panicula terminali trichotoma, pedunculis trifloris, foliis obtusis. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 47.
Habitat in Zeylona. ♄
Valde affinis sequenti.

4. LINOCIERA racemis subcompositis, pedicellis purpureis trifloris nutantibus, petalis canaliculatis, foliis subovatis calycibusque glabris.
Gariethagas s. arbor bovina. *Herm. Zeyl.* 33. *p.* 23.
Chionanthus zeylanica; pedunculis paniculatis multifloris. *Lin. fl. zeyl.* 14. *Syst. veg.* 57.
Thouinia nutans. *Lin. Suppl.* 89.
Chionanthus purpurea; foliis ellipticis, glaberrimis, floribus purpureis nutantibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 30.
Habitat in Zeylona. ♄
Rami *cortice cinereo, adspersi punctis elevatis nigricantibus, superne cinereis, inferne teretes, superne alternatim compressi, sub foliis dilatati.* Folia *breviter petiolata, sesquipollicaria, patentia, obovata, vel ovalia, basi parum attenuata, acumine brevi acuto terminata, obscure venosa, laevia, minime nitida, subcoriacea.* Racemi *laterales et terminales, solitarii, oppositi, folio breviores, plerumque simplices: pedicellis trifloris, cernuis.* Bractea *brevis, linearis utrinque ad basin singuli pedicelli.* Petala *breviora quam in reliquis speciebus, crassiuscula, extrorsum sensim angustiora.* Antherae *lineares, petalo dimidio breviores.*

5. LINOCIERA paniculis axillaribus, petalis ovatis, foliis obovatis retusis. † flavicans.
Thouinia flavicans; laciniis corollae ovatis. *Willem. herb. maur.* 3.
Habitat — — — ♄
Paniculae *oppositae: pedicelli apice incrassati.* Bracteae *duae, minutae, virides ad dichoto-*

mias paniculae et sub apice pedicellorum. Calycis *foliola triangularia.* Corolla *coriacea, flavescens: petala erecta, concava.* Filamenta *nulla: antherae basi duarum laciniarum insertae.* Willem. *l. c.*

Quamvis fructus ultimorum trium mihi ignotus, potius Linocierae esse generis quam Chionanthi, ex Antheris sessilibus basi petala connectentibus judico.

Genus Chionanthis affine, et nonne nonnullae huc pertinent?

Habitus. Arbores. Rami *teretes.* Folia *petiolata, opposita, integerrima, obtusa, subemarginata.*

26. FRAXINUS. *Cal.* 0-4-partitus. *Cor.* 0-4-petala. *Sam.* 2-locularis. *Sem.* pauca, pendula. *Gaertn.*

Ornus. 1. FRAXINUS foliolis lanceolatis attenuatis petiolatis serratis, floribus completis.

Fraxinus florifera botryoides. *Moris. prael.* 265. *Hort. angl.* 33. *t.* 9.

Fraxinus paniculata; foliolis lanceolatis glabris, floribus paniculatis terminatricibus. *Mill. Dict.*

Fraxinus Ornus; foliolis serratis, floribus corollatis. *Lin. Spec. pl.* 1510.

latifolia. β. foliolis ovato-oblongis serratis petiolatis, floribus corollatis. *Hort. Kew.* 3. *p.* 445.

Habitat in Europa *australi et in montibus circa* Pekin *herb. d'Incarvillaei in museo Jussiaei.* ♄

Rami *juniores purpurascentes, adultiores cinerei.* Foliola *bi-s-tripollicaria, trijuga, utrinque acuta, inaequaliter serrata, basin versus integerrima, subtus ad basin villosa.* Pedunculi *axillares, solitarii, folio breviores: pedicelli ultimi capillares, solitarii vel plures ex eodem puncto.* Calyx *tetraphyllus.* Petala *quatuor, linearia alba.*

Differentia specifica Lin. *aeque ac Synonyma pertinent ad angustifoliam, quam frequenter vidi ad Tiburtium et Terni, hinc latifoliae potius uti hujus varietati hunc locum assignavi.*

2. FRAXINUS foliolis subrotundis acutiusculis duplicato serratis subsessilibus, floribus corollatis. rotundifolia.
Hort. Kew. 3. *p.* 445.
Fraxinus rotundiore folio. *Bauh. pin.* 416. *I. B. hist.* 1. *p.* 2. *p.* 177.
Fraxinus alepensis. *Herm. Lugdb.* 261. *Plukn. t.* 182. *f.* 4.
Fraxinus rotundifolia; foliolis obovatis petiolatis minutissime dentatis basi inaequalibus, terminali obtusiore. *Lamarck. Dict. bot.* 2. *p.* 546.
Habitat in Calabria *et* Oriente. ♄
Rami *juniores et adultiores ut in praecedente.* Foliola *quinquejuga, extima vix pollicaria, interiora rotundiora, argute et inaequaliter serrata, basi acuta, glabra.* Flores *purpurei.* ✲
Figura Plukn. magis huic convenit quam parvifoliae Wild.

3. FRAXINUS foliolis petiolatis elliptico-ovatis integerrimis acuminatis subtus glaucis. americana.
Fraxinus americana; foliolis integerrimis, petiolis teretibus. *Lin. Spec. pl.* 1510?
Fraxinus acuminata; foliolis integerrimis, longe acuminatis petiolatis subtus glaucis. *Lamarck. Dict. bot.* 2. *p.* 547.
Fraxinus americana; foliolis petiolatis oblongis acuminatis integerrimis subtus glaucis. *Wild. arb. ber.* 116.
Habitat in Carolina, Virginia. ♄
Rami *glabri, cortice griseo-fusco.* Foliola *bi- ad quinquejuga, tri- vel quadripollicaria, pollices duos lata, firma, interdum acuminata interdum attenuata, subtus pallidiora, tenuiter venosa, venis majoribus subvillosis.* Petiolus *teres, supra sulco tenui.* ✲
Num Lin. americana eadem sit ac acuminata Lamarckii difficile dictu. Mill. Dict. non citavi, cum dubium mihi videtur num Fr. novae angliae et caroliniana huc pertineant, vel ad sambucifoliam vel ad caroliniana Lamarckii. Tam in hac specie quam in reliquis de Synonymia ex Wildenowio certus sum, cum mihi omnes vir amicissimus communicavit.

4. FRAXINUS foliolis subsessilibus extrorsum serratis samarisque lanceolato-ellipticis. platycarpa.

Mo. Bot. Garden,

Fraxinus platycarpa; foliis ad summum trijugis, subsessilibus, ovalibus, serratis: capsulis lato lanceolatis. *Michaux flor. bor. amer.* 2. *p.* 256.
Habitat in Carolina. *Bosc.*
Folia *bipollicaria, pollicem lata, attenuata, subtus pallida, venis majoribus subvillosis.* Samarae *pollicares, utrinque acutae.*
An Catesb. Fraxinus caroliniana etc. 1. *p.* 80. *t.* 80. *huc pertinet?*

quadrangulata. 5. FRAXINUS foliolis subsessilibus lanceolato-ellipticis serratis, subtus pubescentibus, samaris utrinque obtusis. †
Fraxinus quadrangulata; ramulis quadrangulatis: foliolis ad summum quadrijugis, subsessilibus, ovali-lanceolatis, argute serratis, subtus pubescentibus: capsulis utrinque obtusis. *Michaux fl. bor. am.* 2. *p.* 255.
Habitat in Kentucky *et* Tennassée.

epiptera. 6. FRAXINUS foliolis lanceolato-ellipticis subserratis, samaris cuneatis, apice obtusis emarginatis inferne teretibus.
Fraxinus epipteris; foliolis ad summum quadrijugis, oblongo-ovalibus, acuminatis, subintegris, capsulis obverse lanceolatis, apice obtuso-emarginatis, ima parte teretibus, apteris. *Michaux fl. bor. am.* 2. *p.* 256.
Habitat in Carolina *et* Virginia. *Bosc.* ♄

juglandifolia. 7. FRAXINUS foliolis petiolatis elliptico lanceolatis dentatis, subtus glaucis, ramis petiolisque glabris, floribus apetalis.
Fraxinus juglandifolia; foliolis septenis dentatis petiolatis subtus pubescenti-glaucis, ramulis petiolisque glabris. *Lamarck. Dict. bot.* 2. *p.* 548.
Fraxinus juglandifolia; foliolis petiolatis ovatis opacis dentatis, subtus glaucis, axillis venarum pubescentibus, ramulis glabris, floribus calyculatis. *Wild. arb. ber.* 117.

subintegerrima. β. Fraxinus caroliniana; petiolis teretibus, supra planiusculis; foliolis quinis et septenis subpetiolatis lanceolatis acuminatis, obsolete serratis, subtus pubescentibus. *Du Roi. Harb. ed.* 2. 1. *p.* 400.
Habitat in America *septentrionali.* ♄

Foliola *bi-s-trijuga, tripollicaria et ultra, attenuata, subtus tenuissime venosa, villis adspersa, praesertim in axillis nervorum.* Petioli *teretes, supra sulco tenui exarati.* Racemi *penduli.* Calyx *quadridentatus.* ✲

8. FRAXINUS foliis sessilibus elliptico-lanceolatis serratis, axillis subtus pubescentibus. sambucifolia.

Fraxinus sambucifolia; foliolis septenis serratis sessilibus, ramis punctatis. *Lamarck. Dict. bot.* 2. *p.* 549.

Fraxinus sambucifolia; foliolis sessilibus ovato-lanceolatis serratis rugosis nitidis, axillis venarum subtus villosis. *Wilden. arb. berol.* 121.

Habitat in America *septentrionali.* ♄

Rami *juniores virides, nigro punctati.* Foliola *trijuga, tri- vel quadripollicaria, basin versus integerrima, utrinque acuta, opaca, parum rugosa.* Flores *non vidi.* ✲

9. FRAXINUS foliolis petiolatis lanceolatis serratis ramulisque glabris, floribus apetalis. caroliniana.

Fraxinus caroliniensis; foliis angustioribus utrinque acuminatis pendulis. *Catesb. car.* 1. *p.* 80. *tab.* 80.

Fraxinus caroliniana; foliolis septenis dentatis petiolatis utrinque viridibus, petiolis subglabris, floribus calyciferis. *Lamarck. Dict. bot.* 2. *p.* 548.

Fraxinus caroliniana; foliolis petiolatis lanceolatis dentatis nitidis glabris, ramulis glabris, floribus calyculatis. *Wild. arb. ber.* 119.

Habitat in Carolina. ♄

Foliola *trijuga, utrinque acuta, basin versus integerrima, supra nitida.* Petiolus *teres, supra sulco tenui exaratus.* Racemi *laxi, sesquipollicares, saepe gemini ex eodem puncto, compositi: pedunculi partiales oppositi:* Bractea *parva utrinque ad basin singuli; pedicelli plures, umbellati.* Calyx *campanulatus, quadridentatus.* ✲

Variat foliis latioribus.

10. FRAXINUS foliolis petiolatis elliptico-ovatis serratis subtus petiolis ramisque tomentosis, floribus apetalis. pubescens.

Fraxinus pubescens; foliolis subnovenis dentatis petiolatis, ramulis petiolisque pubescenti-to-

mentosis, floribus calyciferis. *Lamarck. Dict. bot.* 2. *p.* 548.

Fraxinus nigra: petiolis teretibus; foliolis novenis, sessilibus, lanceolato-oblongis, acuminatis, serratis, subtus villosis. *Du Roi. Harb. ed.* 2. 1. *p.* 398.

Fraxinus pubescens; foliolis petiolatis elliptico-ovatis serratis, subtus petiolis ramisque tomentosis, floribus calyculatis. *Wilden. arb. ber.* 119.

longifolia. β. foliis ovato-lanceolatis attenuatis subserratis.

latifolia. γ. foliis ovatis latioribus.

Habitat in America *septentrionali.* ♄

Rami *apice, uti petioli incano-tomentosi.* Folia *tri-quadrijuga, supra glabra.* Petioli *teretes.* Racemi *subcompositi: pedicelli sparsi, plerumque plures ex eodem puncto.* Calyx *monophyllus, campanulatus, glaber, quadridentatus.* ✲

angustifolia. 11. FRAXINUS foliolis sessilibus lanceolatis remote denticulatis, samaris lanceolatis apice integris acutis mucronatis.

Fraxinus tenuiore et minore folio. *Bauh. hist.* 1. *p.* 2. *p.* 177.

Habitat in Hispania. *Schousboe.* ♄

Rami *cortice fusco-purpurascente.* Foliola *tri-quadrijuga, sesquipollicaria, facie foliorum ligustri, glabra, utrinque acuta.* Petioli *teretes, supra canaliculati.* Pedunculi *infrafoliacei, solitarii, bipollicares: pedicelli quinque vel septem, alterni, distantes.* Samarae *sesquipollicares, basi obtusae.*

Ad Fraxinum ornum retulerunt plurimi botanici, quamvis nil cum ea commune habet. Rajus in hist. plant. 2. *p.* 1703. *varietatem Frax. excelsioris esse credit, sed magis hae duae inter se differunt, quam plurimae species americanae hujus generis. Flores non vidi.*

tamariscifolia. 12. FRAXINUS foliolis petiolatis oblongis lanceolatisque argute serratis, serraturis mucronatis.

Habitat — — — mecum communicata a Dn. Hornemann, Lect. hort. bot. Havn. qui eam a Dn. la Peyrouse habuit. ♄

Rami *glaberrimi, cortice fusco.* Foliola *quadri- vel quinquejuga, vix pollicaria, oblonga, oblongo-lanceolata vel lanceolata, utrinque acuta,*

interdum dente terminali parum elongato subacuminata, utrinque glaberrima. Petioli *terètes.* Flores *non vidi.* ✲

Accedit ad Frax. rotundifoliam, diversa figura foliorum praesertim vero serraturis, mucrone flavescente terminatis. Fraxinus parvifolia Lamarckii huc forte spectat.

13. FRAXINUS foliolis sessilibus ovatis attenuatis parvifolia. dentato-serratis floribus nudis.

Fraxinus parvifolia; foliolis ovatis acutis basi cuneatis dentatis, floribus nudis. *Wild. arb. ber.* 124. *t.* 6. *f.* 2.

Habitat — — — *Wildenow.*

Rami *purpurascentes, superne trigoni, glabri.* Foliola *quadrijuga, extima bipollicaria, remote serrata, basi integerrima, utrinque acuta, glabra.* Pedunculi *laterales, simplices: pedicelli sparsi, saepe duo vel tres ex eodem puncto.* ✲

An Lamarckii Frax. parvifolia eadem ac Wild.? descriptio Lamarckii in Dict. bot. 2. *p.* 546, *praesertim si Plukn. figura tab.* 182. *f.* 4. *ad ejus parvifoliam pertinet, cum specimine a Wild. mihi misso minime convenit.*

14. FRAXINUS foliolis subsessilibus lanceolato- excelsior. oblongis attenuatis serratis, floribus nudis, samaris apice obliquo emarginato.

Fraxinus. *Math.* 135.

Fraxinus excelsior; foliolis serratis, floribus apetalis. *Lin. Spec. pl.* 1509. *Pollich. pal. n.* 947. *Fl. dan. t.* 969.

β. ramis pendulis. *pendula.*

Habitat in Europa. ♄

Rami *cinerei, superne alternatim compressi, glabri.* Foliola *quadrijuga, bipollicaria et ultra, acute serrata.* Pedunculi *plures ex eadem gemma: pedicelli sparsi, interdum plures ex eodem puncto.* Squamae *gemmarum villosae.*

15. FRAXINUS foliis simplicibus compositisque heterophylla. dentato-serratis.

Fraxinus excelsior; foliis plerumque simplicibus. *Lamarck. Dict. bot.* 2. *p.* 544. *varietas ε.*

Fraxinus simplicifolia; foliis simplicibus ovatis dentatis basi integerrimis. *Wild. arb. ber.* 121.

Habitat — — — ♄

Lignum et gemmae Fr. excelsioris. Folia *plerumque simplicia tri- vel quadripollicaria, ovata, subcordata vel basi subacuminata, acuta, profunde serrata, utrinque glabra.* (*interdum ternata, interdum quinato-pinnata.* Lamarck.) Petioli *supra canaliculati, subtus convexi; juniores subtus carinati.* Pedunculi *petiolo breviores, plures: pedicelli sparsi.* Samarae *oblongo-lanceolatae, pollicares, parum latiores quam in Fr. excelsiori, basi acutae, apice obtusae, emarginatae.* ✲

Habitus. Arbores *polygamae.* Folia *pinnata, uti foliola opposita.* Flores *racemosi.*

27. STRIGA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida: lacinia suprema majore, emarginata. *Caps.* 1-**locularis, polysperma.**

lutea. 1. STRIGA. *Lour. fl. cochinch. p.* 22. †

Habitat Cantone Sinarum.

Caulis *herbaceus, simplicissimus, erectus, quadrisulcatus, sexpollicaris.* Folia *lanceolato-linearia, integerrima, sessilia, glabra, sparsa, parva.* Flores *lutei, axillares, solitarii.* Calycis *laciniae aequales, pilosae, subulatae.* Corolla *hypocrateriformis: tubo longo, tenui, prope limbum recurvo.* Stylus *longitudine tubi.* Stigma *simplex.* Loureiro *l. c.*

28. MICRANTHEMUM. *Cal.* 4-partitus: laciniis duabus inferioribus majoribus. *Cor.* subcampanulata, 4 partita: lacinia superiore minore. *Caps.* 2-valvis, 1-locularis, polysperma.

orbiculatum. 1. MICRANTHEMUM.

Anonymos umbrosa; caule repente; foliis subrotundis, sessilibus, integris, oppositis; floribus axillaribus, sessilibus solitariis. *Walt. fl. Car.* 63.

Globifera umbrosa. *Gmel. ed. Syst. Lin. Tom.* 2. *p.* 1. *p.* 34.

Micranthemum orbiculatum; glaberrimum: caulibus filiformibus, repentibus: foliis orbicula-

tis, integris, flore longioribus. *Michaux flor. bor. amer.* 1. *p.* 10. *t.* 2.
Habitat in Carolina. *Bosc.*
Facies Anagall. tenellae. Radices *capillares.* Caules *filiformes, repentes, ramosi, glabri, uti tota planta.* Folia *sessilia, opposita, subrotunda, obsolete nervoso-venosa, patentia.* Pedunculi *axillares, folio triplo breviores, solitarii, alterni.*
Calyx *profunde quadripartitus: laciniae spathulatae, duae superiores minores.* Corolla *calyce subaequalis, subcampanulata: tubus brevissimus, intus glaber: limbus inaequaliter quadripartitus; lacinia superiore minore; laterales patulae, intermedia inferiorum coeteris major, subovalis, planiuscula.* Stamina *duo, intra faucem inserta, inferiore lacinia corollae parum breviora.* Antherae *didymae, basi leviter bifidae.* Germen *globosum.* Stylus *leviter declinatus.* Stigma *intortum, obliquatum, depresso capitatum.* Capsula *calyce persistente vestita, subglobosa, bivalvis, unilocularis.* Semina *numerosa, ovata, striata.* Receptaculum *centrale, ovale.* **Richard.**

29. VERONICA. *Cor.* limbo 4-partito; lacinia infima angustiore. *Caps.* 2-locularis.

* *Racemis terminalibus, foliis verticillatis oppositisque.*

1. VERONICA foliis quinis-novenisve lanceolatis sessilibus. sibirica.
Veronica spicata altissima, foliis verticillatim dispositis. *Amm. ruth.* 20. *t.* 4.
Veronica sibirica; spicis terminalibus, foliis septenis verticillatis, caule subhirto. *Lin. Spec. pl.* 12.
Habitat in Dauria. ♃
Caulis *quadripedalis, hirtus, in culta glabrior, teres, striatus.* Folia *quinque ad novem, verticillata, bi-s-tripollicaria, subaequaliter serrata, vix pilosa.* Pedunculus *terminalis, solitarius.* Racemus *crassitie pollicis, imbricatus, cylindricus, attenuatus.* Bracteae *binae ad basin calycis, se-*

taceae. Calyx *quinquefidus; laciniis lanceolatis.* Corollae *coeruleae: tubo oblongo: Limbo quadrifido; laciniis superioribus ovatis, inferioribus angustioribus.* Stamina *et* pistillum *corolla duplo longiora.* ✲

virginica. 2. VERONICA foliis subquinis lanceolato-ovatis petiolatis.

Veronica virginiana procerior, foliis ternis, quaternis, et etiam quinis, caulem amplexantibus, spicis florum candidissimis. *Plukn. Alm.* 383, *t.* 70, *f.* 2.

Veronica foliis quaternis quinisve. *Lin. Hort. Cliff.* 7. *Gron. Virg.* 4.

Veronica virginica spicis terminalibus, foliis quaternis quinisque. *Lin. Syst. veg.* 58.

Habitat in Virginia, *in* Japonia, *Thunberg.* 4

Caulis *villosus.* Folia *inferne quina, superne quaterna, aequaliter serrata.* Pedunculus *unicus ex singulis axillis foliorum ultimorum praeter terminalem, laterales breviores: omnes pubescentes.* Racemi *quadripollicares et ultra, crassitie pennae anserinae, imbricati, cylindrici.* Bractea *subulata ad basin calycis.* Calyx *quinquefidus: laciniis lanceolatis, inaequalibus.* Corolla *quadrifida: laciniis duabus superioribus ovatis, inferioribus angustioribus.* Genitalia *exserta.* ✲

foliosa 3. VERONICA foliis ternis ovatis duplicato-serratis. †

Veronica foliosa; foliis ternis ovatis. *Kitaib. fl. hung.* 2, *p.* 106, *t.* 102.

Habitat in Hungaria.

Caulis *subbipedalis, erectus, simplex, inferne pilosus.* Folia *breviter petiolata, acuta, biserrata, subtus venosa; inferiora pubescentia, praesertim costa et margine, summa lanceolato-ovata, glabra.* Racemi *inferiores terni, superiores oppositi et alterni.* Bracteae *lineares.* Calyx *quadripartitus.* Corolla *violaceo-coerulea.* Capsula *obcordata.* Kitaib. *l. c.*

maritima. 4. VERONICA foliis ternis quaternis oppositisque ovato-lanceolatis inaequaliter serratis.

Lysimachia coeruleo flore. *Clus. hist.* 2. *p.* 52.

Lysimachia coerulea hortensis. *Lob. ic.* 344.

Veronica maritima; spicis terminalibus, foliis ternis inaequaliter serratis. *Lin. fl. suec. n.* 8. *Fl. dan. t.* 374. *Retz. obs.* 1. *p.* 9.

β. foliis latioribus. latifolia.

Habitat in Europae *maritimis macris apricis.* 2

Caulis *subtomentosus, pedalis.* Folia *petiolata, attenuata, basi interdum subcordata, profunde serrata, serraturis duplicatis, interdum integerrimis, subtus subtomentosa.* Racemi *elongati, attenuati.* Bracteae *subulatae.*

Variat floribus coeruleis, coerulescentibus, incarnatis, albisque. Wildenow.

Culta tota fere glabra evadit.

5. VERONICA foliis ternis oppositisque, oblongo-lanceolatis serratis cauleque pubescentibus, corollis crenulatis. † crenulata.

Veronica crenulata; spicis terminalibus, caule foliis pubescentibus oblongo-lanceolatis serratis, calycibus acutis, laciniis corollae crenulatis. *Hoffm. in sched. phytogr. an.* 1, *p.* 95.

Habitat — — — 2

Caulis *bipedalis, erectus, teres, striatus, superne divisus:* Ramis *sparsis.* Folia *inferiora petiolata, opposita, rarius terna, superiora subsessilia alterna, subaequaliter acute serrata.* Racemi *vix semipedales.* Flores *saturate coerulei.* Bracteae *lanceolatae.* Calyx *quadripartitus; laciniis lanceolatis, margine pilosis.* Corollae *laciniae undulatae, crenulatae: faux villosa.* Capsula *ovato-subrotunda, glabra, quadrivalvis.* Hoffm. *l. c.*

6. VERONICA foliis ternis oppositisque lanceolatis aequaliter serratis utrinque attenuatis. spuria.

Veronica recta vulgaris. *Clus. hist.* 347.

Veronica spuria spicis terminalibus, foliis ternis aequaliter serratis. *Lin. Hort. Ups.* 7. *Syst. veg.* 52. *Pollich. palat. n.* 6. *Gmel. it.* 1. *t.* 39.

Habitat in Europa *australiori*, Sibiria, Thuringia. 2

Caulis *erectus, pubescens.* Folia *breviter petiolata, inferne terna, sub pedunculis opposita vel alterna, in culta glabra.* Racemi *terminales, palmares, imbricati, cylindrici, sensim attenuati, duo laterales ex alis ultimis.* Bracteae *subulatae.* ✲

Varietatem V. longifoliae esse suspicatur Cel. Afzelius in Disquis. de veg. Suecanis cap. 2. §. 2. obs. 1.

paniculata. 7. VERONICA foliis lanceolatis ternis remote serratis, caule adscendente paniculato.

Veronica angustifolia, floribus paniculatis. *Amm. ruth.* 32.

Veronica paniculata; racemis lateralibus longissimis, foliis lanceolatis ternis serratis, caule adscendente. *Lin. Syst. veg.* 60.

Veronica dentata; foliis oppositis lanceolato-linearibus sessilibus dentatis acuminatis, caule ex procumbente erecto tereti, racemis lateralibus oppositis, calycibus quadrifidis inaequalibus. *Schmidt boh. 1. p. 31.*

Habitat in Tartaria, Bohemia. 4

Caulis *vix pubescens, teres, superne e racemis copiosis paniculatus.* Folia *petiolata, bi-s-tripollicaria, attenuata, basi acuta, glabra, subtus obsolete venosa.* Pedunculi *inferiores inferne foliosi; foliis alternis, lineari-lanceolatis, integerrimis.* Bracteae *subulatae.* Flores *distantes.* Calyx *quadrifidus.* ✲

Cum habitu magis convenit praecedentibus huc locavi, racemi terminant caulem vel ramos axillares superiores, uti in reliquis hujus sectionis.

complicata. 8. VERONICA foliis verticillatis oppositisque lineari-lanceolatis complicatis dentatis; dentibus incrassatis. †

Veronica complicata; spicis terminalibus, lateralibus subnutantibus, foliis oppositis complicatis dentatis: dentibus incrassatis, laciniis corollae integerrimis. *Hoffm. in sched. phytogr. an. 1. p. 98.*

Habitat in Europa. 4

Caulis *bipedalis, erectus, subflexuosus, teres, superne pubescens:* Ramis *floriferis suboppositis.* Folia *plerumque opposita, rarius terna, patentia, reflexa, radicalia elliptica, subincana, inaequaliter dentata.* Bracteae *lineari-lanceolatae.* Calyx *quadrifidus: laciniae inaequales oblongo-lanceolatae, pubescentes.* Corolla *coerulea: faux villosa.* Capsula *obcordata, glabra, quadrivalvis.* Hoffm. *l. c.*

** *Racemis terminalibus, foliis oppositis.*

9. VERONICA foliis lanceolatis inaequaliter serratis glabris basi acuminatis. longifolia.

Veronica I. erectior latifolia. *Clus. hist.* 1. *p.* 346.
Veronica major latifolia, foliis splendentibus et non splendentibus. *Bauh. hist.* 3. *p.* 283.
Veronica longifolia; spicis terminalibus, foliis oppositis lanceolatis serratis acuminatis. *Lin. hort. Ups.* 7.

β. Veronica spicata, urticaefolio. *Amm. ruth.* 26. *urticaefolia.*

Habitat in Tataria, Austria, Suecia. 4

Caules *plures, bipedales et ultra, erecti, teretes, subpubescentes, simplices, versus apicem in ramulos floriferos simplicissimos divisi.* Folia *petiolata, bipollicaria, nutantia, inaequaliter serrata, attenuata, glabra, subnitida, venosa, subtus parum pallidiora.* Petioli *e basi foliolorum parum decurrente marginati, canaliculati.* Racemi *semipedales, erecti.* Bracteae *longitudine calycis.* Calyx *quadrifidus: laciniis duabus inferioribus longioribus.* Stamina *longitudine corollae.* ✲

16. VERONICA incano-tomentosa, foliis lanceolatis crenatis subintegerrimisque obtusis, caule erecto. incana.

Veronica spicata lanuginosa et incana, floribus coeruleis. *Amm. ruth.* 30.
Veronica incana; spicis terminalibus, foliis oppositis crenatis obtusis, caule erecto tomentoso. *Lin. hort. Ups.* 7.

Habitat in Ucrania, Samara. *Specimina spontanea illustr. Comes Muschin-Puschin misit.* 4

Caulis *in spontanea saepe vix spithamaeus, simplicissimus.* Folia *radicalia pollicaria, ovato-oblonga, obtusissima, crassiuscula, vix nervoso-venosa.* Racemus *terminalis, solitarius: flores frequentissimi.*

Variat foliis omnibus caulinis integerrimis, vel inferioribus crenatis, superioribus integerrimis. Culta tomenti partem amittit.

17. VERONICA incano-tomentosa, foliis lanceolatis serratis acutis, caule erecto. neglecta.

Habitat in Siberia? 4

Hanc frequenter vidi in hortis botanicis sub nomine Ver. incanae, et ante plurimos annos ab amiciss. Meyero missam cum signo dubitationis. Revera mihi differre videtur, et magis quam plurimae aliae Veronicae affines. Genitalia in hac specie, uti in praecedente, corolla duplo longiora, et bracteae lineari-lanceolatae saepe flore longiores. Folia interdum argute serrata, suprema integerrima. ✲

spicata. 12. VERONICA foliis lanceolatis crenatis obtusiusculis, caule adscendente, bracteis longitudine florum.

Veronica recta minor. *Clus. hist.* 1. *p.* 347.
Veronica spicata minor. *Bauh. pin.* 247. *Vaill. paris.* 201, *t.* 33. *f.* 4.
Veronica spicata; foliis Veronicae officinarum. *Dill. in act. n. c. cent.* 5. 6. *obs.* 38. *t.* 11.
Veronica spicata; spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis, caule adscendente simplicissimo. *Lin. Syst. veg.* 58. *Fl. dan. tab.* 52. *Pollich. pal. n.* 7.

polystachya. β. spicis pluribus.

Veronica major angustifolia. *Clus. pan.* 617. 619.
Veronica spicata recta, major. *Bauh. hist.* 3. *p.* 282.

Habitat passim in Europa. 2

Caulis *pedalis, pubescens.* Folia *infima petiolata, superiora sessilia saepeque alterna, basin versus angustata, villosa, avenia.* Racemi *terminales, solitarii vel plures, imbricati, cylindrici, bi-s-tripollicares.* Bracteae *lanceolatae.* Calyx *quadripartitus: laciniae oblongae, acutae, margine villosae.* Corolla *coerulea: laciniae duae superiores ovatae, inferiores oblongae.*

hybrida. 13. VERONICA foliis ovalibus obtuse serratis scabriusculis, caule adscendente.

Veronica spicata cambro-britanica, bugulae subhirsuto folio. *Raj. syn.* 278. *t.* 11. *f.* 1.
Veronica hybrida; spicis terminalibus, foliis oppositis obtuse serratis scabris, caule erecto. *Lin. Fl. succ. n.* 11. *Spec. pl.* 14. *Mant.* 316.

Habitat in Europa *rarius.* 2

Caules *simplices, vix pedales.* Folia *inferiora petiolata, per petiolum parum decurrentia, supe-*

riora sessilia, obtusa, grosse obtuseque serrata, uti caules pubescentia, viridia. ✲

Veronica hybrida Lin. Amoen. acad. 3. *p.* 35. *t.* 2. *alia planta est foliis fere Verbenae officinalis a Ver. maritima et Verb. officinali orta.*

14. VERONICA foliis lanceolatis inciso-pinnatifidis glabris. *Hort. Kew.* 1. *p.* 19. incisa.

Habitat in Sibiria. ♃

Caulis *erectus*, *pubescens.* Folia *petiolata*, *profundius serrata quam in antecedentibus; rudimenta foliorum axillarium integerrima.* Racemi *plures ad apicem caulis.* ✲

Differt ab insequente spicis *nunquam solitariis semper aggregatis:* floribus *majoribus:* foliis *uncialibus*, *lanceolatis*, *basi cuneiformibus*, *laciniis lanceolatis.* Wilden. *spec. pl.* 1. *p.* 58.

15. VERONICA foliis pinnatifidis laciniatis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 19. † laciniata.

Veronica spuria. *Junghans. ic. rar. cent.* 1. *f.* 2. *Wildenow.*

Habitat in Sibiria. ♃

16. VERONICA foliis linearibus pinnatifidis subfasciculatis, laciniis filiformibus divaricatis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 19. pinnata.

Veronica pinnata spica terminali, foliis linearibus dentato-pinnatis, caulibus erectis. *Lin. Mant.* 24. *Laxman in act. petrop.* 1770. *p.* 553. *t.* 29. *f.* 1.

Caulis *pubescens*, *in culta pedalis et ultra*, *fere glaber.* Folia *approximata*, *angustissima; laciniis sparsis inaequalibus: fasciculi foliorum in axillis hinc folia fasciculata apparent.* Racemi *in planta spontanea solitarii*, *in culta plures.* Capsulae *ovales.*

17. VERONICA foliis obovatis crenatis, cauleque adscendente piloso, racemo subquinquefloro. bellidioides

Veronica alpina bellidis folio hirsuta. *Bauh. prodr.* 116.

Veronica caule simplici paucifloro, foliis scabris ovatis serratis, spica pauciflora. *Hall. hist. n.* 543. *t.* 15. *f.* 1.

Veronica bellidioides; corymbo terminali, caule adscendente diphyllo, foliis obtusis crenatis, calycibus hirsutis. *Lin. Syst. veg.* 59. *Mant.* 316.

Habitat in Pyrenaeis *et* alpibus Helvetiae.
Tota pilosa. Caulis *digitalis, simplicissimus.* Folia *sessilia, pleraque inferne, conferta, duo plerumque in caule, interdum vero quatuor vel sex, inferiora crenulata, superiora integerrima.* Flores *circiter quinque-septem.* Bracteae *lineares, obtusae.* Calycis *laciniae oblongae, viscidae.* Capsulae *oblongae, magnitudine Pip. nigri.*

gentianoides. 18. VERONICA corymbo terminali, foliis lanceolatis margine cartilagineis; inferioribus connatis vaginantibus, caule adscendente. *Symb. bot. 1. p. 1.*

Veronica orientalis, erecta, gentianellae foliis. *Tournef. Cor. 7.*

Veronica erecta blattariae facie. *Buxb. cent. 1. p. 23. t. 35.*

Habitat in Cappadocia. 4

Caulis *spithamaeus, simplicissimus, inferne glaber, laevis, superne villosus.* Folia *quatuor vel sex in caule, semipollicaria; inferiora crassiuscula, glaberrima, obscure trinervia, avenia, margine cartilaginea, versus apicem utrinque crenas duae vel tres minutissimae, basi in vaginam connata; superiora sessilia, integerrima; par ultimum villosum, absque margine cartilagineo.* Bracteae *alternae, lineari-lanceolatae, obtusae, villosae.* Racemi *apice nutantes: pedicelli longitudine bractearum, villosi.* Calyx *quadripartitus: laciniae lanceolatae, duae majores.* Corolla *coerulea.* Filamenta *corolla longiora.*

fruticulosa. 19. VERONICA foliis elliptico-lanceolatis subserratis, caulibus erectis fruticulosis, racemo multifloro.

Veronica caulibus fruticosis declinatis, foliis glabris ellipticis dentatis, floribus in summitate confertis petiolatis. *Hall. in Comm. Nor. 1734. p. 243. hist. n. 545. t. 16. f. 1.*

Veronica fruticulosa; corymbo terminali, foliis lanceolatis obtusiusculis, caulibus fruticulosis. *Lin. spec. pl. 15. Mant. 316.*

Veronica fruticulosa; caulibus fruticosis, basi procumbentibus, racemo terminali multifloro; foliis oppositis elliptico-lanceolatis, subdenticulatis, calycibus acutis. *Wulf. in Coll. Jacqu. 4. p. 229. t. 5.*

Habitat in alpibus Austriae, Helvetiae, Pyrenaeis, Scotiae. ♄

Caules *basi procumbentes, dein erecti, spithamaei, simplicissimi, teretes, superne pubescentes, uti pedunculi et calyces.* Folia *sessilia, majora quam in V. saxatili, obtusiuscula, versus medium utrinque dentibus parvis subserrata, margine villosa.* Flores *demum in racemo elongato: pedicelli floriferi bractea breviores, fructiferi longiores.* Calycis *laciniae acutae.* Capsula *ut in insequente.*

20. VERONICA foliis subovatis ellipticisque subintegerrimis, caulibus diffusis fruticulosis, racemo paucifloro. *saxatilis.*

Veronica III. fruticans. *Clus. hist.* 1. *p.* 347.
Veronica serpyllifolia omnium minima. *Pon. bald. it.* 184.
Veronica saxatilis. *Bauh. hist.* 3. *p.* 284.
Veronica. *Hall. hist. n.* 545. *β.*
Veronica fruticulosa. *Fl. dan. t.* 342.
Veronica saxatilis corymbo terminali, foliis oppositis glabriusculis, pedunculis folia floralia superantibus. *Lin. Suppl.* 83.

β. Veronica nummularia; floribus axillaribus solitariis subsessilibus, foliis suborbiculatis integerrimis, caule prostrato fruticuloso. *Gouan. illustr.* 1. *t.* 1. *f.* 2. *nummularia.*

γ. Veronica pygmaea; caule adscendente triflo-ro, foliis oppositis caulem tegentibus, ovatis integris ciliatis, calycibus hirsutis. *Schranck. salisb. n.* 11. *t.* 1. *f.* 1. *pygmaea.*

Habitat in alpibus Austriae, Helvetiae, Pyrenaeis, Norvegiae. ♄

Caulis *palmaris, ramosus, lignosus, decumbens:* Rami *adscendentes, subpubescentes.* Folia *frequentia, inferne conferta, semiunguicularia, crassiuscula, inferiora basi in petiolum attenuata, integerrima; superiora saepe extrorsum serratura una vel altera, obtusiuscula, avenia, margine subpilosa.* Pedicelli *duo vel tres, bractea longiores.* Calycis *laciniae lanceolatae, obtusae.* Corolla *ratione plantae magna, coerulea.* Capsula *pubescens, quadrivalvis.*

alpina. 21. VERONICA foliis oblongis integerrimis subserratisque, calycibus ciliatis, caule simplici adscendente, racemo paucifloro conferto.

Teucrium VI. *Clus. hist.* 1. *p.* 350.

Veronica caule floribus terminato, foliis ovatis crenatis. *Lin. fl. lap.* 7. *t.* 9.

Veronica alpina Bugulae folio, calyce villoso. *Com. Nor.* 1732. *p.* 300.

Veronica alpina; corymbo terminali, foliis oppositis, calycibus hispidis. *Lin. fl. suec. n.* 15. *Fl. dan. tab.* 16.

Veronica caule simplici, foliis ovatis, glabris, subserratis, spica pauciflora. *Hall. hist. n.* 544. *t.* 15. *f.* 2.

Veronica Teucrium Etschierianum; corymbo terminali, foliis caulinis oppositis, pene glabris, calycibus fructibusque glabris. *Crantz. austr.* 377.

Veronica pumila; caule simplici floribus congestis terminato, foliis ovatis acutis dentatis. *All. Spec.* 19. *t.* 13. *f.* 3. *Fl. ped. n.* 270. *t.* 22. *f.* 5.

integrifolia. ß. Veronica alpina varietas. *Krock. fl. sil. n.* 28. *t.* 3.

Veronica integrifolia; caule simplici, foliis remotis ovatis mucronatis integerrimis ciliatis, corymbo terminali hirsuto. *Schranck. salisb. n.* 10.

Veronica integrifolia; corymbo terminali, foliis oppositis ellipticis obtusis integerrimis, calycibus pilosis. *Wilden. spec. pl.* 1. *p.* 63.

Habitat in alpibus Europae. 4

Caules *digitales*, *inferne glabri*, *superne pubescentes*. Folia *remota*, *unguicularia*, *inferiora basi attenuata*, *integerrima*, *obtusa*, *superiora sessilia*, *acutiuscula*, *serratura una altera ve in medio*. Flores *conferti*, *demum parum remotiores*. Capsula *oblonga*.

V. integrifolia Schranckii tam parum mihi differre videtur a V. alpina, ut vix distingui mereatur; alpina enim in nostris alpibus variat foliis superioribus acutioribus vel obtusioribus, obsolete serratis vel integerrimis, supremis oppositis vel alternis, si pedunculus communis parum elongatur, praeterea denticulum in foliis supremis observo in specimine V. integrifoliae a Wildenowio misso.

22. VERONICA foliis oblongis crenatis calycibusque glabris, racemis elongatis, floribus distantibus. serpyllifolia.

Eufragia. *Brunsf. herb.* 1. *p.* 169.
Veronica minor serpyllifolia. *Lob. ic.* 472.
Veronica foemina quibusdam, aliis betonica Pauli serpyllifolia. *Bauh. hist.* 3. *p.* 285.
Veronica serpyllifolia; racemo terminali subspicato, foliis ovatis glabris crenatis. *Lin. Syst. veg.* 59. *Fl. dan.* 492. *Pollich. pal. n.* 9.

β. Veronica humifusa; racemo terminali, foliis cordato-subrotundis crenulatis, caulibus repentibus. *Dicks. in act. Soc. Lin.* 2. *p.* 288. *humifusa.*

Habitat in Europa *et* America *boreali ad vias, agros, β. in alpibus* Scotiae. 4

Caulis *basi repens, dein adscendens, simplicissimus, interdum basi ramo aucto, palmaris et ultra.* Folia *infima petiolata, reliqua sessilia, remota, sex-octo in caule, unguicularia, obscure trinervia.* Racemus *elongatus.* Bracteae *lanceolatae, pedicellis longiores.* Calycis *laciniae quatuor, oblongae, inaequales.* Corolla *pallide coerulea.* Capsula *obcordata.*

Varietatem caule pedali, foliis ovatis, bracteis inferioribus serratis, calycibus pedunculisque ope lentis pubescentibus Romae et Neapoli legi.

23. VERONICA foliis subrotundis rugulosis subcrenatis omnibus petiolatis, caule repente calycibusque villosis. tenella.

Veronica nummulariae folio pyrenaica. *Tournef. inst.* 145.
Veronica pratensis nummulariae folio flore coeruleo. *Plukn. alm.* 381. *t.* 233. *f.* 4.
Veronica pratensis nummulariae folio. *Dill. gies. nov. spec.* 67.
Veronica tenella: repens foliis rotundis crenulatis, ramis breviter racemosis. *All. fl. ped. n.* 272. *t.* 22. *f.* 1.

Habitat in Pyrenaeis *et alpibus* Pedemontanis. 4

Maxime affinis V. serpyllifoliae. Folia *petiolata, tenera, glabra.* Flores *purpurei.*

24. VERONICA foliis obovatis subintegerrimis, caule repente. telephiifolia.

Veronica orientalis, telephii folio. *Tournef. Cor.* 7.

Habitat in Armenia. *Ex herbario Tournefortii.* Caules *filiformes*, *glabri.* Folia *petiolata vix semiunguicularia*, *basi acuta*, *obtusissima*, *extrorsum crenula una alterave obscura*, *glabra.* Flores *in Specimine Tournefortii non aderant*, *ex habitu locum assignavi.*

ruderalis. 25. VERONICA foliis subrotundis crenatis subquinque-nerviis, superioria subciliata integerrima, caule repente. ☩

Veronica serpyllifolia. *Fl. per.* 1. *p.* 6.

Habitat in ruderatis versuris et humidis locis frigidis Peruviae. 2ℓ.

Caules *plurimi*, *diffusi*, *filiformes*, *teretes*, *purpurascentes*, *superne pubescenstes.* Folia *inferiora breviter petiolata*, *patentia*, *superiora sessilia.* Pedicelli *filiformes*, *longitudine bracteatarum.* Corolla *violacea*: *lacinia minor alba.* *Fl. per. l. c.*

**** Racemis lateralibus.*

parviflora. 26. VERONICA foliis lineari-lanceolatis integerrimis glabris mucronatis, caule fruticoso. *Symb. bot.* 3. *p.* 4.

Habitat in nova Zelandia. ♄

Rami *teretes*, *glabri.* Folia *sessilia*, *approximata*, *pollicaria*, *rigida*, *laevia*, *apice plicato-mucronata.* Racemi *ex ultimis axillis*, *oppositi*, *sesquipollicares*, *erecti.* *Pedunculus teres*, *brevis*: *pedicelli oppositi*, *breves.* Bractea *minuta ad basin pedicellorum.* Calyx *tetraphyllus*: *foliola oblonga*, *obtusa*, *glabra*, *oculo armato subciliata.* Corollae *laciniae obtusae.* Stylus *corolla longior.* Capsulae *ovales*, *calyce duplo longiores.*

macrocarpa. 27. VERONICA foliis lanceolatis integerrimis glabris planis, caule fruticoso racemis erectis. *Symb. bot.* 3. *p.* 4.

Habitat in nova Zelandia. ♄

Rami *teretes*, *articulati*, *cortice fusco*, *glabri.* Folia *sessilia*, *quadripollicaria*, *laevia*, *avenia*, *enervia*, *extrorsum attenuata margine plana.* Racemi *ex ultimis axillis*, *oppositi*, *longitudine foliorum*: *pedicelli alterni*, *copiosi ad lentem subvillosi.* Bracteae *lineares*, *minu-*

tae, obtusae, oculo armato subciliatae. Calycis *foliola parva, lanceolata, acuminata.* Corollae *tubus calyce duplo longior: Limbi laciniae oblongae, obtusae.* Capsulae *ovatae, acutae, calyce triplo longiores.*
Folia *basi latiora quam in insequente.*

28. VERONICA foliis lanceolatis utrinque attenuatis integerrimis, caule fruticoso, racemis nutantibus. salicifolia.

Veronica salicifolia; racemis lateralibus nutantibus, foliis lanceolatis integerrimis, caule fruticoso. *Forst. prodr. n.* 11. *Symb. bot.* 3. *p.* 4.

Habitat in nova Zelandia. ♄

Tota glabra. Rami *teretes, crassitie pennae anserinae, articulati, post casum foliorum annulati, cortice fusco.* Folia *quadripollicaria, sessilia, subundulata, laevissima, avenia.* Racemi *oppositi, folio longiores: pedicelli capillares, copiosissimi, plures ex eodem puncto; fructiferi reflexi.* Bracteae *ad basin pedicellorum, subulatae.* Calyx *tetraphyllus: foliola corolla breviora, aequalia, subulata.* Corollae *tubus calyce duplo longior: Limbi laciniae lanceolatae, acutae.* Capsula *oblonga, acuta, calyce duplo longior.*

29. VERONICA foliis ellipticis integerrimis. † elliptica.

Veronica elliptica; racemis lateralibus, foliis ellipticis integerrimis. *Forst. prodr. n.* 10.

Habitat in nova Zelandia. ♄

30. VERONICA foliis lanceolatis serratis, caule suffruticoso racemis laxis. catarractae.

Veronica catarractae, racemis terminalibus flexuosis, caule suffruticoso, foliis lanceolatis serratis. *Forst. prodr. n.* 9.

Habitat in nova Zelandia. *Ex herbario Musaei Parisini.* ♄

Caules *adscendentes, glabri.* Folia *petiolata, pollicaria, utrinque acuta, subtus discolora, remote serrata, glabra.* Racemi *ex axillis supremis, palmares: pedicelli oppositi, glabri, distantes.* Calycis *laciniae quatuor, subulatae.* Capsulae *oblongae, calyce longiores.*

decussata. 31. VERONICA racemis paucifloris, foliis ellipticis perennantibus integerrimis, caule fruticoso. *Wild. arb. berol.* 400. *Spec. pl.* 1. *p.* 60.

Veronica decussata; spicis terminalibus paniculatis, foliis oblongis integerrimis laevigatis coriaceis, caule fruticoso. *Hort. Kew* 1. *p.* 20.

Hebe. *Juss. gen.* 105.

Habitat in insulis Falklandiae *inque freto* magellanico. ♄

Frutex *ramosissimus:* Rami *teretes, e cicatricibus foliorum annulati, glabri, lineis utrinque oppositis fuscis e petiolo decurrente cum totidem cinereis inter singulum par foliorum.* Folia *decussantia, subpollicaria, acuta, mucrone minuto terminata, margine cartilaginea, glabra.* Petioli *brevissimi.* Racemi *ex supremis axillis, folio breviores: Pedunculi flexuosi.* Bracteae *ovatae, patentes, ciliatae; bracteolae duae aliae in medio singuli pedicelli.* Calyx *tetraphyllus.* Corolla *infundibuliformis.*

aphylla. 32. VERONICA foliis subrotundis oblongisque, caule brevissimo, pedunculo scapiformi subtrifloro.

Teucrium minimum. *Clus. hist.* 1. *p.* 350.

Chamaedrys alpina. *Bauh. prodr.* 117.

Veronica parva saxatilis, cauliculis nudis. *Pluk. alm.* 384. *t.* 114. *f.* 3.

Veronica alpina pumila, caule aphyllo. *Segu. Ver.* 1. *p.* 241. *t.* 3. *f.* 2.

Veronica aphylla; corymbo terminali, scapo nudo. *Lin. Syst. veg.* 59.

Veronica subacaulis; hirsuta caule brevissimo, racemo bifloro laterali nudo scapiformi, capsulis obcordatis. *Lamarck. illust.* 1. *p.* 44.

grandiflora. β. Veronica grandiflora; racemis lateralibus laxis, foliis oppositis crenatis hirsutis, caule adscendente stolonifero. *Gaertn. in nov. com. petr.* 14. *p.* 1. *p.* 537. *t.* 18. *f.* 1.

Veronica Kamtchatica; hirta, racemo trifloro elongato laterali aphyllo, foliis ovatis s. oblongis serratis hirtis: pilis articulatis. *Lin. suppl.* 83.

Habitat in Alpibus Europae *australioris*, β. *in* Kamtschatka. 2

Radix *filiformis, longa.* Caulis *adscendens, saepe vix ullus.* Folia *conferta, unguicularia, subrotunda vel obovata, in petiolum brevem desinentia, crenata, pilosa, praesertim versus marginem; pili articulati.* Pedunculus *lateralis, scapiformis, digitalis, pubescens, biquinqueflorus.* Bracteae *lineares, obtusae, longitudine calycis.* Calyx *tetraphyllus: foliola linearia, obtusa.*

33. VERONICA foliis oblongis crenulatis planis, caule repente. Beccabunga.

Sium. *Brunsf. herb.* 3. *p.* 169. *Fuchs.* 735.
Anagallis aquatica folio rotundiore major. *Bauh. hist.* 3. *p.* 780.
Veronica Beccabunga; racemis lateralibus, foliis ovatis planis caule repente. *Lin. Syst. veg.* 50. *Fl. dan.* 511. *Pollich. pal. n.* 10.
β. Anagallis aquatica. *Trag.* 187. *minor.*
Anagallis aquatica flore coeruleo, folio rotundiore, minor. *Bauh. hist.* 3. *p.* 779.

Habitat in Europa *ad scaturigines vix congelandos*, Sibiria, America *septentrionali.* 4

Tota glaberrima. Caulis *basi repens.* Folia *brevissime petiolata, obtusa, nervosa, avenia, laete viridia.* Racemi *oppositi, folio triplo longiores: pedicelli filiformes.* Bracteae *lineares.* Calyx *quadripartitus: laciniis duabus oblongis, acutis, majoribus.* Corolla *saturate coerulea.* Capsula *oblonga.*

34. VERONICA foliis lanceolatis serratis, caule erecto. *Lin. Syst. veg.* 59. *Fl. dan.* 903. *Pollich pal. n.* 11. Anagallis.

Berula major. *Tab. ic.* 719.
Anagallis aquatica folio oblongo, coeruleo major. *Bauh. hist.* 3. *p.* 780.
β. Anagallis aquatica minor. *Tab. ic.* 718. *minor.*
Anagallis aquatica flore purpurascente, folio oblongo minor. *Bauh. hist.* 780.
γ. Veronica tenerrima; foliis ovatis planis integerrimis, caule erecto, racemo terminali et axillari, calycibus quadrifidis aequalibus. *Schmidt bohem. i. n.* 23. *tenerrima.*

Habitat in Europa, Oriente, Virginia, Japonia. ☉

Caulis *teres*, *inferne radicans*, *uti tota planta glaberrimus.* Folia *semiamplexicaulia*, *bi-s-tripollicaria*, *patentia*, *serrata*; *serraturis minutis*, *remotis.* Racemi *oppositi*, *folio longiores*: *pedicelli sparsi*, *erecti*, *filiformes.* Bracteae *lineares*, *longitudine pedicelli.* Calyx *quadripartitus*: *laciniis linearibus.* Capsula *obovata.*

scutellata. 35. VERONICA foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis, pedicellis pendulis.

Anagallis aquatica. *Lob. ic.* 467.

Anagalis aquatica angustifolia. *Bauh. hist.* 3. *p.* 790.

Veronica scutellata; racemis lateralibus alternis: pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Lin. Syst. veg.* 59. *Fl. dan. t.* 209. *Pollich. pal. n.* 12.

serrata. β. *Gesn. ic. aen. t.* 10. *f.* 87.

pilosa. γ. foliis pilosis.

latifolia. δ. foliis ovato-lanceolatis. Rosen. obs. 3.

Habitat in Europae *et* Americae *borealis inundatis.* 4

Radix *repens.* Caulis *debilis*, *interdum pedalis*, *teres*, *inferne repens*, *basi ramo uno alterove*, *coeterum simplicissimus.* Folia *sessilia*, *pollicaria*, *infima minora*, *angusta*, *saepe denticulis minutis serrata.* Racemi *folio duplo longiores*, *plerumque alterni*, *raro oppositi*: *pedicelli capillares*, *quatuor vel quinque.* Bracteae *lineares*, *pedicellis breviores.* Calyces *post Anthesin penduli*: *laciniae quatuor*, *oblongae*, *subaequales.* Corolla *dilute coerulea*: *lacinia superior venis roseis picta.* Capsula *obcordata.*

Aliam vidi in herbario Desfontainii ex America bor. pedunculis oppositis, *folio brevioribus*, *floribus subsessilibus*, *laciniis calycinis ovatis acutis*, *forte modo varietatem.*

Billardierii. 36. VERONICA foliis lanceolato-oblongis integerrimis caulibusque prostratis incanis.

Habitat in Syria. *Billardiere. Ex herbario Desfontainii.*

Caules *plures*, *filiformes*, *subramosi*, *villoso-canescentes*, *uti folia et pedunculi.* Folia *subsessilia*, *vix unguicularia*, *acutiuscula*, *avenia*, *enervia*: *rudimenta foliorum linearium in ax-*

illis. Racemi *deflorati bi-tripollicares.* Flores *alterni: pedicelli bilineares.* Bracteae *lineares, longitudine pedicellorum.* Calycis *laciniae quatuor, lineares, aequales, longitudine pedicelli.* Capsula *obcordata, compressa, longitudine calycis, maturior glabrior.*

37. VERONICA foliis lineari-oblongis extrorsum profunde serratis caulibusque prostratis incanis, racemis longissimis. macrostachya.

Habitat in Syria. *Billardiere. Ex herbario Desfontainii.* ♃

Tota villoso-incana. Caules *plures, spithamaei, filiformes, subramosi.* Folia *sessilia, unguicularia, extrorsum parum latiora, obtusa.* Racemus *longus.* Bracteae *lineares.* Calyx *quadrifidus: Laciniae lineares.* Capsulae *obcordatae, compressae, calycem aequantes.*

Specimen cultum ex horto Monnierii possidet amic. Schumacher caule *sesquipedali, ramoso;* foliis *mollissimis;* racemis *bipedalibus.*

38. VERONICA foliis oblongis pectinato-serratis, caulibus prostratis, pedunculis inferne foliatis. pectinata.

Veronica constantinopolitana, incana Chamaedryos folio. *Tournef. cor. 7. Buxb. cent.* 1. *p.* 25. *t.* 39. *f.* 1.

Veronica pectinata; racemis lateralibus foliatis, foliis oblongis pectinato-serratis, caulibus prostratis. *Lin. mant.* 24.

Habitat Constantinopoli. ♃

Caules *plures, palmares et ultra, basi fruticosi et ramosi, diffusi, adscendentes, uti reliqua planta pubescenti-subcanescentes.* Folia *subpetiolata, unguicularia, basi acuta, aequaliter et profunde serrata, vix venosa.* Racemus *demum elongatus: pedunculi inferne foliosi; foliis alternis pedicelli* Bracteis *parum breviores.* Calycis *laciniae lineares; duae parum longiores.*

39. VERONICA foliis lineari-lanceolatis integerrimis serratis pinnatifidisque, pedicellis capillaribus bractea longioribus. orientalis.

Veronica montana, folio vario. *Buxb. Cent.* 1. *p.* 24. *t.* 38.

Veronica austriaca *β*. *Lin. spec. pl.* 17.

Veronica heterophylla. *Salisb. ic.* 1. *p.* 7. *t.* 4.
Veronica orientalis; racemis lateralibus, foliis pinnatifidis, glabris acutis basi attenuatis, calycibus inaequalibus, pedicellis capillaribus bractea longioribus. *Hort. Kew.* 1. *p.* 23.

taurica. β. Veronica racemis lateralibus, foliis pilosiusculis linearibus indivisis et pinnatifido-denticulatis, pedunculis bractea longioribus, caule quadrifido glabro. *Wilden. spec. pl.* 1. *p.* 70.

Habitat in Graminosis Armeniae *et* Iberiae, β. *in* Tauria *Prof. Rudolph.* 2

Caules *decumbentes, oculo armato leviter pubescentes.* Folia *utrinque attenuata, acuta, serrata; serraturis utrinque tribus vel quatuor, alia pinnatifida, suprema et ramorum integerrima.* Pedunculus *plerumque unicus ex axillis superioribus, elongatus: pedicelli distantes, pubescentes.* Bracteae *parvae, lineares, acutiusculae.* Calycis *laciniae quatuor, inaequales, ope lentis pubescentes.* Corolla *coerulea.* ✲ β. *Differre videtur, uti planta spontanea a culta: folia infima et ultima integerrima, sequentia tridentata, superiora dentibus utrinque duobus vel tribus serrato pinnatifida.*

parviflora, 40. VERONICA foliis pinnatifidis, caulibus herbaceis, bracteis pedicellos aequantibus.
Veronica orientalis, minima, foliis laciniatis. *Tournef. Cor.* 7. *Buxb. cent.* 1. *p.* 26. *t.* 41. *f.* 2.

Habitat in Cappadociae, Armeniae *graminosis. Ex herbario Tournefortii.* 2

Caules *plures, palmares, patentes, adscendentes, ramosi, pubescentes.* Folia *sessilia, unguicularia, utrinque acuta, omnia pinnatifida, exceptis terminalibus; laciniis utrinque duabus vel tribus, angustissimis, crassiusculis, glabris.* Racemi *ex supremis axillis, quatuor vel sex, bipollicares multiflori: pedunculi filiformes.* Bracteae *lineares, obtusiusculae.* Calyx *pubescens: laciniae quatuor, inaequales.* Capsula *compressa, obcordata.*

A praecedenti differt foliis inde a basi caulis usque ad apicem fere profunde pinnatifidis, pedunculis pluribus, praecipue vero floribus capsulisque triplo vel quadruplo minoribus.

41. VERONICA foliis pinnatifidis, caule fruticoso adscendente, bracteis pedicellos aequantibus. rosea.
Veronica rosea; racemis terminalibus, foliis pinnatifidis, caule fruticoso adscendente. *Desfont. fl. atl.* 1. *p.* 13.
Habitat in Atlante *prope* Tlemsen. ♄
Caules *plures*, *pubescentes*, *inferne ramosi*. Folia *subpetiolata*, *unguicularia*; *basi attenuata*, *acuta*, *laciniis utrinque duabus vel tribus*, *ope lentis pilis raris adspersa*. Pedunculi *ex ultimis axillis*, *elongati*: *pedicelli frequentes*, *distantes*, *capillares*. Bracteae *lineari-lanceolatae*. Calycis *laciniae quatuor*, *lineares*, *inaequales*, *glabrae*. Corolla *rosea*, *magnitudine V. Teucrii*.

42. VERONICA foliis linearibus pinnatifidis bipinnatifidisve, bracteis pedicellis longioribus. Austriaca.
Chamaedrys austriacà foliis tenuissime laciniatis. *Bauh. prodr.* 117.
Chamaedrys spuria tenuissime laciniata. *Bauh. hist.* 3. *p.* 287.
Veronica austriaca; racemis lateralibus, foliis lineari-lanceolatis pinnato-dentatis. *Lin. spec. pl.* 17.
Veronica pratensis varia. *Crantz. Austr. p.* 344.
Veronica austriaca et multiflora. *Jacqu. fl. austr.* 4. *t.* 329.
ε. Chamaedrys hispanica foliis tenuissime divisis. *Bauh. prodr.* 117. *tenuifolia*.
Veronica tenuifolia racemosa, foliis setaceo-multifidis. *Fl. arrag. n.* 12. *t.* 1. *f.* 1.
Habitat in Austria, Silesia, Carniolia, Hispania. ♃
Caulis *basi ramosus*, *teres*, *spithamaeus et ultra*, *villosus*. Folia *sessilia*, *semipollicaria*, *villosa*. Pedunculi *ex axillis foliorum superiorum*, *oppositi*. Bracteae *infimae trifidae vel integrae*. Corolla *coerulea*.
Variat foliis *dentato pinnatifidis*, *basi profundius sectis vel pinnatifidis*: *laciniis inferioribus pinnatifidis*, *latioribus vel angustioribus*, *etiam in planta culta*, *caulesque magis vel minus villoso*.

43. VERONICA foliis multipartitis: laciniis pinnatifidis; lobis decurrentibus. *Wilden. spec. pl.* 1. *p.* 69. † multifida.

Veronica abrotanifolio, frutescens, floribus carneis. *Amm. ruth.* 2[illegible]. *n.* 33.
Veronica foliis multifidis linearibus. *Gmel. sib.* 3. *p.* 222.
Veronica multifida; racemis lateralibus, foliis multipartitis laciniatis, caulibus erectis. *Lin. Syst. veg.* 50.
Habitat in Sibiria. 4
Caulis *erectus*, *villosus*. *Wild. l. c.*
Calyces *villosos observarunt* Rudolph, Schrader, Smith *glaberrimos*.

Allionii. 44. VERONICA foliis oblongo-subrotundis rigidis nitidis cauleque procumbente glabris, floribus confertissimis.
Veronica mas pyrenaica, folio longiore glabro. *Tournef. inst.* 143.
Veronica repens ex alis spicata, foliis rotundis firmis glabris denticulatis. *All. spec.* 1. *p.* 21. *t.* 4. *f.* 3.
Veronica officinalis *β*. *Lin. spec. pl.* 14.
Veronica pyrenaica. *All. fl. ped. n.* 265. *t.* 56. *f.* 3.
Habitat in alpibus Galliae *australioris*, Italiae, Helvetiae. ♄
Tota glabra. Caulis *durus*, *ramosus*: Rami *teretes.* Folia *subsessilia*, *semipollicaria*, *subcoriacea*, *crenata.* Pedunculi *solitarii*, *alterni.* Bracteae *lineares.* Calyx *quadripartitus*: *laciniae lanceolatae*, *inaequales.*
Similitudo maxima cum V. officinali, *differt rigiditate partium*, *glabritie*, *floribus confertissimis in capitulo oblongo semipollicari imbricatis.*

Officinalis. 45. VERONICA foliis oblongis cauleque procumbente villosis, floribus distantibus.
Veronica mas. *Fuchs.* 166.
Veronica vera major. *Lobel. ic.* 471.
Veronica officinalis; spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente. *Lin. Syst. veg.* 50. *Flor. dan. t.* 248. *Pollich. pal. n.* 8.
Habitat in Europae *sylvestribus sterilibus.* 4
Caules *teretes*, *ramosi*, *basi saepe repentes.* Folia *pollicaria*, *basi acuta*, *inferiora saepe obovata*, *serrata*, *nervoso-venosa*, *scabriuscula.* Pedunculi *elongati*, *alterni.* Bracteae *longitudine pedicelli.*

46. VERONICA foliis inferioribus oblongis, superioribus lanceolatis planis obtuse-serratis, caule adscendente. prostrata.

Chamaedrys spuria minor angustifolia. *Bauh. prodr.* 117. *J. Bauh. hist.* 3. *p.* 287.

Veronica angustifolia minor. *Riv. t.* 95.

Veronica prostrata; racemis lateralibus, foliis oblongo-ovatis serratis, caulibus prostratis. *Lin. spec. pl.* 22. *Pollich. pal. n.* 15.

Veronica foliis imis ellipticis, dentatis, supremis linearibus, ex alis racemosa. *Hall. hist. n.* 558.

Habitat in Germaniae, Helvetiae, Italiae *collibus.*

Caules *palmares vel ultra, duriusculi, incano-subtomentosi.* Folia *sessilia, semipollicaria, inferiora minora obtusissima, suprema angustiora, subintegerrima, villosa.* Pedunculi *duo ex ultimis axillis, oppositi, more affinium caule altiores, digitales, pubescentes.* Flores *copiosi, approximati.* Bracteae *lanceolatae, pedicello parum longiores.* Calycis *laciniae lineari-lanceolatae, glabrae.*

47. VERONICA foliis ovatis obtusis plicatis profunde dentatis, caule prostrato bifariam piloso. pilosa.

Wild. spec. pl. 1. *p.* 66.

Veronica pilosa; racemis subspicatis, foliis ovatis obtusis plicatis, caule prostrato piloso. *Lin. spec. pl. app.* 1663?

Habitat in Austria. ♃

Caulis *teres.* Folia *inferiora petiolata, superiora sessilia, obtuse dentata, dentibus inferioribus elongatis.* Bracteae *lanceolatae, pilosae, pedicello longiores.* Calyx *quadrifidus.*

Differt a V. prostrata: foliis *profunde dentatis, magis ovatis et caule bifariam piloso, a* V. chamaedrys: *foliis minoribus basi profunde dentatis, caule prostrato, calycibus inaequalibus, corollarum laciniis acutis conniventibus. Wild. l. c.*

Linnaei V. pilosa planta dubia, dum non modo in herb. Lin. desideratur, sed et ipse descriptionem spec. plant. delevit. Smith *in act. soc. Lin. Lon.* 1. *p.* 191.

Synonymum Clusii aeque ac Bauh. hist. excludi utpote mihi dubia, figurae enim cum descriptione Wildenowii non quadrant. ✠

Teucrium. 48. VERONICA foliis inferioribus oblongis, superioribus ovato-oblongis grosse serratis caulequ villosis.

Chamaedrys Vera. *Trag.* 204.
Chamaedrys vulgaris mas. *Fuchs.* 871.
Teucrium 1. *Clus. pan.* 617. *Teucrii IV. spec. ejusd. hist.* 1. *p.* 349.
Teucrium pannonicum. *Mill. Dict.*
Veronica Teucrium; racemis lateralibus longissimis, foliis ovatis rugosis dentatis obtusiusculis, caulibus procumbentibus, *Lin. spec.* 16? *Pollich. pal. n.* 13.

angustifolia. β. foliis inferioribus oblongis, superioribus lanceolatis.

Teucrium IV. tertia species. *Clus. hist.* 1. *p.* 349.
Habitat in Germania, Helvetia. 4
Tota villosa, e villis crispis. Caulis *adscendens, pedalis, simplicissimus.* Folia *sessilia, superiora pollicaria, interdum ovata; inferiora caulium sterilium et summa minora oblonga: omnia obtusa, obtuse serrata, avenia, subtus nervoso-venosa.* Racemi *ex supremis axillis, oppositi, gemini, elongati.* Flores *copiosi, superne conferti.* Bracteae *lineares, pedicello vix longiores.* Calyx *quinquepartitus.*
Planta a me in Helvetia frequenter visa et hic descripta tam cum descriptione Pollichii, quam cum figuris citatis optime convenit, num vero eadem est ac illa quam sub nomine V. Teucrii *intellexerit Lin. asserere non audeo. Maxime certe affinis est* V. latifoliae, *praesertim illae foliis latioribus, at ambae a prostrata diversae. An modo varietates* V. latifoliae? *suspicor cum Cel. Smithio et Wildenowio.*

latifolia. 49. VERONICA foliis cordatis sessilibus rugosis obtuse-serratis, caule stricto, calycibus pentaphyllis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 24.
Veronica latifolia; racemis lateralibus, foliis cordatis rugosis dentatis, caule stricto. *Lin. Syst. veg.* 60.
Veronica pseudo-chamaedrys. *Jacqu. fl. austr.* 1. *p.* 37. *t.* 60.
Habitat in Austria, Germania.
Caulis *villosus, teres.* Folia *pollicaria, villosa, obtuse serrata.* Flores *copiosi, approximati,*

superne imbricati. Bracteae *lanceolatae, pedicello parum longiores.*

50. VERONICA foliis ovatis incisis, incisuris basi pedunculata. subdentatis. †

Veronica Chamaedrys foliis parvis. *Buxb. cent.* 1. *p.* 25. *t.* 41. *f.* 1.

Veronica pedunculata; racemis lateralibus oppositis, foliis ovatis inciso-serratis, incisuris basi subdentatis, pedicellis filiformibus, calycibus quadrifidis aequalibus. *Marshal in Schrad. diar. v.* 1. *p.* 1. *p.* 455.

Habitat in Cappadociae *montosis.* 2

Caulis *ramosus.* Folia *parva, rigida.* Flores *parvi, amoene coerulei.* Buxb. *l. c.*

51. VERONICA floribus subglomeratis, foliis ovatis dentatis sessilibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 44. † Michauxii.

Habitat in Oriente.

52. VERONICA foliis ovatis sessilibus rugosis, caule bifariam piloso. *Lin. Syst. veg.* 60. *Fl. dan.* 448. *Pollich. pal. n.* 16. chamaedrys.

Chamaedrys. *Brunsf. herb.* 1. *p.* 125.

Chamaedrys vulgaris foemina. *Fuchs.* 872.

Chamaedrys spuria latifolia. *Bauh. hist.* 3. *p.* 286.

Habitat in Europae *pratis inque* Japonia. 2

Caules *basi repentes, demum adscendentes, linea utrinque pilosa.* Folia *pollicaria, obtuse grosseque serrata, margine pilosa, supra secundum nervos lineata.* Racemi *ex alis superioribus, caule altiores.* Bracteae *lineares, longitudine pedicelli.* Calycis *laciniae subaequales.* Capsulae *obcordatae.*

Male a Scopolio *conjungitur cum V. Teucrio et montana.*

53. VERONICA foliis cordatis sessilibus argute serratis acuminatis, caule stricto, calycibus tetraphyllis. *Hort. Kew.* 1. *p.* 24. urticaefolia

Veronica maxima. *Dalech. hist.* 1165.

Chamaedrys spuria major. *Bauh. pin.* 248.

Veronica pratensis omnium maxima. *Buxb. cent.* 1. *p.* 23. *t.* 34.

Veronica foliis hirsutis nervosis sessilibus cordatis lanceolatis serratis, floribus racemosis longe petiolatis. *Hall. hist. n.* 535.

Veronica urticaefolia; racemis lateralibus, foliis ovato-lanceolatis hirtis argute serratis, caule erecto. *Lin. suppl.* 83. *Jacqu. fl. austr.* 1. *p.* 37. *t.* 59.

Habitat in Helvetia, Bithynia, Austria, Bavaria. 4

Caules *pedales et ultra, simplices, pubescentes.* Folia *bipollicaria, infima minora, adspersa pilis rarioribus adpressis, nervoso-venosa.* Pedunculi *ex axillis ultimis, oppositi, palmares, filiformes.* Flores *distantes.* Capsulae *subrotundae, margine subciliatae.*

Ponae. 54. VERONICA foliis cordato-ovatis sessilibus obtusissimis cauleque pilosis, racemis pauciforis, calycibus glabris.

Veronica petraea sempervirens. *Ponae Bald.* 336. *ap. Clus.*

Veronica petraea sempervirens Ponae, ad Chamaedryn vulgarem falsam accedens. *Bauh. hist. 3. p.* 289.

Veronica Ponae; spica terminali, foliis cordato-ovatis, sessilibus, summis alternis. *Gouan. illustr.* 1. *p.* 1. *t.* 1. *f.* 1.

Habitat in monte Baldo *et* Pyrenaeis. 4

Caulis *palmaris et ultra, erectus, simplicissimus.* Folia *infima minora, subrotunda, crenata, reliqua pollicaria, obtusissima, grosse serrata, apice integerrima, adpersa pilis rarioribus adpressis.* Bracteae *lineares, longitudine pedicellorum.* Flores *distantes, magnitudine V. chamaedryos.* Calyces *quinque partiti.*

Distincta species, specimen a Gouanio *habui, in Pyrenaeis ipse legi.*

montana. 55. VERONICA foliis ovatis petiolatis obtusis grosse serratis, caule petiolisque hirtis, racemis elongatis filiformibus.

Alysson Dioscoridis montanum. *Colum. Ecphr.* 1. *p.* 289. *t.* 288.

Veronica vulgatior, folio rotundiore. *Bauh. hist.* 3. *p.* 282.

Veronica montana; racemis lateralibus pauciforis, calycibus hirsutis foliis ovatis rugosis crenatis petiolatis, caule debili. *Lin. Am. acad.* 4. *p.* 263. *Pollich. pal. n.* 14. *Jacqu. aust.* 2. *p.* 6. *t.* 109.

Veronica biscutata; racemis lateralibus pauciflоris, calycibus hirsutis, foliis petiolatis ovatis crenatis, caule debili. *Crantz. austr.* 343.

Veronica montana; racemis lateralibus elongatis filiformibus, foliis ovatis petiolatis obtusis grosse serratis, caule petiolisque hirtis. *Lin. suppl.* 83. *Fl. dan.* 1201.

Habitat in Daniae, Germaniae, Italiae *umbrosis.* 4

Caulis *repens:* Rami *simplicissimi, floriferi erectiusculi.* Folia *obtusa, supra adspersa pilis raris adpressis, serraturis utrinque tribus-sex.* Petiolus *folio brevior.* Pedunculi *alterni, folio duplo longiores.* Flores *tres-septem.* Bracteae *lineares, pedicello breviores, extrorsum latiores.* Calycis *laciniae quatuor oblongae, subaequales.* Capsulae *suborbiculatae, compressae, ciliatae.*

**** *Pedunculis unifloris.*

56. VERONICA floribus pedunculatis, foliis ovatis serratis acutis glabris, laciniis calycinis aequalibus ovatis trinerviis. biloba.

Veronica orientalis ocymi folio flore minimo. *Tournef. Cor.* 7.

Veronica arvensis annua, chamaedryos folio. *Buxb. cent.* 1. *p.* 24. *t.* 36.

Veronica biloba; racemis lateralibus, foliis oblongis dentatis, capsulis bipartitis. *Lin. mant.* 172.

Veronica biloba; floribus solitariis, foliis ovatis acutis serratis glabris, calycibus fructu bipartito majoribus. *Symb. bot.* 1. *p.* 1.

Habitat inter Cappadociae *segetes.* ⊙

Caulis *digitalis, erectus, simplicissimus, superne pubescens.* Folia *petiolata, serraturis utrinque tribus vel quatuor, basin versus integerrima: floralia alterna, pedunculo longiora, sessilia, lanceolata.* Flores *cernui.* Calyx *quadripartitus: laciniae acutae, fructu duplo longiores.* Capsulae *ope lentis villosae.*

57. VERONICA floribus pedunculatis, foliis inferioribus cordatis inciso-serratis, supremis oblongis subintegerrimis, caulibus erectis. praecox.

Veronica minor annua, ocymi caryophyllati folio subtus rubro, flore coeruleo et amethystino. *Vaill. Paris. p.* 202.
Veronica praecox; floribus solitariis, foliis cordatis profunde dentatis, pedunculis longitudine calycis, fructibus oblongis. *All. auct.* 5. *t.* 1. *f.* 1.
Veroni a ocymifolia; floribus solitariis pedunculatis, caule erecto, foliis subtus rubris, flore coeruleo. *Thuill. fl. paris.* 10.
Habitat in Galliae, Germaniae, Italiae *agris.* ☉
Caulis *palmaris, simplicissimus vel basi subramosus, pubescens.* Folia *obtuse serrata, inferiora opposita, petiolata, ope lentis villosula, subtus interdum rubra: floralia sessilia, alterna, inferiora oblonga serrata, longitudine pedunculi, superiora sensim angustiora et breviora, utrinque serratura una alterave, ultima integerrima.* Pedunculi *pubescentes.* Calycis *foliola oblonga, obtusa, villis raris adspersa.* Capsula *didyma, ventricosa.*

agrestis. 58. VERONICA foliis omnibus ovatis inciso-serratis pedunculo brevioribus, laciniis calycinis ovatis, caulibus procumbentibus.
Morsus gallinae 3. *Trag.* 385.
Alsine media. *Fuch. hist.* 22.
Veronica agrestis; floribus solitariis, foliis cordatis incisis pedunculo brevioribus. *Lin. syst. veg.* 60. *Fl. dan.* 440. *Pollich. pal. n.* 17.
Habitat in Europae *cultis agris et arvis.* ☉
Caules *procumbentes, pilosi, basi ramosi: Rami saepe adscendentes.* Folia *vix unguicularia, pilis raris adspersa; inferiora petiolata, superiora subsessilia; floralia alterna.* Pedunculi *capillares, foliis floralibus parum longiores.* Calyx *fructiferus cernuus: laciniae obtusiusculae, ciliatae.* Capsula *ventricosa.* Semina *umbilicato-concava, extus corrugata.*
Variat corollis *coeruleis venis saturatioribus*, capsulis *pilosis, pilis simplicibus; et* corollis *albis, vel* capsulis *pilosis, pilis apice glandulíferis* Wildenow.

arvensis. 59. VERONICA foliis ovatis serratis; floralibus lanceolatis pedunculo longioribus, laciniis calycinis inaequalibus.

Elatine polyschides. *Dalech. hist.* 1239.
Alyssum. *Colum. phytob. t.* 28. *ed. sec.* 21. *t.* 8.
Veronica arvensis; floribus solitariis, foliis cordatis incisis pedunculo longioribus. *Lin. Syst. veg.* 61. *Fl. dan.* 515. *Pollich. pal. n.* 18.
Veronica polyanthos; procumbens, tota conspicue pubescens: ramis spiciformibus; foliis imis suborbiculatis et subcrenatis; coeteris crebris, lanceolato-oblongis: floribus axillaribus subsessilibus. *Thuill. fl. par.* 9.
Habitat in Europae *arvis cultis inque* Japonia. ⊙
Caules *plures, adscendentes, palmares vel ultra, hirti.* Folia *utrinque pilosa, obtusa; superiora sessilia, interdum oblonga, utrinque dente unico vel duobus notata: floralia pedunculo calyceque parum longiora.* Calycis *laciniae lineari-lanceolatae.* Corolla *pallide coerulea.* Capsula *obcordata, compressa.* Semina *elliptica, complanata, hinc scrobiculata.*
Ver. polyanthos Thuillerii *est varietas e loco fertiliori orta.*

60. VERONICA floribus pedunculatis, foliis orbiculato-reniformibus crenatis, caule filiformi repente. *Fl. per.* 1. *p.* 6. † rotundifolia.
Habitat copiose in Peruviae *uliginosis.*
Hirsuta. Caulis *tenuis, ramosus, teres, purpureus.* Folia *duo, tria, saepe unicum e singulo geniculo, longe petiolata, subpeltata, profunde crenata.* Pedunculi *petiolis duplo longiores.* Calycis *laciniae lanceolatae.* Corolla *roseo-purpurea: laciniae ovatae.* Stamina *tria,* longitudine *tubi. Variat corollis quinquefidis, staminibusque quatuor. Fl. per. l. c.*
An hujus generis?

61. VERONICA foliis subcordatis quinque-septemlobis, pedunculo brevioribus, laciniis calycinis oblongis obtusis. cymbalariaefolia.
Veronica chia, cymbalariae folio, verna, flore albo; umbilico virescente. *Tournef. Cor.* 7. *Buxb. cent.* 1. *p.* 25. *t.* 39. *f.* 1.
Veronica hederaefolia *β. Lin. Spec. pl.* 19.
Habitat in insula Chia, Constantinopoli *inque agro* Tunetano. ⊙

Caules *procumbentes, ramosi.* Folia *petiolata, glabra, reniformi-subcordata, inferiora septemloba, superiora quinqueloba; lobi infimi minores: floralia alterna.* Calycis *laciniae aequales, in mea glabrae, excepto margine.* Semina *ut in hederaefolia.*

hederaefolia. 62. VERONICA foliis cordatis quinquelobis pedunculo brevioribus, laciniis calycinis cordatis acutis ciliatis.

Alsines quartum genus. *Fuchs. Ic.* 13.

Veronica hederaefolia; floribus solitariis, foliis cordatis planis quinquelobis. *Lin. Syst. veg.* 61. *Fl. dan.* 428. *Pollich. pal. n.* 19.

Veronica Lappago. *Schranck. fl. bavar.* 1. *p.* 218.

Habitat in Europae *ruderatis, hortis, agris, sylvis.* ⊙

Caules *procumbentes, basi ramosi:* Rami *simplices.* Folia *petiolata, remota, infima opposita, floralia alterna, reniformi-cordata; lobi obtusi, intermedius major.* Pedunculi *foliis longiores, fructiferi patentissimi.* Corolla *pallide coerulea.* Capsula *didyma, globosa.* Semina *latere exteriori rugosa, interiori excavata, duo in singulo loculo.*

filiformis. 63. VERONICA foliis subrotundo-cordatis crenatis, pedunculis longissimis, laciniis calycinis lanceolatis.

Veronica orientalis, foliis hederae terrestris, flore magno. *Tournef. Cor.* 7. *Buxb. cent.* 1. *p.* 25. *t.* 40. *f.* 1.

Veronica filiformis; floribus solitariis, foliis cordatis crenatis pedunculo brevioribus, calycinis lanceolatis. *Smith. in act. soc. Lin.* 1. *p.* 195.

Habitat ad Pontum Euxinum. *Ex herbario Tournefortii.*

Caules *procumbentes, filiformes, superne villosuli.* Folia *breviter petiolata, suprema sessilia, inferne opposita, sursum magis ovata, oculo armato pilis raris adspersa, in spontanea magnitudine Anagall. tenellae, in culta triplo vel quintuplo majora.* Pedunculi *axillares, alterni, folio triplo vel quadruplo longiores.* Calyces *fructiferi nutantes: laciniae obtusae, villosulae.* Corollae *laciniae oblongae.* Capsula *obcordata, subventricosa.*

64. VERONICA foliis infimis indivisis, superioribus digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus, caule patulo. triphyllos.

Haendel-Kraut coeruleis flosculis. *Trag.* 401.

Alsine folio profunde secto, flore purpureo, seu violaceo. *Bauh. hist.* 3. p. 2. *p.* 367.

Veronica triphyllos; floribus solitariis, foliis digitato partitis, pedunculis calyce longioribus. *Lin. Syst. veg.* 61. *Fl. dan.* 627. *Pollich. pal. n.* 20.

Habitat in Europae *agris.* ⊙

Planta *digitalis*, *pubescens*, *praesertim superne*, *parum ramosa.* Folia *infima petiolata*, *subrotunda*, *superiora sessilia*, *cordata*, *crenis utrinque binis magnis*, *suprema tri-quinqueloba*; *lobi oblongi*, *intermedius major obovatus*: *floralia alterna*, *tripartita*; *laciniis linearibus*, *obtusissimis.* Pedunculi *patentes*, *foliis longiores.* Calycis *laciniae oblongae*, *superiores breviores.* Corolla *coerulea*, *ratione plantae magna.* Capsula *subrotunda*, *compressa*, *emarginata*, *polysperma.* Semina *obovata*, *complanata.*

65. VERONICA floribus pedunculatis, foliis inferioribus digitato-partitis, floralibus calyce brevioribus, caule stricto. verna.

Veronica humilis erecta montana, flore parvo coeruleo. *Dill. giess. app.* 38.

Veronica verna; floribus solitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce brevioribus. *Lin. Syst. veg.* 61. *Fl. dan.* 252. *Pollich. pal. n.* 21.

Veronica Dillenii; foliis digitato-partitis, floribus solitariis spicatis, sessilibus. *Crantz. austr.* 352.

Veronica succulenta; erecta spicata, foliis succulentis, caulinis pinnato-dentatis, floralibus integerrimis. *All. fl. ped. n.* 281. *t.* 22. *f.* 3.

Veronica pinnatifida; floribus solitariis, foliis pinnatifidis pedunculo longioribus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 47.

β. Veronica Bellardi; hirsuta, caule erecto simplici toto florigero, foliis linearibus fructu subsessili brevioribus. *All. flor. ped. n.* 282. *t.* 85. *f.* 1. *polygonoides.*

Veronica polygonoides; hirsuta, floribus solitariis subsessilibus, foliis alternis oblongis, caule simplici ab imo ad apicem florifero. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 47.

Habitat in Europae *aridis apricis.* ⊙

Caulis *hirtus, interdum ramosus:* Rami *adscendentes, altitudine caulis.* Folia *sessilia, infima dentibus utrinque duobus pinnatifida, subsequentia tripartita; lobo intermedio majore oblongo: floralia alterna, lineari-lanceolata, indivisa, flore breviora.* Pedunculi *folio florali duplo breviores.* Calyx *pedunculo longior, quadrifidus: laciniae lineari-lanceolatae, inaequales.* Capsula *cordata, subrotunda, calyce duplo longior.*

Ver. Bellardi nil aliud esse quam V. vernam foliis inferioribus orbatam floribusque solito copiosioribus, non dubito, haud raro enim talis in nostris regionibus occurrit. V. polygonoidem Lamarckii, *quam Lutetiae legi, omnino convenit cum Bellardi.*

digitata. 66. VERONICA floribus sessilibus, foliis omnibus digitato-partitis. *Symb. bot.* 1. *p.* 2.

Veronica succulenta; foliis lanceolatis, profunde dentatis, carnosis, caule erecto ramoso; floribus axillaribus brevissime pedunculatis, calycibus quadripartitis aequalibus. *Schmidt fl. boh.* 1. *n.* 43.

Veronica chamaepithyoides; floribus solitariis sessilibus, foliis digitato-partitis, caule erecto. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 47.

Habitat Monspelii *inque* Hispania. ⊙

Caulis *superne pilosus, basi* Rami *duo-quatuor, patuli, simplicissimi, altitudine fere caulis.* Folia *petiolata, infima trifida; laciniis ovatis, lateralibus angustioribus, brevioribus: floralia alterna, basi pilosa, inferiora quinque- superiora tripartita; laciniis linearibus, basi parum angustioribus.* Flores *inferiores remotiores, superiores confertiores.* Calycis *laciniae quatuor, longitudine capsulae, lanceolatae, ciliatae, duae minores.* Capsula *obcordata: lobi divergentes.*

Schmidtii descriptio haud exacte convenit cum mea planta. Ex auctoritate Wildenowii huc retuli.

67. VERONICA floribus pedunculatis, foliis ob- acinifolia.
longis subcrenatis integerrimisque, caule subpiloso erecto.

Veronica minima, clinopodii minoris folio glabro romana. *Boccon. mus.* 2. *p.* 29. *tab.* 109. *Vaill. paris.* 201. *t.* 33. *f.* 3.

Veronica erecta, acini folio glabro, floribus coeruleis, *Dill. giess. app.* 39.

Veronica acinifolia; floribus pedunculatis solitariis, foliis ovatis crenatis glabris, caule erecto piloso. *Lin. Syst. veg.* 61. *Pollich. pal. n.* 22.

Veronica romana. *All. fl. ped.* 1. *n.* 289. *t.* 85. *fig.* 2.

Habitat in Germaniae, Galliae *et* Italiae *agris limosis.* ⊙

Planta digitalis. Caulis *interdum solitarius, simplicissimus vel basi ramosus, interdum plures, laterales adscendentes.* Folia *sessilia, vix semiunguicularia, infima subpetiolata, saepe dente uno alterove crenata, obtusa: floralia linearilanceolata, pedunculo breviora.* Capsula *compressa, biloba.*

Nonne V. romana Lin. *potius hujus varietas?*

68. VERONICA floribus sessilibus, foliis linearilanceolatis dentatis integerrimisque, caule erecto. peregrina.

Veronica terrestris annua, foliis polygoni, flore albo. *Moris. hist.* 2. *p.* 322. *sect.* 3. *t.* 24. *f.* 19.

Veronica minima carolina polygoni folio, flosculi parvi albidi. *Pluken. alm.* 384.

Veronica caulibus procumbentibus, foliis linearibus, floribus sessilibus lateralibus. *Gron. virg.* 4.

Veronica peregrina; floribus solitariis sessilibus, foliis lanceolato-linearibus obtusis integerrimis, caule erecto. *Lin. Syst. veg.* 61. *Fl. dan.* 427.

Veronica marilandica; floribus sessilibus, foliis linearibus, caulibus diffusis. *Murr. in comm. gött.* 1782. *p.* 11. *t.* 3.

Veronica romana; floribus solitariis, foliis oblongis subdentatis, caule erecto. *Lin. mant.* 317. *secund. Smith.*

Veronica caroliniana; floribus solitariis, pedunculis brevibus, foliis radicalibus obovato-oblongis subincisis, caulinis oblongis subserratis, obtusis, oppositis; caule suberecto; flore albo. *Walt. fl. car.* 61.

Veronica carnosula; glabra, floribus solitariis subsessilibus, foliis oblongis obtusis subdentatis crassiusculis, caule erecto. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 47.

Habitat in Europae *hortis agrisque, in* Bonaria *Commerson, in* Carolina *Bosc.* ⊙

Tota glabra. Caulis *palmaris vel ultra, subramosa.* Folia *inferiora opposita, dentibus duobus vel tribus utrinque serrata: floralia alterna, integerrima; infima petiolata, oblonga, superiora sessilia, lato-lineari-lanceolata.* Flores *alterni, subsessiles.* Calycis *laciniae lineares, subaequales.* Capsula *compressa, obcordata, calyce brevior.*

Habitus. Caulis *ut plurimum herbaceus, rarius fruticulosus.* Folia *opposita, interdum verticillata: floralia alterna.* Pedicelli *alterni, uniflori.*

30. WULFENIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ringens. *Caps.* 4-valvis, 2-locularis.

Buonarota. 1. WULFENIA caule folioso, foliis subrotundo-ovatis, corollae labio superiore indiviso.

Chamaedrys montis Sumani. *Bauh. hist.* 3. *p.* 289.

Bonarota montana italica, chamaedryos folio, flore coeruleo. *Mich. gen.* 19. *n.* 1. *t.* 15. *f.* 1.

Paederota Bonarota; foliis serratis. *Lin. spec. pl.* 20. *Jacqu. fl. austr.* 5. *app. t.* 39.

Paederota coerulea; corollarum labio superiore indiviso. *Lin. Suppl.* 84.

rotundifolia. β. Bonarota montana italica, chamaedryos folio rotundiore et quasi circinato, spica coerulea habitiore. *Mich. gen.* 19. *n.* 2. *t.* 15. *f.* 2.

Habitat in alpibus Austriae, Carnioliae, Italiae. 4

Facies Veronicae. Caulis *palmaris, superne subcanescens.* Folia *omnia opposita, subpetiolata, plerumque quinque pariùm in caule, pollicaria, suprema et infima minora, subrotundo-ovata vel oblonga, obtusa interdum acuta, a medio*

fere ad apicem serrata, glabra vel pilis rarioribus adspersa. Racemus *pollicaris.* Calyces *pilosiusculi.*

2. WULFENIA caule folioso, foliis ovato-lanceolatis, labio superiore emarginato. †. Ageria.

Bonarota montana italica chamaedryos folio, minus crenato, spica lutea. *Mich. gen.* 19. *n.* 3.
Paederota lutea; corollarum labio superiore bifido. *Scop. an.* 2. *p.* 41. *Lin. suppl.* 84.
Paederota Ageria; foliis serratis: inferioribus alternis. *Lin. mant.* 171.
Paederota Bonarota. *Jacqu. hort.* 2. *p.* 55. *t.* 121.

Habitat in Carniolia, Italia.

Caules *plures, spithamaei et ultra.* Folia *breviter petiolata, opposita, interdum alterna, interdum terna, inferiora sensim minora, argute serrata, leviter villosa.* Racemus *nutans, subbipollicaris.* Bracteae *lineares, calyce parum longiores.* Corolla *sulphurea.* Jacqu. *l. c.*

3. WULFENIA caule nudo, foliis crenatis. *Smith.* carinthiaca.

in act. soc. Lin. 6. p. 96.
Wulfenia carinthiaca. *Jacqu. miscell.* 2. *p.* 62. *t.* 8. *f.* 1. *Ic. rar.* 1. *t.* 2. *Reyn. et Hohenw. itin. bot.* 1. *p.* 73. *t.* 1.
Paederota Wulfenia; foliis radicalibus oblongis obtusis, spica secunda, caule nudo. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 48. *t.* 13. *f.* 2.

Habitat in summis alpibus Carinthiae *solo pinguissimo.* 4

Folia *radicalia, obovato-oblonga, grosse crenata, crenis submucronatis, glabra, excepta costa subtus, simpliciter venosa.* Scapus *spithamaeus, foliis altior, squama lanceolata una alterave superne vestitus.* Flores *secundi.* Bractea *ad basin pedicellorum, lanceolata.* Corolla *fauce barbata: labium superius integrum.*

Habitus. Caules *vel scapi simplicissimi, erecti, teretes, villosi.* Racemus *terminalis.*

31. RÖTTLERA. *Cal.* coloratus. *Cor.* incurvata, fauce inflata, 5-fida, subaequalis. *Stam.* 4: 2. sterilia. *Stigma* simplex. *Caps.* 2-valvis, polysperma.

incana. 1. RÖTTLERA.

Gratiola montana. *Röttler in litteris.*

Habitat in India *orientali prope Madurei in monte. Röttler.*

Folia *radicalia, plura, bipollicaria, spathulata; lamina ovata, obtusissima, crenata, interdum inciso-crenata, crassa, e tomento densissimo incana.* Scapus *erectus, simplex, palmaris, purpurascens, pilosus.* Pedunculi *terminales, seni, umbellati, interdum simplices, uniflori, interdum divisi, interdum duo oppositi infra umbellam, piloso-canescentes.* Bracteae *duae ovatae, infra umbellam. Facies Verbasci myconis.*

Calyx *monophyllus, pilosus, corolla multo brevior: laciniis lanceolatis, coloratis, persistentibus.* Corolla *monopetala, campanulata: tubus nullus; faux inflata, incurvata: limbus quinquefidus; laciniis subaequalibus.* Filamenta *quatuor e fundo corollae, brevia, incurvata, quorum duo superiora sterilia.* Antherae *didymae.* Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, staminibus longior.* Stigma *simplex.* Capsula *ovata, acuminata, bivalvis.* Semina *plura.* Röttler.

Cum Röttlera Wildenowii *vix a Trewia* Lin. *differt, in memoriam inventoris et de re botanica quam maxime meriti dixi.*

32. GRATIOLA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* irregularis, resupinata. *Stam.* 4: 2. sterilia. *Stigma* 2-labiatum. *Caps.* 2-locularis.

officinalis. 1. GRATIOLA foliis lanceolatis serratis subtrinerviis, floribus pedunculatis.

Limnesium s. centauride. *Cord.* 86.

Gratiola, *Matth.* 697.

Gratiola seu gratia Dei. *Lob. ic.* 435.

Gratiola officinalis; foliis lanceolatis serratis. floribus pedunculatis. *Lin. Syst. veg.* 65. *Fl. dan.* 363.

Habitat in Lusatiae, Galliae, Germaniae, Daniae *humidiusculis.* 4

Tota glabra. Caules *simplices vel ramosi, vix spithamaei, inferne foliis imbricati.* Folia *sessilia, pollicaria, obtusa, remote denticulato-ser-*

rata; inferiora minora, ovata, integerrima.
Pedunculi *folio breviores.*

2. GRATIOLA foliis ovato-oblongis subquinque- peruviana.
nerviis serratis, floribus axillaribus sessilibus.
Gratiola latiore folio, flore albo. *Feuil. peruv.* 3. *p.* 23. *t.* 17.
Gratiola peruviana; floribus subsessilibus. *Lin. Syst. veg. p.* 25. *Fl. per.* 1. *p.* 7.
Habitat in Peru.
Facies et tota structura Gr. officinalis, *diversa foliis parum brevioribus subquinquenerviis, floribus minoribus.* Capsulae *globosae magnitudine fere Piperis nigri.*

3. GRATIOLA foliis lineari-lanceolatis extrorsum virginiana.
remote paucidentatis, pedunculis longitudine foliorum.
Gratiola virginiana; foliis lanceolatis obtusis subdentatis. *Gronow. virg.* 3. *Lin. spec. pl.* 25. *non mant.*
Gratiola virginica; foliis lineari-lanceolatis, acutis, versus apicem argute dentatis, tubo calyce longiore. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 54. *t.* 16. *f.* 2.
Gratiola quadridentata; pumila, assurgens, ramosa, glabra: foliis lanceolatis, acutis, remote quadridentatis: dentibus exertis, binis ad apicem inde tricuspidatum longioribus: capsula calyce subulato triplo breviore. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 6.
Habitat in Virginia *et* Carolina.
Caulis *erectus, spithamaeus, teres, inferne ramo uno vel altero alterno, ope lentis, uti folia et calyces, rare pulverulenta.* Folia *semiamplexicaulia, semipollicaria, acuta, extrorsum dentibus duobus subulatis.* Pedunculi *axillares, alterni, filiformes.* Calycis *laciniae lineares, angustissimae, unica majore.* Capsula *parva.*

4. GRATIOLA foliis linearibus integerrimis, pe- linifolia.
dunculis axillaribus longitudine foliorum.
Gratiola alia, lusitana, pituitam ac bilem superne ac inferne vehementer purgans. *Grisley virid. lus. n.* 698. *fide herb. Vaillantii.*
Digitalis linifolia, lusitanica, palustris. *Tournef. inst. r. h.* 169.

Habitat in Lusitania. *Rathke.*

Caulis *adscendens, semipedalis, basi ramo uno alterove, tetragonus, glaber.* Folia *sessilia, pollicaria, facie Veron. scutellatae, acuta, glabra, avenia, enervia, juniora ope lentis pubescentia.* Pedunculi *filiformes.* Calycis *laciniae subulatae.* Corolla *triplo minor quam in Gr. officinali.*

Distinctissima a Gr. officinali.

punctata. 5. GRATIOLA foliis lanceolatis serratis enerviis, subtus punctatis, floribus sessilibus.

Gratiola punctata; foliis lanceolatis serratis, subtus punctatis, floribus sessilibus. *Colsm. de Grat.*

Habitat in Java.

Caulis *erectus, basi repens, palmaris vel spithamaeus, tetragonus, simplicissimus, interdum ramulus brevis floriferus ex axillis superioribus, glaber, uti tota planta.* Folia *sessilia, superne approximata, semipollicaria, superiora et inferiora minora, frequenter serrata.* Flores *axillares, solitarii, oppositi.* Capsulae *subrotundae, compressiusculae, longitudine calycis.*

trifida. 6. GRATIOLA foliis inferioribus tripartitis, superioribus lineari-lanceolatis indivisis, extrorsum serratis.

Tsjundan-Tsjera. *Rheed. mal.* 12. *p.* 71. *t.* 36.

Hottonia flore solitario ex foliorum alis proveniente. *Burm. zeyl.* 121. *t.* 55. *f.* 1.

Hottonia indica; pedunculis axillaribus. *Lin. spec. pl.* 208.

Gratiola trifida; foliis lineari-lanceolatis quaternis, apice dentatis trifidisque, capsulis pilosis. *Wilden. spec. pl.* 1. *p.* 104.

integrifolia. β. Gratiola chamaedryfolia; foliis lanceolato-ovatis superne dentatis, calyce longitudine tubi. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 54.

Tsjeria-manga nari. *Rheed. mal.* 9. *p.* 166. *t.* 58. *fig. mala.*

Habitat in humidis Malabariae.

Radix *repens.* Caules *ex articulis radicis, solitarii, digitales vel ultra, erecti, inferne ramulo uno alterove alterno aucti, filiformes, glabri.* Folia *sessilia, remota, unguicularia, glabra: superiora indivisa, extrorsum sensim parum di-*

latata. Pedunculi *ex axillis alternis, patentes, capillares, folio longiores.* Calycis *laciniae pilosiusculae, lineares.* Capsulae *parvae, globosae, longitudine calycis, glabrae.*

Planta foliis quam maxime varians: Folia *plerumque plurima ad basin usque tripartita, ut fere verticillata appareant, suprema indivisa, extrorsum serrata; interdum tantum duo parium infimorum tripartita, reliqua indivisa; aliquando inferiora tripartita, intermedia trifida, suprema indivisa.* Laciniae *quoque in foliis divisis varie ludunt; in aliis enim lacinia intermedia longior, extrorsum parum latior, apice trifida, vel indivisa et serrata; in nonnullis laciniae aequales, indivisae, lineares, extrorsum utrinque denticulo uno alterove.*

Hottoniam indicam a Burmanno filio habui, omnino similem speciminibus Grat. trifidae a Königio missis, quam quoque semel a viro beato sub nomine Hott. indicae obtinui. Grat. chamaedryfolia Lamarckii est varietas foliis indivisis vel parte superiori plantae foliis plurimis indivisis, fide herbarii Cel. viri. Planta Rheedi 12. *t.* 36. *gaudet secundum Rheede staminibus duobus. Num vero Grat. trifida species genuina Gratiolae est nec ne, iis dijudicare relinquo, qui occasionem habent plantam vivam examinare.* Corolla *videtur esse irregularis.*

7. GRATIOLA foliis subrotundo-ovatis oblongisve integerrimis nervosis, caule repente, laciniis calycinis duabus ovatis. **repens.**

Gratiola repens, foliis ovatis, caule repente, calyce pentaphyllo, stylo bifido. *Swartz. prodr.* 14. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 39. *Ic. t.* 3.

Habitat in Jamaica. ⊙

Caulis *digitalis, subdivisus, crassiusculus, fistulosus, segmentis interstinctus.* Folia *sessilia, semiunguicularia, internodiis breviora, glabra.* Pedunculi *axillares, solitarii, folio breviores, pubescentes.* Calycis *laciniae duae exteriores ovatae, tres interiores lanceolatae, aequales, obtusae.*

8. GRATIOLA foliis oppositis ternisque subdentatis. † **ramosa.**

Gratiola ramosa; caule subramoso; foliis oppositis ternisque, lato-subulatis, denticulis nonnullis, calycis foliolis aequalibus; pedunculis alternis; floribus griseo-albidis. *Walt. fl. car.* 61.

Habitat in Carolina.

acuminata. 9. GRATIOLA foliis lanceolato-ovatis extrorsum obsolete remote serratis, pedunculis folio brevioribus.

Gratiola acuminata; foliis obovato-lanceolatis, serratis, pedunculis unifloris, solitariis, axillaribus, folio longioribus, calycis foliolo superiore majore: corollae albidae laciniis longitudine aequalibus, superiore latiore, emarginata, tribus aliis cum acumine. *Walt. fl. car.* 61.

Habitat in Carolina. *Bosc.*

Caulis *glaber, uti tota planta, subramosus.* Folia *sessilia, remota, pollicaria, lanceolato-ovata, extrorsum remote paucidentata, obscure quinquenervia.* Pedunculi *axillares.* Corollae *parvae.* Capsula *globosa, magnitudine Piperis nigri.*

Lobelioides. 10. GRATIOLA caule inferne folioso, superne squamuloso, foliis lanceolato-oblongis integerrimis, floribus racemosis.

Gratiola lobelioides; caule subnudo stipulato, foliis oblongis integerrimis, panicula dichotoma, capsulis globosis. *Retz. obs.* 4. *p.* 7.

Habitat in India *orientali. König.*

Facies omnino Lobeliae Dortmannae. Caulis *spithamaeus vel sesquipedalis, raro superne in ramos duos floriferos divisus, erectus, tenuis, glaber uti tota planta, basin versus foliosus.* Folia *sessilia, infima trium parium, approximata, semipollicaria, lineari-oblonga, acutiuscula, subcarnosa, concava, inania, subquinquenervia; sequentia minuta, remotissima, ovata, obtusa.* Racemus *terminalis: pedicelli ex axillis squamarum superiorum, filiformes, oppositi, remoti, fructiferi patentissimi, pollicares.* Calycis *laciniae oblongae, obtusae, margine scariosae.* Corolla *unguicularis.* Capsula *globosa, magnitudine seminis Milii.*

11. GRATIOLA foliis lanceolatis sessilibus subintegerrimis, pedunculis axillaribus folio longioribus. hyssopioides.

Gratiola indica minor vera s. hyssopioides. *Pluk. alm.* 180. *t.* 193. *f.* 1.

Gratiola hyssopioides; foliis lanceolatis subserratis articulo caulino brevioribus. *Lin. mant.* 174.

Habitat Tranquebariae *in agris oryzaceis.* ⊙

Tota glabra. Caulis *digitalis vel spithamaeus, erectus, plerumque simplicissimus, interdum inferne ramo caule breviore aucto, tetragonus.* Folia *remota, semiunguicularia vel parum ultra, inferiora raro extrorsum utrinque unidentata, superiora integerrima, ope lentis subtrinervia.* Pedunculi *ex axillis superioribus, alterni, foliis triplo longiores; fructiferi reflexi.* Flores *longitudine pedunculi.* Calycis *laciniae lineares.* Capsulae *oblongae, acutae, calyce parum longiores.*

12. GRATIOLA foliis lanceolatis extrorsum utrinque subtridentatis integerrimisque, pedunculis folio brevioribus. anagallidea.

Gratiola inaequalis; foliis oblongis-obtusis subdentatis. Corollae labio superiore breviore suberecto; floribus pedicellatis subcoeruleis. *Walt. fl. car.* 91.

Gratiola anagallidea; erecta, glaberrima: caule quadrangulo: foliis oblongo-ovalibus, rariter denticulatis, flore brevioribus: calyce ebracteato, subulato, puberulo: corolla intus glabra. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 7.

Habitat in aquosis Carolinae. *Bosc.*

Caules *plures, erecti, filiformes, simplices, glabri, uti tota planta, palmares.* Folia *sessilia, unguicularia, oblonga, plerumque obtusa, extrorsum dentibus utrinque tribus remotissimis obscuris serrata, avenia, enervia.* Pedunculi *ex axillis, alterni.* Calycis *laciniae subulatae.* Flores *parvi.* Capsula *oblonga, longitudine calycis.*

Maxime affinis Gr. hyssopioideae, at flores triplo minores.

13. GRATIOLA foliis lineari-lanceolatis serratis, floribus inferioribus axillaribus alternis, superioribus racemosis oppositis. oppositifolia.

Gratiola oppositifolia; caule adscendente, foliis lanceolatis serratis. *Retz. obs.* 4. *p.* 8.
Habitat in India *orientali. König.*
Caulis *filiformis, spithamaeus vel parum ultra, simplicissimus, interdum versus medium ramo auctus, glaber, uti tota planta.* Folia *sessilia, semipollicaria, remota, internodiis breviora, argute remote minuteque serrata, utrinque acuta; floralia setacea.* Pedunculi *patentissimi, axillares, folio duplo longiores.* Calycis *laciniae lineares.* Capsula *subulata, calyce duplo longior.*

pusilla. 14. GRATIOLA foliis ovatis sessilibus serratis margine cartilagineis glabris, caule hispidulo, pedunculis axillaribus oppositis.
Gratiola pusilla; caule simplicissimo, foliis ovatis crenatis, pedunculis axillaribus unifloris, folio longioribus. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 105.
Habitat in India *orientali ad scaturigines. König, Röttler.* ⊙
Radix *fibrosa.* Caulis *palmaris, ramosus, interdum pollicaris, simplicissimus, tetragonus:* Rami *oppositi, uti caulis adspersi setis minutis rarioribus.* Folia *semiunguicularia vel minora, internodiis breviora, margine cartilagineo incrassata, subtus nervosa.* Pedunculi *axillares, folio duplo longiores.* Calycis *laciniae lineares, acutae, ope lentis pilosiusculae.* Flores *parvi, coerulei.* Capsulae *globosae.*

hispidula. 15. GRATIOLA foliis ovatis sessilibus crenatis cauleque pilosis, pedunculis axillaribus oppositis.
Habitat in Java. *Commerson.*
Caulis *filiformis, superne bifidus, tetragonus, uti folia et calyces adspersus pilis albidis patentibus.* Folia *unguicularia, acuta, subtus quinquenervia.* Pedunculi *folio longiores, glabri.* Calycis *laciniae lineari-lanceolatae.* Capsula *globosa, magnitudine fere seminis Coriandri, glabra.*

pilosa. 16. GRATIOLA foliis cordato-ovatis, floribus axillaribus subsessilibus cauleque erecto pilosis.
Gratiola peruviana. *Walt. fl. car.* 62.
Gratiola pilosa; erecta, ramosa, pilosissima: foliis ovalibus, rariter subdentatis: floribus

subsessilibus, folio brevioribus. *Michaux fl. bor. am.* 1. *p.* 7.

Habitat in udis Carolinae. *Bosc.*

Caulis *simplex, pedalis, teres, pilosus; pilis albidis, articulatis.* Folia *sessilia, unguicularia, cordato-ovata, acutiuscula, extrorsum utrinque dentibus tribus remotis serrata, venosa, utrinque pilis rarioribus adspersa, supra oculo armato punctata.* Flores *brevissime pedunculati.* Calycis *luciniae lineari-lanceolatae, pilosae.* Corolla *albida, intus villosa.*

17. GRATIOLA foliis cordato-ovatis dentatis, pedunculis axillaribus foliis longioribus, caule diffuso radicante. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 103. lucida.

Crusta olitae minor. *Rumph. amb.* 5. *p.* 491. *t.* 170. *f.* 3.

Capraria crustacea; repens, foliis oppositis ovatis subpetiolatis crenatis. *Lin. mant.* 87.

Habitat in Malabariae, Amboinae, Chinae *humidis.*

Caulis *repens, palmaris vel parum ultra, tetragonus, glaber.* Folia *petiolata, unguicularia vel parum ultra, acuta, glabra.* Capsula *oblonga, longitudine calycis.*

Valde similis Antirrhino hexandro Forst. prodr. n. 235. *quod vel Vandelliae vel Caprariae species.*

18. GRATIOLA foliis ovatis sessilibus subtus quinquenerviis subdentatis, pedunculis axillaribus alternis folio longioribus. rotundifolia.

Tsjanga-Puspam. *Rheed. Mal.* 9. *p.* 111. *t.* 57.

Gratiola rotundifolia foliis ovatis trinerviis. *Lin. mant.* 174.

Habitat in Malabariae *arenosis.*

Caules *longi, pedales, filiformes, basi repentes, inferne saepe ramo aucti, glabri.* Folia *remota semiunguicularia, inferne interstitiis quadruplo vel quintuplo breviora, inferiora subrotundo-ovata, superiora ovata, acuta, extrorsum utrinque uni-bidentata, glaberrima, subtus obsolete quinquenervia, oculo armato punctata.* Pedunculi *alterni, patentissimi.* Capsulae *globosae, magnitudine sem. Pan. miliacei.*

ocymifolia. 19. GRATIOLA foliis oblongis integerrimis; infimis petiolatis, floribus racemosis.

Habitat in India *orientali.* ⊙

Caulis *digitalis vel parum ultra, erectus, tetragonus, uti tota planta glaber, inferne ramosus*: Rami *oppositi.* Folia *sena in caule, quatuor inferiora petiolata; duo superne remotissima, sessilia, pollicaria; quatuor in ramis, sessilia, semipollicaria: omnia acuta, subtus obscure nervoso-venosa.* Racemi *terminales, erecti: pedicelli patentes.* Bractea *minuta ad basin pedicellorum.* Capsulae *globosae.*

stricta. 20. GRATIOLA foliis ovatis, spicis terminalibus elongatis simplicibus, caule suffruticoso. †

Gratiola stricta; foliis ovatis, spica terminali elongata. *Lour. fl. cochin.* 23.

Habitat in Cochinchina.

Caulis *simplicissimus, erectus, sesquipedalis.* Folia *acuminata, subserrata, plana, glabra.* Bracteae *tres.* Flores *albi, rubro punctati.* Capsulae *oblongae.* Lour. *l. c.*

tenuifolia. 21. GRATIOLA foliis linearibus extrorsum bidentatis integerrimisque, pedunculis axillaribus alternis.

Gratiola tenuifolia; foliis linearibus extrorsum utrinque unidentatis: pedunculis axillaribus. *Colsm. grat.* 8.

Habitat in graminosis scaturiginosis Zeylonae. *König.* ⊙

Tota glabra. Caulis *digitalis vel parum ultra, erectus, filiformis, articulatus; articulis semipollicaribus, superioribus parum longioribus:* Rami *interdum duo, alterni, interdum unicus altitudine caulis.* Folia *sessilia, internodiis parum longiora, angusto-linearia, extrorsum saepe utrinque dente unico minuto.* Pedunculi *demum reflexi.* Capsulae *subulatae.*

verbenaefolia. 22. GRATIOLA foliis lanceolatis integerrimis, floribus racemosis, caule subdichotomo.

Gratiola verbenaefolia; caule ramoso subdichotomo: foliis lanceolatis integerrimis, floribus racemosis. *Colsm. grat.* 9.

Habitat in India *orientali. König.* ⊙

Tota glaberrima. Caulis *pedalis, erectus, superne dichotome divisus, obscure tetragonus:* Rami *patentes.* Folia *sessilia, pollicaria et ultra, laevia, avenia, vix nervosa.* Pedunculi *terminales et e dichotomia, bi-s.-tripollicares: pedicelli semiunguiculares, inferiores remoti, horizontales, demum reflexi.* Bractea *setacea, sub singulo pedicello eoque quadruplo brevior.* Calycis *laciniae lineares.* Capsula *subulata, utrinque acuta, longitudine pedicelli.*

23. GRATIOLA foliis lanceolatis rugosis, spicis ramosis. *Lour. fl. cochin.* 23. † rugosa.

Habitat in Cochinchina.

Caulis *suffruticosus, tripedalis, erectus, simplex, teres.* Folia *subcrenata, crassa, apice reflexa, glabra.* Spicae *terminales, longissimae.* Bracteae *tres, subulatae, inaequales.* Flores *purpurascentes.* Calycis *foliola linearia. Lour. l. c.*

24. GRATIOLA foliis subcordato-ovatis petiolatis crenatis, pedunculis axillaribus, caulibus prostratis. cordifolia.

Habitat in graminosis humidiusculis Indiae *orientalis. König.*

Caules *sesquipedales, simplicissimi, uti tota planta glabri.* Folia *suprema sessilia, semipollicaria, infima minora, remotissima, obtusa.* Pedunculi *folio dimidio longiores, florentes erecti, fructiferi reflexi.* Calycis *laciniae lineares.* Corolla *nivea, fauce lutea.* Capsula *subulata, calyce dimidio longior.*

25. GRATIOLA foliis lanceolato-oblongis serratis, serraturis aristatis, floribus racemosis. ciliata.

Gratiola ciliata; foliis lanceolatis, setaceo-serratis, floribus racemosis. *Colsm. grat.* 14.

Habitat in Java. *Commerson, Thouin.*

Tota glabra. Caulis *tenuis, glaber, superne parum ramosus:* Rami *simplices.* Folia *sessilia, unguicularia, argute et frequenter serrata; serraturae in setam desinentes, avenia.* Racemus *quinque-septemflorus: Pedicelli remoti, fructiferi patentissimi.* Bracteae *setaceae, pedunculo dimidio breviores.* Capsulae *angustissimae, subulatae, unguiculares.*

grandiflora. 26. GRATIOLA foliis inferioribus subcuneiformibus, superioribus lanceolatis serratis, pedunculis axillaribus.

Gratiola grandiflora; caulibus decumbentibus, foliis ovatis serratis, pedunculis oppositis, capsulis subulatis. *Retz. obs.* 4. *p.* 8.

Habitat Tranquebariae, Madras, Siam. *locis humidis scaturiginosis solo fertili. König.*

Tota glabra. Caules *plures, subspithamaei, simplices vel inferne rami duo oppositi, decumbentes.* Folia *sessilia, fere pollicaria, superiora interdum subovata, obtusa, avenia, laete viridia.* Pedunculi *oppositi, longitudine foliorum.* Capsula *subulata.*

veronicaefolia. 27. GRATIOLA foliis oblongis acute serratis, caule repente, floribus racemosis.

Ruellia antipoda; foliis mucronato-serratis, caule repente, floribus subspicatis terminalibus quinis ternisve. *Lin. fl. zeyl.* 106. *Syst. veg.* 613.

Gratiola veronicaefolia; caule repente, foliis ovato-lanceolatis acute serratis, floribus terminalibus oppositis. *Retz. obs.* 4. *p.* 8.

Habitat in India *orientali.*

Tota glabra. Folia *infima petiolata, reliqua sessilia, oblonga, basin versus sensim parum attenuata, serraturis utrinque sex mucronatis, avenia.* Pedunculus *terminalis: pedicelli oppositi.* Bractea *linearis sub singulo pedicello ejusque longitudinis.* Capsula *subulata, calyce duplo longior.* Semina *quadruplici serie ad singulum latus dissepimenti.*

pulegiifolia. 28. GRATIOLA foliis oblongis serratis, pedunculis axillaribus oppositis.

Habitat in India *orientali.*

Caulis *filiformis, subramosus, glaber.* Folia *semiunguicularia, sessilia, remota, glabra, acuta, avenia, enervia.* Pedunculi *longitudine foliorum.* Capsulae *subulatae.*

Ab insequente dignoscitur foliis *margine non cartilagineis:* floribus *axillaribus.*

marginata. 29. GRATIOLA foliis lanceolatis oblongisque margine incrassatis argute serratis, caulibus repentibus, floribus racemosis.

Gratiola marginata; foliis oblongis, argute serratis, cartilaginèo marginatis, floribus racemosis, caulibus repentibus. *Colsm. grat.* 11.

Habitat in India *orientali.*

Tota glabra. Caules *digitales, vel spithamaei, apice interdum in duos-tres ramulos divisi, tetragoni.* Folia *sessilia; infima unguicularia, lanceolata, extrorsum latiora; suprema duplo minora: omnia rigida, margine incrassata, inferiorum margo albida, superiorum viridis, serrata; serraturis utrinque quatuor-sex, rigidis, pungentibus, avenia.* Racemus *terminalis, longitudine caulis, septendecim-novemdecimflorus: pedicelli fructiferi patentes, breves.* Bracteae *infimae ovatae, acuminatae, supremae lanceolatae, omnes longitudine pedicelli.* Calycis *laciniae lineares.* Capsula *subulata, calyce duplo longior.*

30. GRATIOLA foliis subrotundo ovatis petiolatis crenatis, floribus axillaribus subsessilibus. origanifolia.

Habitat in India *orientali.* Guinea. ⊙

Caules *procumbentes, palmares, simplices, tetragoni, angulis pilosiusculis.* Folia *vix semiunguicularia, sursum minora, subtus obsolete nervosa.* Capsulae *brevissime pedunculatae, subulatae, calyce dimidio longiores.*

31. GRATIOLA foliis oblongis petiolatis argute serratis, caule decumbente, racemis terminalibus inque dichotomiis. Ruelloides.

Gratiola Ruelloides; foliis ovalibus petiolatis argute serratis, floribus racemosis. *Colsm. grat.* 12.

Habitat in Java. *Commerson, Thouin.* ⊙

Tota glabra. Caulis *angulatus, superne trifidus.* Folia *semipollicaria et ultra, per petiolum parum decurrentia, serraturis exterioribus profundioribus, basi integerrima.* Racemi *ex apice et divisura caulis, bipollicares: pedicelli septem-novemflori, erecti, semiunguiculares; fructiferi horizontales,* Bractea *ad basin singuli pedicelli ejusque longitudinis, subulata, apice patula.* Calycis *laciniae lanceolatae.* Capsula *subulata, calyce triplo longior.*

Differt a Grat. Veronicaefolia: caule *non repente*; *serraturis* foliorum *imbricatis*; racemis *septem-novemfloris.*

Habitus. Caulis *herbaceus.* Folia *opposita.* Pedunculi, pedicelli *uniflori, uti flores solitarii.* Bracteae *duae ad basin calycis, aliis foliolae calycina dictae, in plurimis desunt.*

33. CARANGA. *Cal.* 2-valvis: valvula altera minore. *Cor.* calyce brevior: lobo inferiore latiore. *Caps.* calyce tecta, 2-valvis, 2-locularis, polysperma. *Jussieu.*

amara. 1. CARANGA.

Serratula amara. *Rumph. Amb.* 5. *p.* 459. *t.* 170. *f.* 1.

Habitat in Java *et* India *Orientali. Ex herbario Jussiaei.*

Caules, *uti tota planta glabri, repentes:* Rami *erecti, dichotomi.* Folia *petiolata, opposita, pollicaria, ovata, acuta, profunde serrata, avenia, subtus pallidiora, nervosa.* Pedunculi *axillares, solitarii, biflori.*

Corolla *monopetala.* Stamina *duo eodem lobo inserta.* Germen *superum.* Stylus *unicus.* Valvulae *dissepimento ovali parallelae.* Jussieu.

34. GALIPEA. *Cal.* tubulosus, 4-5-dentatus. *Cor.* hypocrateriformis, 4-5-fida, subinaequalis. *Stam.* 4: 2. sterilia. *Germ.* subpentagonum. *Stigma* 4-sulcum.

trifoliata. 1. GALIPEA. *Aubl. fl. guian.* 662. *t.* 269. †

Habitat in Guiana *ad ripas fluviorum.* ♄

Caules *plures, fruticosi, ramosi.* Folia *alterna, petiolata, ternata: foliola petiolata, lanceolata, glabra, integerrima, acuminata, intermedio longiore et latiore.* Pedunculi *axillares et terminales, longi.* Flores *corymbosi, exigui, virides.* Aubl. *l. c.*

An genere diversa a Sciura?

35. SCIURIS. *Cal.* 5-fidus, brevis. *Cor.* 5-fida, subbilabiata. *Stam.* 5: 3. sterilia. *Stigma* subtrilobum. *Caps.* 5. coalitae, 1-loculares, intus 2-valves. *Sem.* 1.

1. SCIURIS. *Schreb. gen. pl. n.* 53. † aromatica.
Raputia aromatica. *Aubl. fl. guian. p.* 670. *t.* 272.
Habitat in Guianae *sylvis.* ♄
Frutex *bipedalis.* Rami *oppositi, erecti.* Folia *opposita, ternata: foliola ovato-oblonga, acuminata, glabra, integerrima, perforata.* Petiolus *longus.* Flores *spicati, bifarii.* Pedunculus *infra convexus, superne canaliculatus.* Aubl. *l. c.*

36. CHAETOCHILUS. *Cal.* subbilabiatus 5-fidus. *Cor.* tubulosa: Limbo 5-partito, laciniis linearibus, 2-bus superioribus brevioribus. *Caps.* ore 4-dentato, 2-locularis, polysperma.

1. CHAETOCHILUS. lateriflorus.
Habitat in Brasilia. *Thouin.* ♄
Caulis *fruticosus;* Rami *alterni, teretes, superne subvillosi.* Folia *petiolata, alterna, pollicaria, ovata, integerrima, inferiora obtusa, superiora acuta, subvenosa, glabra.* Pedunculi *interfoliacei vel oppositifolii, solitarii, uniflori, patentes, breves.* Calyx *tubulosus, subbilabiatus, unguicularis, glaber, decemnervosus: labium superius bifidum; inferius trifidum; laciniis subulatis, aequalibus.* Corolla *sesquipollicaris, bilabiata: tubus crassitie fili emporetici, undique ejusdem latitudinis: limbus usque ad orificium tubi quinquepartitus; laciniis linearibus, angustissimis, rectiusculis, divaricatis, duabus superioribus, tribus inferioribus parum longioribus.* Filamenta *duo infra medium tubi inserta, eoque parum breviora.* Germen *superum.* Stigma *obtusum.* Capsula *turbinata, acuminata, ore quadridentato, bilocularis.* Semina *plura.* Dissepimentum *oblongum, compressum.*
Facile dignoscitur corollarum laciniis quinque summitati tubi quasi insertis et colore a tubi diversis.

37. SCHWENCKIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* tubulosa, subregularis, 10-dentata, dentibus alternis glandulosis majoribus. *Stam.* 5 : 3-sterilia. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis, polysperma.

americana. 1. SCHWENCKIA. *Lin. gen. pl.* 567. *Schwenke hort. med. Hag.* 328. *t.* 1.

Habitat in campestribus apricis sabulosis Cajennae *Richard, ad vias inque campis aridis* Guineae. *Thonning.*

Caules *saepe plures, erecti, pedales, graciles, teretes, pubescentes:* Rami *sparsi.* Folia *alterna, breviter petiolata, vix pollicaria, patentia, lanceolata, acutiuscula, integerrima, ope lentis pilis raris adspersa, nonnulla parva in axillis.* Flores *paniculati, terminales ramorum.* Calyx *puberulus, quinquefidus, leviter decemstriatus, persistens.*

Corolla *dilute violacea, hypocrateriformis: tubus rectus, unguicularis, calyce triplo longior, prismaticus: Limbus decemdentatus; denticulis alternis minutis, quinque majoribus, ovatis.* Stamina *filamenta duo, filiformia, recta, imo tubi inserta ejusque longitudinis.* Stylus *filiformis, longitudine tubi.* Stigma *capitatum.* Capsula *calyce grandefacto arcte inclusa, globosa, unilocularis, polysperma, bivalvis: Valvulae aequales, concavae.* Semina *irregulariter globosa, superficie inaequali, undique placenia centrali affixa.* Placenta *subglobosa, crassiuscula.* Richard,

Radix *perennis.* Caulis *suffruticosus, virgatus.* Bracteae *minutae, caducae, ad basin pedicellorum.* Corollae *tubus extra calycem leviter ampliatus, ore paulo coarctato: Limbus obliquus, minimus, planus, subinteger, glandulis quinque oblongis ornatus, duobus superioribus parum majoribus, ante explicationem quinque plicatus.* Filamenta *quinque, tubo breviora, latiuscula, tria breviora castrata.* Capsula *obovata, calyce ad medium cincta, bilocularis.* Dissepimentum *parallelum.* Thonning. *Guinaensis a Cajanensi non nisi foliis parum latioribus differt.*

38. SARMIENTA. *Cal.* 5-partitus, inaequalis. *Cor.* tubulosa, superne ventricosa 5-fida. *Filam.* 5: 3. sterilia inclusa, 2-fertilia exserta. *Caps.* 1-locularis, circumscissa.

1. SARMIENTA. *Fl. peruv. prodr.* 4. *Fl. per.* 1. *p.* 8. *t.* 7. *f.* 6. † repens.

Utricularia foliis carnosis, scandens. *Feuill. obs.* 3. *p.* 69. *t.* 43.

Habitat in nemoribus Chili *copiose.*

Caulis *sarmentosus*, *teres*, *ramosissimus*: Rami *dependentes.* Folia *opposita*, *breviter petiolata*, *ovata*, *carnosa*, *avenia*, *subtus albicantia*, *utrinque punctata.* Pedunculi *terminales*, *longi*, *filiformes*, *uni-vel biflori.* Bracteae *duae*, *oblongae*, *crassiusculae*, *sub singulo calyce.* Calyx *inferus*, *hirsutus*; *laciniae quatuor aequales*, *quinta latior*, *emarginata.* Corolla *punicea*, *extus pubescens*: *tubus ventricosus*, *obovatus*, *basi angustissimus*, *fauce coarctata*: *limbus quinquefidus*; *laciniis aequalibus.* Semina *plura. Fl. per. l. c.*

39. SANCHEZIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* tubulosa, 5-fida: laciniae revolutae: 2. superiores breviores. *Stam.* 4: 2. sterilia. *Anth.* aristatae. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis. *Fl. per. prodr.* 5. *t.* 32.

1. SANCHEZIA foliis oblongo-lanceolatis subsessilibus utrinque glabris, bracteis linearibus. † oblonga.

Sanchezia oblonga; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, petiolis alatis. *Fl. peruv.* 1. *p.* 7. *t.* 8. *fig. b.*

Habitat in Peruviae *stagnantibus et umbrosis.*

Caulis *ramosus.* Folia *basi valde attenuata*, *apice minus*, *subcrenata.* Petioli *marginati.* Spicae *solitariae*, *vel ternae*, *laterales breviores*: Verticilli *multiflori.* Involucri *foliola magna*, *integerrima*, *erecta*, *pedunculos fere tegentia.* Bracteae *integerrimae*, *hirsutae.* Calyx *luteus.* Corolla *hirsuta. Fl. per. l. c.*

2. SANCHEZIA foliis ovatis petiolatis subtus pubescentibus, bracteis oblongis emarginatis. ovata.

Sanchezia ovata; foliis ovatis acuminatis, petiolis semicylindricis. *Fl. peruv.* 1. *p.* 7. *t.* 8. *f. c.*
Habitat in Peruviae *stagnetis et umbrosis. Ex herbario Jussiaei vel Thouini ni fallor.*
Caulis *herbaceus, orgyalis, tetragonus, erectus, glaber.* Flores *in spica verticillata, involucrata.* Involucrum *diphyllum: foliolis ovatis, persistentibus.* Bracteae *puniceae.* Corolla *lutea.* Filamenta *hirsuta.*
Caulis *vix divisus.* Folia *patentia, crenata, venosa, supra nitida.* Involucri *foliola concava, acuta, apice reflexa, punicea.* Calyx *tubulosus, inferne angustatus, purpureus. Fl. per. l. c.*

40. CYRTANDRA. *Cal.* 5-fidus, subbilabiatus. *Cor.* 5-fida, irregularis. *Stam.* 4-5. 2-3. sterilia. *Bacca* 2-locularis.

biflora. 1. CYRTANDRA pedunculis subramosis, foliis ellipticis subintegerrimis glabris. *Symb. bot. 2. p.* 1.
Cyrtandra biflora; involucris bifloris. *Forst. gen. p.* 6.
Besleria biflora; pedunculis bifloris, involucro caduco inflato, foliis ovatis integerrimis. *Forst. prodr. n.* 236.
Habitat in insula Taheiti. ♄
Rami *glabri, superne tetragoni.* Folia *tripollicaria, opposita, glaberrima, utrinque acuta, versus apicem obscure crenata.* Pedunculi *petiolo parum longiores, subtriflori; pedicellus intermedius interdum triflorus, laterales uniflori.* Involucrum *triphyllum, inflatum: foliola lanceolata, integerrima.* Corolla *calyce duplo longior: tubo curvato.*

cymosa. 2. CYRTANDRA pedunculis subcymosis, foliis elliptico-ovatis crenatis basi obliquis subtus pubescentibus. *Symb. bot. 2. p. 2.*
Cyrtandra cymosa; pedunculis nudis. *Forst. gen. p. 6.*
Besleria cymosa; pedunculis cymosis, pedicellis bracteolatis, foliis ovatis crenatis. *Forst. prodr. n.* 237.
Habitat in insula Tanna. ♄

Rami *crassitie pennae cygneae, ut in antecedente, apice pulverulento-ferrugineo-tomentosi.* Folia *versus apicem, approximata, opposita, saepe spithamaea, altero latere angustiora et basi breviora, subacuminata, dentato-crenata, supra glabra.* Pedunculi *sesquipollicares, pubescentes, multiflori; pedicelli simplices vel ramosi, unguiculares, pubescentes.*

3. CYRTANDRA pedunculis aggregatis, foliis ellipticis denticulatis basi aequalibus, genitalibus exsertis, caule radicante. staminea.

Justicia parasitica; cymis fasciculatis sessilibus, staminibus exsertis, labiis corollarum brevissimis, foliis oblongis acuminatis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 42.

Habitat in Java. *Commerson, Thouin.*

Caulis *lignosus, radicans, teres, cortice cinereo secedente.* Folia *petiolata, spithamaea et ultra, remote denticulata, attenuata, utrinque basi aequalia, acuta, margine pilosa, coeterum supra glabra, obsolete nervosa, axenia, oculo armato punctata; nervi subtus villosi.* Petioli *longitudine fere foliorum, hirti.* Pedunculi *axillares, aggregati, uniflori, vix semipollicares, hirti.* Bracteae *lineari-lanceolatae, pedicello longiores, aequales, coloratae, extus pilosiusculae.* Calyx *quinque partitus, coloratus: laciniae longitudine pedunculi, lineari-lanceolatae, extus pilosiusculae.* Corolla *sesquipollicaris, ringens; labium superius bifidum inferius trifidum; laciniae oblongae, obtusae: tubus intus basi maculis quinque pilosis.* Nectarium *margo germen cingens.* Stamina *duo, parum infra medium tubi inserta, filiformia, corolla duplo longiora.* Stylus *longitudine staminum eisque quadruplo crassior.* Stigma *bilamellatum: lamellis oblongis, obtusis, patentissimis.* Fructum *non vidi.*

Filamenta *fertilia non spiralia forte aetate rectiora, nec sterilia observare potui in floribus exsiccatis, hujus tamen generis esse credo, cum calyx, corolla, nectarium et pistillum omnino ut in reliquis, praeterea cortex et folia omnino ut in Cyrt. cymosa, et satis similia modo quod folia basi non obliqua sunt.*

Habitus. Folia *petiolata, nervoso-subvenosa, subtus pallidiora.* Pedunculi *axillares.*

41. ELYTRARIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-fida, subaequalis. *Stam.* 4: 2. sterilia. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis. *Sem.* dissepimento contrario inferne annexa. *Michaux.*

crenata. 1. ELYTRARIA squamis floriferis ovatis integerrimis scapi lanceolatis margine nudis, foliis oblongis crenatis.

Plantaginis facie indiae orientalis, Nella curumbee Malabarorum. *Plukn. alm.* 175. *t.* 438. *fig.* 1.

Justicia acaulis. *Lin. Suppl.* 84.

Habitat in India *orientali.* 4

Radix *pubescens, superne lanata.* Folia *plura, interdum spithamaea, basin versus parum angustiora, subsessilia, grosse crenata, venosa; venis supra glabris, subtus villosis.* Scapi *plures, simplicissimi, folio dimidio longiores; squamae acutae.* Spica *terminalis, cylindrica, simplex; squamae acutae, concavae.* Bracteae *duae lineares ad basin calycis.* Calyx *quadripartitus: lacinia superior oblonga, reliquis latior, infima bidentata, omnes villosae.*

lyrata. 2. ELYTRARIA squamis floriferis ovatis scapi lanceolatis, foliis lyrato pinnatifidis laciniis terminalibus integerrimis.

Habitat in India *orientali.* 4

Folia *radicalia, petiolata, pollicaria vel parum ultra, glabra, laevia: laciniae obtusae, terminalis obovata.* Petioli *hirti.* Scapi *tripollicares. Reliqua ut in crenata.*

virgata. 3. ELYTRARIA squamis floriferis ovatis margine villosis scapi foliisque lanceolatis integerrimis glabris.

Anonymos caroliniensis; foliis radicalibus ovato-oblongis; scapo undique imbricato, squamis cuneiformibus; spica conferta bracteata, terminali. *Walt. fl. car.* 60.

Tubiflora caroliniensis. *Gmel. ed. Lin. syst.* 2. *p.* 1. *p.* 27.

Elytraria virgata; foliis superne integris; nervis subtus glabellis: scapis longissimis: capsula obtusiuscula. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 9. *tab.* 1.

Habitat in humidis Carolinae *inferioris. Bosc.* 2

Folia *subsessilia, plura, bipollicaria, acuta, utrinque glabra, vix oblique nervosa, avenia.* Scapus *pedalis et ultra; squamae alternae, subvaginantes, unguiculares, ovato-lanceolatae, attenuatae, glabrae, nitidae, apice patulae.* Spicae *vix pollicares, interdum solitariae, interdum quinque, pedunculatae; squamae acuminatae, margine membranaceae, villosae.* Flos *unicus sub singula squama.* Bracteae *ad basin calycis lineares.* Calyx *profunde quadripartitus: laciniae villosae, duae oppositae oblongae, latiores, inferior bidentata; duae interiores lineares, angustiores.* Corollae *laciniae crenatae.*

4. ELYTRARIA squamis floriferis lanceolatis tridentatis scapi subulatis, foliis lanceolatis integerrimis. **tridentata.**

Justicia imbricata; acaulis, foliis lanceolatis integerrimis, squamis floriferis tridentatis. *Ecl. amer.* 1. *p.* 1

Habitat in Brasilia, *Marcgrav*, *ad* St. Martham Americae *meridionalis*, *von Rohr.* 2

Radix *glabra, apice divisa.* Folia *plura, petiolata, sesquipollicaria, per petiolum parum decurrentia, glabra, subtus costa et nervis subvillosa.* Scapi *plures, spithamaei, interdum versus apicem divisi in ramos duos-tres; squamae adpressae, carinatae: carinae pallidae, margine nudae.* Spica *sesquipollicaris vel parum ultra, simplex, interdum rudimentum ramuli ad basin, similis scapo modo crassior; squamae glabrae, convexae, concavae, superne et inferne auctae margine membrana angusta, apice tridentatae: dens intermedius mucro rigidiusculus, lateralibus parum longior.* Flos *solitarius sub singula squama.* Bracteae *duae setaceae ad basin calycis.* Calyx *quadripartitus, longitudine fere squamae: laciniae lineares, margine parum membranaceae, aequales, apice subciliatae, duae oppositae*

parum latiores. Capsula *magnitudine calycis, ovata, acuta, glabra, parva.* Valvulae *patulae.* Dissepimentum *valvulis contrarium.* Semina *minuta,*

marginata. 5. ELYTRARIA squamis scapi floriferisque ovatis integerrimis margine membranaceo ciliatis, foliis cuneatis integerrimis.

Habitat ad Senegal, *in* Guinea. *Thonning.* 4

Facies *affinium.* Folia *radicalia, bi-tripollicaria, in petiolum attenuata, extrorsum dilatata, obtusiuscula, avenia, remote subnervosa, utrinque glabra, uti caput radicis.* Scapi *plures, digitales et ultra, glabri; squamae laeves, margine membranaceo arido ciliatae.* Calycis *laciniae, lineari-lanceolatae, dorso virides, glabrae, excepto apice, mucronatae, apicem versus ciliatae, aequales.* Petioli *et* scapi *basi interdum villosi.* Retinacula *seminum nulla.*

Habitus. Folia *radicalia.* Scapi *erecti, simplices, toti tecti squamis adpressis, imbricatis.* Spica *terminalis, plerumque solitaria, raro plures, scapo similes, modo parum crassiore.*

42. JUSTICIA. *Cal.* simplex vel duplex. *Cor.* irregularis vel subregularis. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis: dissepimentum valvis contrarium: retinaculis seminum uncinulatis.

* *Calyce duplici. Monantherae.*

fastuosa. 1. JUSTICIA thyrsis terminalibus, floribus secundis, foliis ellipticis. *Symb. bot.* 2. *p.* 13.

Justicia fastuosa; fruticosa, foliis ellipticis, thyrsis terminalibus. *Lin. Mant.* 172. *Symb. bot.* 1. *p.* 2. *t.* 1.

Habitat in India *orientali.* ♄

Distincta a J. Forskålei *foliis ellipticis, utrinque angustatis, apice emarginatis, plerumque glabris:* Racemo *composito, elongato, terminali: floribus secundis:* foliolis *floralibus subrotundis, mucronatis:* calycibus *exterioribus quadripartitis, flores binos includentibus.*

Folia *tri-quadripollicaria.* Racemus *spithamaeus, compositus, spicis oppositis, solitariis:* Spicae *pollicares.* Flores *oppositi vel alterni, basi*

foliolo subrotundo mucronato deciduo suffulti.
Bractea *minutissima ad basin calycis.*

2. JUSTICIA thyrsis axillaribus terminalibusque, foliis ovatis attenuatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 13. Forskâlei.

Justicia paniculata; paniculis axillaribus petiolo longioribus, foliis ovato-lanceolatis. *Forsk. descr. p.* 4.

Justicia Forskâlei; fruticosa, foliis ovatis acuminatis, thyrsis axillaribus terminalibusque, calycibus duplicatis unifloris. *Symb. bot.* 1. *p.* 2.

Habitat in Arabia *felici.* ♃

Rami *inferne obscure angulati, purpurascentes, glaberrimi: articulis tripollicaribus, quadrilineatis.* Folia *remota, patentissima, bipollicaria, integerrima; subtus margineque pilosa.* Petiolus *pilosus, semipollicaris.* Pedunculi *solitarii, oppositi, brevissimi, interdum simplices, saepius apice spicas tres subsessiles gerentes.* Spicae *erectae, pollicares.* Flores *conferti, imbricati: foliolum florale ad basin singuli calycis, ovatum, petiolatum, acutum, deciduum.* Bractea *solitaria, linearis; tres minutae ad basin calycis interioris, ut in praecedente. Reliqua ut in descr. celeb. Zoegae Lin. mant. p.* 174. *quae huc pertinet non vero ad praecedentem.*

3. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, bracteis lanceolatis glabris, ramis pubescentibus. *Symb. bot.* 2. *p.* 13. purpurea.

Justicia purpurea; foliis ovatis utrinque mucronatis integerrimis glabris, caule geniculato, spicis secundis. *Lin. spec. pl.* 23. *Osbeck. it.* 230.

Habitat in China *et* India *orientali.*

Caulis *herbaceus, radicans:* Rami *subangulati, villosi.* Folia *pollicaria, ovata, utrinque acuta, integerrima, vix pilosa, subtus pallidiora.* Petioli *folio triplo breviores.* Pedunculi *oppositi, longitudine petioli, apice diphylli; foliis spathulatis, acutis.* Calyx *exterior tubulosus, quadrifidus; laciniae subaequales, ovatae, mucronatae: interior brevior, quinquefidus, aridus, villosus; laciniae lineari-setaceae.* Corolla *purpurea: labium superius majus oblongum emarginatum: inferius trifidum; laciniis linearibus.*

Rumphii synonymum mihi dubium videtur, ideoque omisi.

aristata. 4. JUSTICIA floribus axillaribus verticillatis subsessilibus, calycibus exterioribus aristatis, foliis ovatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 2.

Habitat in Cap. b. spei.

Rami *lignosi, villosi, uti tota planta, superne angulati, linea excavata per latera articulorum decurrente.* Folia *petiolata, pollicaria, integerrima, acuta, subtus praesertim villosa.* Petiolus *brevis.* Flores *plures, utrinque octodecim, in pedunculis duobus-tribus brevissimis.* Bracteae *pedunculorum utrinque duae, laterales, ovales, basi angustatae, semiunguiculares: florales lineares.* Calyx *exterior quadripartitus; laciniae lineari-subulatae, in aristam desinentes, duabus exterioribus longioribus: interior quinque partitus, exteriori breviore; laciniae inaequales, subulatae.* Corolla *villosa: tubus longitudine calycis exterioris: labio superiore erecto, lanceolato, integro: inferiore trifido; laciniae oblongae.* Stamina *et* Stylus *longitudine corollae.*

verticillaris. 5. JUSTICIA floribus axillaribus verticillatis, calycibus exterioribus muticis, foliis ovatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 13.

Justicia verticillaris; villosa foliis ovatis integris, floribus axillaribus verticillatis sessilibus. *Lin. suppl.* 85. *Thunb. prodr. fl. cap.* 104.

Habitat in Cap. b. spei.

Calyx *exterior quadrifidus.*

chinensis. 6. JUSTICIA umbellis axillaribus subternis subquinquefloris, bracteis ovatis mucronatis basi coloratis unifloris.

Justicia chinensis; foliis ovatis, floribus lateralibus, pedunculis trifloris, bracteis ovalibus. *Lin. spec. pl.* 22. *Burm. ind.* 8. *t.* 4. *f.* 1. *Symb. bot.* 1. *p.* 4.

Justicia sexangularis. *Forsk. descr. p.* 5.

Habitat in China, India *orientali et* Arabia, *locis aquosis.*

Caulis *sexangulatus, inferne lignosus, glaber, articulatus: articulis geniculatis.* Folia *petiolata, bipollicaria, lanceolato-ovata, acuminata,*

mucronata, basi sensim in petiolum attenuata, integerrima, glabra. Pedunculi *plerumque terni, interdum solitarii, subunguiculares, villosi: pedicelli tres ad quinque, breves.* Bracteae *ad basin pedicellorum: florales exteriores acutae, cuspidatae, innocuae, nervo dorsali margineque ciliatae, altera minore, uniflorae.* Calyx *exterior tetraphyllus; foliolis lanceolatis: interior quinquepartitus; laciniae setaceae.* Capsulae *villosae.*

7. JUSTICIA umbellis axillaribus subgeminatis quadrifidis, bracteis subcuneatis aristatis biforis ciliatis, foliis oblongis. umbellata.

Habitat Galam Senegaliae. *Jussieu.*

Caulis *suffruticosus, an decumbens? hexagonus, glaber, pallide virens, angulis dilutioribus.* Folia *petiolata, distantia, patentissima, semipollicaria, utrinque acuta, integerrima, glabra, avenia, subtus vix nervosa.* Pedunculi *plerumque gemini utrinque, interdum unicus in altero axillo et gemini in opposito, angulati, semiunguiculares, petiolo breviores, apice bracteis duabus subulatis, uti pedunculi glabri; pedicelli quatuor, brevissimi.* Bracteae *duae, oblongae, basi attenuatae, oppositae, semiunguiculares, altera parum brevior et angustior, calyce parum longiores, biflorae.* Calyx *exterior interiori longior; laciniis subulatis, ciliatis, aristatis: interior laciniis angustioribus, hyalinis, ciliatis.*

8. JUSTICIA pedunculis axillaribus elongatis subtrifloris, bracteis lineari-lanceolatis. *Symb. bot.* 1. *p.* 3. triflora.

Justicia triflora; pedunculis axillaribus, foliis longioribus, apice trifloris. *Forsk. descr. p.* 4.

Habitat in Arabia.

Caulis *herbaceus:* Rami *villosi; articulis quadripollicaribus, quadrisulcatis.* Folia *petiolata, remota, pollicaria, ovata, integerrima, rarius versus basin obscure denticulata, pilosa.* Petiolus *folio duplo brevior.* Pedunculi *solitarii, interdum oppositi, folio duplo vel triplo longiores, pilosi, apice tri- vel quadriflori.* Involucrum *sub floribus e foliolis duobus, petiolatis, lineari-lanceolatis, obtusis, eisque bre-*

vioribus. Bracteae *calyce longiores, inaequales, obtusae.* Calyx *exterior pentaphyllus; foliolis linearibus, inaequalibus: interior laciniis subulatis.*

serpens. 9. JUSTICIA floribus axillaribus solitariis, caule repente. *Symb. bot. 2. p. 2.*

Habitat in insula Mauritii. *Commerson, Thouin.*

Caulis *herbaceus, filiformis, ramulus unus vel alter, glaber.* Folia *unguicularia, interdum minora, patentissima, oblonga, interdum subovata, obtusa, integerrima, venosa, glaberrima.* Petioli *longitudine foliorum.* Flores *sessiles, inferne alterni, superne oppositi, terminales subspicati.* Calyx *exterior semiunguicularis, quinquefidus; laciniae lineari-lanceolatae, suprema longior: interior brevis, quinquepartitus; laciniae subulatae.*

——— *Diantherae.*

sulcata. 10. JUSTICIA spicis terminalibus, floribus verticillatis, foliis ovato-cordatis. *Symb. bot. 2. p. 13.*

Dianthera sulcata; caule herbaceo sulcato, foliis cordato ovatis, anthera inferiore aristata. *Symb. bot. 1. p. 4.*

Habitat in Arabia *felici.*

Caulis *herbaceus, erectus, angulatus, sexsulcatus, pubescens: articulis duobus-tribus, pollicaribus.* Folia *sesquipollicaria, obtusa, vix crenata, secundum nervos scabriuscula, subvillosa, subtus pallidiora.* Petiolus *longitudine folii.* Spica *tripollicaris, sessilis.* Flores *utrinque tres, inferiores remotiores, superiores conferti.* Bracteae *duae sub singulo verticillo, lanceolatae, unguiculares, versus marginem villosae, longitudine floris: aliae duae sub singulo flore, lineares, villosae, breviores.* Calyx *exterior longitudine fere bractearum, quadripartitus; laciniis linearibus: interior exteriori dimidio brevior, quinquefidus; laciniis lanceolatis, ciliatis.* Corolla *extus villosa, alba, venis purpureis picta: labium inferius trilobum; lobis oblongis, obtusis, aequalibus.* Antherae *purpureae, inferiores aristatae; arista alba.*

11. JUSTICIA paniculis axillaribus dichotomis. **bicalyculata.**
Symb. bot. 2. *p.* 43.
Dianthera bicalyculata; floribus paniculatis bicalyculatis, paniculis dichotomis. *Retz. in act. holm.* 1775. *p.* 297. *t.* 9. *Symb. bot.* 3. *p.* 6.
Dianthera paniculata; paniculis axillaribus trichotomis. *Forsk. descr. p.* 7[illegible].
Dianthera malabarica; floribus paniculatis, pedicellis bi-s trifidis, floribus bicalyculatis, lacinia dorsali majore. *Lin. suppl.* 8[illegible].
Justicia ligulata; foliis ovatis petiolatis, floribus paniculatis bicalyculatis, ligula dorsali longiuscula. *Lamarck illustr.* 1. *p.* 40. *t.* 12. *f.* 2.
Justicia ligulata; foliis ovatis acutis: floribus paniculatis bicalyculatis, lacinia dorsali majore. *Cavan. icon.* 1. *p.* 52. *t.* 71.
Habitat in graminosis Malabariae *et* Arabiae *felicis.* ⊙
Caulis *erectus, sexangularis; anguli pilis adspersi:* Rami *axillares.* Folia *petiolata, sesquipollicaria, ovata, attenuata, acuta, integerrima, ope lentis rare pilosa.* Pedunculi *ramiformes: partiales oppositi, triflori, filiformes.* Bracteae *ovatae, cuspidatae, semiunguiculares, ad basin pedunculorum partialium.* Calycis *exterioris foliola subulata, unicum latius et longius, reliqua in setam attenuata: interior profunde quinquefidus.*

12. JUSTICIA floribus verticillato aggregatis, foliis lanceolatis. *Thunb. in act. soc. Lin.* 2. *p.* 338. † **lanceol.**
Habitat in Japonia. ⊙
Caulis *erectus, tetragonus, uti tota planta tenuissime pubescens, subpedalis, ramosus.* Folia *petiolata, inferiora ovato-oblonga, superiora lanceolata, acutiuscula, integerrima, pollicaria et ultra.* Flores *subsessiles, plures.* Bracteae *et calyces apice piliferae.* Thunb. *l. c.*
An hujus sectionis?

13. JUSTICIA umbellis axillaribus solitariis, bracteis oblongis ciliatis. **crinita.**
Dianthera japonica; pedunculo axillari solitario subquadrifloro, bracteis oblongis ciliatis. *Thunb. fl. jap.* 21. *t.* 4.

Justicia crinita. *Thunb. in act. soc. lin. 2. p.* 338.
Habitat in Japonia. *Ex herbario Royenii.* ⊙
Caulis *erectus*, *hexagonus*, *pedalis*, *tenuissime villosus.* Folia *petiolata*, *pollicaria et ultra*, *oblonga*, *acuta*, *basi attenuata*, *glabra.* Pedunculi *ex axillis alternis*, *solitarii: pedicelli bi-tri-quadriflori.* Bracteae *duae subulatae ad basin pedicellorum*, *duae oblongae ad basin calycis*, *unguiculares*, *altera parum minore*, *concavae*, *uni-bi-triflorae.* Calyx *exterior tetraphyllus: foliolis subulatis.* Corolla *purpurea*, *bracteis longior.*

resupinata. 14. JUSTICIA floribus axillaribus subsessilibus pedunculatisque subverticillatis, bracteis bivalvibus subcordatis, foliis ovatis.
Justicia sexangularis, caule sexangulari: foliis ovato-acutis: calycum exteriore majore, diphyllo. *Cavan. Ic. 3. p. 2. t.* 203.
Habitat in nova Hispania. ♄ ⊙
Caulis *erectus*, *sexangularis*, *sesquipedalis*, *ramosus:* Rami *structura caulis*, *patentes*, *remoti*, *oculo armato angulis rare pilosis.* Folia *pollicaria*, *obtusiuscula*, *glabra*, *integerrima*, *subtus simpliciter venosa.* Petiolus *folio triplo brevior.* Flores *axillares*, *cum florere incipit planta solitarii in pedunculo brevissimo*, *dein terni in pedunculis longioribus*, *solitariis vel ternis ex singula axilla*; *pedicellis sexangulatis*, *intermedius reliquis longior*, *apice incrassatus*, *lateralibus utrinque bractea setacea.* Bracteae *duae subcordatae: obtusae*, *vix semiunguiculares*, *basi conniventes*, *superne patentiores*, *glabrae*, *interdum biflorae*, *flos alter abortiens.* Calyx *duplex*, *parvus: laciniae lineares*, *subaequales.* Corolla *interdum semisupina*, *saepe resupinata: Tubus tortus*, *albidus*, *extus oculo armato pubescens: labia purpureo-violacea*; *inferius (superius) oblongo-subrotundum integerrimum*; *superius (inferius) angustius*, *longitudine inferioris*, *versus faucem albidum purpureo-punctatum*, *tridentatum*, *dente intermedio breviore.* Filamenta *labio inferiore incumbentia eoque breviora*, *superne purpurea*, *anthera unica supra alteram.* Stylus *longitudine labii.* Stigmata *duo.* ✲

** *Calyce simplici, corollis labiatis: labiis indivisis.*

15. JUSTICIA umbellis axillaribus trifloris, bracteis cuneiformibus, foliis ovatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 13. **sexangularis.**

Justicia annua, hexangulari caule, foliis Circaeae conjugatis, flore miniato. *Lin. Hort. Cliff.* 10.

Justicia sexangularis; foliis ovatis integerrimis, bracteis cuneiformibus, ramis sexangularibus. *Lin. Syst. veg.* 63.

Habitat in Vera Cruce, Jamaica. ☉

Anguli *caulis pilosi.* Folia *mucronata.* Pedunculi *triflori, apice involucro diphyllo setaceo.* Bracteae *calyces tegentes, mucronatae.* Calyx *bracteis brevior.*

16. JUSTICIA umbellis axillaribus subquinquefloris, bracteis lanceolatis cuspidatis, foliis ovatis. ♱ **ocymoides.**

Justicia ocymoides; caule angulato, foliis ovatis petiolatis, pedunculis multifloris brevissimis bracteis parvis spinulosis. *Lamarck illust.* t. 39. *Dict. bot.* 1. *p.* 630.

Adhatoda jalapaefolia. *Buchoz ic. color.*

Habitat in America.

Caulis *herbaceus, pedalis, ramosus, glaber, inferne tetragonus, superne sexangularis.* Folia *petiolata.* Pedunculi *tri-quinqueflori, brevissimi.* Bracteae *uti calyces, villosae.* Lamarck. *l. c.*

An hujus divisionis?

17. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque recurvatis, foliis lanceolato-ovatis hirsutis sessilibus. *Symb. bot.* 2. *p.* 3. **scorpioides.**

Justicia foliis oblongo-ovatis hirsutis sessilibus, floribus spicatis alaribus, caule fruticoso. *Mill. Dict.*

Justicia scorpioides; fruticosa, foliis lanceolato-ovatis hirsutis sessilibus, spicis recurvatis. *Lin. Syst. veg.* 62. *Reliquiae Houst. t.* 1.

Habitat in America *meridionali.* ♄

Rami *teretes, cortice cinereo, superne villosi.* Folia *subtus pilosa.* Spicae *erectae, apice recurvatae.* Flores *secundi.* Bracteae *minutae,*

Calyx *parvus.* Corolla *glabra; labiis integris.* Capsula *ut in J. bivalvi.*

assurgens. 18. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque ramosis, floribus alternis, bracteis linearibus. *Symb. bot.* 2. *p.* 13.

Flori cardinalis sive Rapuntio affinis anomala, caule quadrato, flore coccineo, capsula pyramidata. *Sloan cat.* 59. *hist.* 139.

Justicia herbacea assurgens, ad alas alternas nodos et summitates florida. *Brown jam.* 110. *t.* 2. *f.* 1.

Justicia assurgens foliis ovatis integerrimis, bracteis subulatis, ramis hexagonis. *Lin. am.* 5. *p.* 391.

Habitat in Jamaica *et insula* St. Crucis.

Rami *superne sexangulati, angulis glabris.* Folia *pollicaria ovata, integerrima, acuta, glabra, ramorum floriferorum lanceolata, mucronata.* Petioli *folio duplo breviores.* Pedunculi *tetragoni, articulati, articuli superne parum latiores.* Bractea *setacea utrinque sub ramificationibus.* Flores *remoti, saepe gemini. Bracteae tres ad basin singuli, unica reliquis parum longior et latior.* Calycis *laciniae membranaceae, lanceolatae.* Corolla *ope lentis villosa.*

*** *Calyce simplici, corollis bilabiatis; labiis divisis. Monantherae.*

hispida. 19. JUSTICIA corymbis terminalibus, bracteis lineari-subulatis ciliatis, foliis oblongo-lanceolatis, ramis hispido-pubescentibus. ☥

Justicia hispida; pedunculis terminalibus multifloris, calycinis foliolis et bracteis lineari-subulatis ciliatis, foliis oblongo-lanceolatis, ramis hispido pubescentibus. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 84.

Habitat ad Sierram Leonam. ♄

Rami *subteretes, juniores pubesentes.* Folia *subsessilia, acuta, integerrima, superne nitida, costa media hispido-pubescente.* Corymbus *brevis.* Calycis *foliola lineari-subulata longissima, longitudine dimidii tubi, ciliata.* Corolla *alba fere ut in J. Ecbolio.* Wild. *l. c.*

20. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque strobilifera.
imbricatis, bracteis ovatis conduplicatis nervosis glaberrimis, foliis elliptico-lanceolatis.
Justicia strobilifera; fruticosa, foliis ovato-lanceolatis, spicis terminalibus strobiliformibus, bracteis nudis complicatis. *Lamarck illustr.* 1. *p.* 36.
Habitat in Madagascar. *Ex herbario Lamarckii.* ♄
Glabra. Rami *teretes*, *stricti*, *crassitie pennae anserinae.* Folia *petiolata*, *quinquepollicaria*, *utrinque acuta*, *avenia*, *remote arcuatim nervosa.* Spicae *ex alis supremis et apice*, *pedunculatae*, *bipollicares.* Bracteae *ovato-lanceolatae*, *acutae*, *semipollicares.* Corolla *Just. Ecbolii.*

21. JUSTICIA spicis terminalibus imbricatis, bracteis oblongis acutis, galea lineari reflexa, foliis subcordato-ovatis. syringaefolia.
Habitat in Madagascar. *Ex herbario Thouinii.* ♄
Rami *teretes*, *glabri.* Folia *petiolata*, *bipollicaria*, *attenuata*, *integerrima*, *venosa*, *glabra.* Spica *sesquipollicaris.* Bracteae *margine villosae.* Corolla *coerulea J. Ecbolii*, *extus pubescens.*
Valde affinis J. Ecbolio, *diversa foliis basi non attenuatis nec apice acuminatis*, *bracteis acutis minime acuminatis.*

22. JUSTICIA spicis terminalibus tetragonis imbricatis, bracteis ovalibus foliisque oblongo-ovatis acuminatis, galea lineari. *Symb. bot.* 2. *p.* 14. Ecbolium.
Carim-curini. *Rheed. mal.* 2. *p.* 31. *t.* 10. *Plukn. alm.* 126. *t.* 171. *f.* 4.
β. Ahatoda spica longissima, flore reflexo. *Burm. Zeyl.* 7. *t.* 4. *f.* 1.
Justicia viridis; foliis oblongis integris, spicis terminalibus imbricatis, bracteis ovatis acutis, galea lineari reflexa bidentata. *Forsk. descr.* 5.
Habitat in India *orientali*, Arabia. ♄
Rami *teretes*, *vix villosi*; *articulis supremis compressis*, *apice dilatatis.* Folia *petiolata*, *bipollicaria*, *integerrima*, *basi per petiolum parum decurrentia*, *glabra.* Petiolus *brevissimus.* Bracteae *semipollicares*, *basi attenuatae*, *apice obtusissimae cum acumine*, *subciliatae*, *deci-*

duae, aliae duae ad basin calycis subulatae, calyce breviores. Flores *oppositi, solitarii.* Calyx *quinquepartitus: laciniis lineari-subulatis.* Corollae *tubus filiformis, bracteis duplo vel triplo longior: Limbus coerulescens; labio superiore angustissimo, refracto, bifido; inferiore trifido, plano, segmentis oblongis, intermedio majore.*

β. *differt: foliis lanceolato-oblongis acutis nec acuminatis, basi in petiolum brevissimum attenuatis, bracteis oblongis, apice acutioribus mucronatis.*

ligustrina. 23. JUSTICIA spicis terminalibus imbricatis, bracteis ciliatis foliisque lanceolatis pubescentibus, galea reflexa lineari.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *inferne teretes, glabri, superne compresso-tetragoni, pubescentes.* Folia *brevissime petiolata, pollicaria vel ultra, utrinque acuta, vix nervosa, supra avenia, utrinque pubescentia, supra aetate glabriora, tactu mollia.* Spicae *pedunculatae, pollicares.* Bracteae *semipollicares, lanceolatae, utrinque acutae, mucronatae.* Corolla *pubescens: Tubus longitudine bracteārum, albidus: Limbus purpurascens.*

laetevirens. 24. JUSTICIA spicis terminalibus oblongis imbricatis, bracteis foliisque lanceolatis attenuatis glabris.

Habitat in India *orientali.* ♃

Pallide virens. Rami *teretes, striati, glabri.* Folia *tri-quadripollicaria, utrinque attenuata, basi in petiolum, simpliciter venosa, utrinque glabra, subtus pallidiora.* Spica *sesquipollicaris.* Bracteae *margine nudae.* Corolla *extus pilosa, J. Echolii.*

Haec, uti antecedens valde affinis J. Echolio, differunt vero in nonnullis, ut patet e descriptionibus. An modo varietates?

tetragona. 25. JUSTICIA spicis terminalibus tetragonis, bracteis ovatis quadrifariam imbricatis carinatis, foliisque crenatis glabris. *Symb. bot.* 3. *p.* 5.

Habitat Cajennae. *v. Rohr.* ♄

Rami *teretiusculi, glabri.* Folia *petiolata, subspithamea, basi valde attenuata, per petiolum*

decurrentia, nervosa, obsolete venosa, apice parum attenuata, costa venisque majoribus parum villosa, coeterum utrinque glabra. Spica *solitaria, sessilis, tripollicaris, tetragona, deflorata crassitie pennae anserinae.* Bracteae *exteriores semiunguiculares, arcte imbricatae, fuscae, extus subconvexae, acutae, intus concavae, margine villis minutis subciliatae, duae aliae ad basin calycis, exteriori longiores, lanceolatae, extus villis densissimis niveo tomentosae, intus cavae, glabrae, pallidae, apice uti calyces ferrugineae.* Rachis *inter flores villis densissimis niveis tecta.* Calyx *pentaphyllus: foliolis lanceolatis, bractea longioribus, striatis, glaberrimis, intimis duobus angustioribus.* Corollae *labium superius bifidum; laciniis lateribus; inferius indivisum, lanceolatum.* Antherae *parallelae.*

Ita similis J. pulcherrimae Jacquini, ut dubius haereo, num specie differat nec ne. Discrepat foliis subtus tactu non mollibus: spicis terminalibus solitariis, nec axillaribus binis vel quaternis: bracteis ovatis non vero subrotundo-cordatis: antheris parvis glabris, minime vero maximis dorso villosis. A Linnaei J. pulcherrima recedit: ramis glabris, foliis minime subtus hirsutie molli canis, nec integerrimis ut in illa.

26. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, pulcherrima. tetragonis, bracteis ovatis imbricatis ciliatis, foliis subtus villosis. †

Justicia putata; spicis terminalibus pluribus; flore rubro. *Loefl. it.* 244.

Justicia pulcherrima; floribus tetrandris. *Jacqu. am.* 6. *t.* 2. *f.* 4. *Collect.* 3. *p.* 252. *Ic. rari t.* 204.

Justicia pulcherrima; foliis ovatis utrinque acuminatis petiolatis, spicis terminalibus tetragonis erectis, bracteis ovatis. *Lin. Suppl.* 84?

Habitat in America *calidiore.* ♄

Frutex *sexpedalis, vix ramosus.* Folia *breviter petiolata, octopollicaria, oblonga, utrinque attenuata, supra glabriuscula.* Spicae *tripollicares, tetragonae, axillares oppositae, terminales plerumque binae vel quatuor.* Flores *bipollicares.* Corollae *labium superius erectum,*

semibifidum; laciniis lanceolatis, acuminatis, concavis: inferius trifidum; lacinia media lanceolata, acuminata, maxima reflexa; lateralibus acutis, minimis, planis. Jacqu. l. c.

Caulis *punctatus.* Stamina *omnino quatuor secundum Richardum, an igitur forte a Linnaei diversa? praesertim cum folia in Linnaei interrima.*

scabra. 27. JUSTICIA spicis terminalibus sessilibus bifariam imbricatis, bracteis oblongis villosis incanis, foliis oblongo-ovatis scabris.

Habitat in America *meridionali.* ♄

Rami *superne obscure tetragoni, pubescentes, inferne glabri, cortice cinereo.* Folia *petiolata, tripollicaria, attenuata, utrinque acuta, obsolete venosa, supra e punctis elevatis oculo armato videndis scabra, subtus in venis subvillosa, extrorsum interdum obscure repanda.* Spica *tripollicaris.* Flores *conferti, alterni.* Bracteae *acutae; unica praeterea lineari lanceolata ad basin calycis ejusque structurae.* Calyx *quinquepartitus: laciniae linear-lanceolatae.* Stamina *quatuor.*

Quam maxime affinis Justiciae pulcherrimae.

sericea. 28. JUSTICIA spicis terminalibus paucifloris, foliis lanceolatis sericeis margine revolutis. †

Justicia sericea: foliis lanceolatis sericeis, marginibus revolutis, pedunculis axillaribus solitariis. *Fl. per.* 1. *p.* 9. *t.* 9. *f. b.*

Habitat in aridis et ad agrorum margines Tarmae. ♄

Sericea. Caulis *fruticosus, quadripedalis, teres, ramosissimus, erectus.* Folia *subsessilia. subtus venosissima, saepe latescentia: floralia oblongo-ovata.* Bracteae *duae, falcatae, ad basin calycis.* Calyx *quinquepartitus: laciniae lanceolatae.* Corolla *magna, coccinea, extus hirsuta; faux rugosa: labium superius erectum, emarginatum: inferius trifidum; laciniis obtusis. Fl. per. l. c.*

Inflorescentia potius spica dicenda, cum folium ad basin calycis est bractea exterior foliacea, quod frequens in variis congeneribus.

29. JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis foliisque ellipticis, corollarum galea lanceolata recta, stigmate capitato. ☩ spicata.

Justicia spicata; foliis lanceolato-oblongis, spicis oblongo-ovatis, bracteis inflexis. *Fl. peruv.* 1. *p.* 8. *t.* 9. *f. a.*

Habitat in Pozuzo *nemoribus.* ♃

Caulis *herbaceus*, *orgyalis*, *erectus*, *inferne parum divisus*, *teres.* Folia *petiolata*, *patentia*, *integerrima.* Spica *terminalis.* Bracteae *acutae*, *solitariae.* Calyx *quinquepartitus*, *brevissimus.* Corolla *punicea: Labium inferius tripartitum; laciniis deflexis: superius erectum, emarginatum.* Stylus *longitudine staminum.* *Valde affinis J. Coccineae.*

30. JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis foliisque ellipticis, corollarum galea lanceolata, apice reflexa, stigmate bilamellato. *Symb. bot.* 3. *p.* 6. coccinea.

Justicia coccinea; floribus amplis spicatis; foliis ovato-oblongis acutis. *Aubl. fl. Guian* 10. *t.* 2.

Justicia coccinea; fruticosa, corollis bilabiatis; labio superiori indiviso, foliis bracteisque spicarum ellipticis acuminatis, antheris parallelis. *Smith ic. pictae* 8. *Curt. mag. v.* 11. *t.* 432.

Habitat Cajennae. ♄

Rami *glabri.* Folia *semipedalia*, *integerrima*, *glabra*, *venosa.* Spica *terminalis*, *palmaris.* Bracteae *in mucronem attenuatae.* Calycis *foliola lineari-lanceolata.*

31. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque tetragonis, bracteis ovatis hirsutis imbricatis, foliis dentatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 3. hirsuta.

Justicia brunelloides; procumbens, foliis lanceolatis subserratis, spicis densis villosis terminalibus, bracteis lanceolatis ovatis calyce majoribus. *Lamarck illustr.* 1. *p.* 40.

Habitat in Java. *Commerson*, *Thouin.*

Caulis *herbaceus:* Rami *obscure tetragoni*, *pubescentes; articulis tripollicaribus.* Folia *pollicaria*, *remota*, *basi in petiolum brevem desinentia*, *oblonga*, *obtuse et remote dentata*, *utrinque adspersa pilis minutis adpressis; subtus albidiora.* Spicae *pedunculatae*, *axillares*, *alternae vel oppositae*, *pollicares.* Pedun-

culi *folio longiores, saepe diphylli: foliolis lanceolatis cum rudimento floris in axillis.* Bracteae *infimae ovato-lanceolatae, utrinque denticulis tribus vel quatuor, reliquae ovatae, integerrimae, ad marginem praesertim hirsutae.* Flores *oppositi, basi bibracteati; bracteis setaceis.* Calycis *laciniae lineari-lanceolatae, hirsutae.*

origanoides. 32. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque imbricatis cauleque erecto lanuginosis, bracteis foliisque ovalibus integerrimis nervosis.

Habitat — — —

Caulis *herbaceus, superne praesertim lanuginosus, apice bifidus.* Folia *petiolata, pollicaria et parum ultra, supra pilis rarioribus, subtus pallidiora et pilosiora.* Spicae *pedunculatae, oblongae, breves.* Bracteae *ut in affinibus, flore longiores.* Corolla *parva.* Antherae *didymae.*

canescens. 33. JUSTICIA spicis terminalibus imbricatis lanuginosis, bracteis subrotundis, foliis ovalibus laevibus, caule repente.

Justicia canescens; villoso-tomentosa, foliis ovatis, spicis axillaribus pedunculatis, caulibus decumbentibus. *Lamarck illustr.* 1. *p.* 41.

Habitat Galam Senegaliae. *Ex herbario Jussiaei.*

Caules *herbacei, plures, diffusi, villoso incani, spithamaei et ultra, tenues, simplices.* Folia *petiolata, unguicularia, utrinque villosa, parum acuminata, minime nervosa ac supra linea-ta, uti nummularifoliae, obtusissima.* Petioli *brevissimi.* Spicae *terminales ramorum et caulis, pollicares, incanae, cylindricae, obtusae.* Calyx *et stamina ut in sequente.*

Corollae labium superius truncatum, inferius trilobum. Richard.

nummularifolia. 34. JUSTICIA villosa, spicis axillaribus imbricatis, bracteis rhombeo-ovatis, foliis subcordatis lineatis, caule procumbente.

Habitat in Puerto rico. *West.*

Caules *plures, ramosi, filiformes, teretes, pedales.* Folia *breviter petiolata, suprema subsessilia, infima interdum pollicaria, plerumque unguicularia, frequentia, obtusa, integerrima, supra lineata, avenia.* Spicae *axillares et ter-*

minales ramorum, breviter pedunculatae, terctes, crassitie pennae anserinae, bi-quadripollicares, lanuginosae, canescentes. Bracteae *folio triplo vel quadruplo breviores, acutae.* Flores *solitarii in alis bractearum.* Calycis *laciniae duae oblongae, duae interiores lineares.* Antherae *didymae, parallelae.* Stylus *indivisus.* Capsulae *minutae, ovatae; loculis dispermis.*

35. JUSTICIA spicis axillaribus oppositis utrinque geminis, bracteis linearibus elongatis, seminibus globosis nitidis. sphaerosperma.

Habitat in Caribaeis.

Caulis *herbaceus*: Rami *teretes.* Folia *brevissime petiolata, bipollicaria, ovata, acuta, integerrima, glabra.* Spicae *ex axillis supremis, brevissime pedunculatae, bipollicares, erectae.* Flores *infimi oppositi, reliqui alterni.* Bracteae *erecto-patulae, tres ad singulum florem, persitentes, semipollicares, angustae.* Calyx *quinquepartitus: laciniae subulatae, bracteis dimidio breviores.* Capsulae *pubescentes, longitudine bractearum.*

36. JUSTICIA spicis axillaribus oppositis secundis adscendentibus, foliis linearibus hirtis. *Symb. bot. 2, p. 14.* echioides.

Peetumba *Rheed. mal. 9. p. 87. t. 46.*

Euphrasia affinis indica echioides. *Herm. Lugdb. 668. t. 669.*

Adhatoda malabarica echioides. *Act. Lond. n. 271. p. 825. fide specim. herb. Vaillant. a Petiverio missa.*

Justicia echioides; foliis lanceolato-linearibus obtusis sessilibus, racemis adscendenti secundis, bracteis setaceis. *Lin. flor. zeyl. 21. syst. veg. 63.*

Habitat in India *orientali.*

Caulis *herbaceus, angulatus, hirtus.* Folia *sessilia, bipollicaria, lato linearia, integerrima, utrinque rotundata, simpliciter venosa, subtus pallidiora.* Spicae *folia aequantes, patentissimae.* Flores *subsessiles, erecti.* Calycis *laciniae setaceae.*

quadrifida. 37. JUSTICIA floribus axillaribus solitariis sessilibus, terminalibus spicatis secundis, foliis lanceolatis.

Justicia coccinea; foliis lineari-lanceolatis; floribus subsolitariis, sessilibus tubuloso-quadrifidis. *Cavan. ic. 2. p. 77. t. 199.*

Habitat in nova Hispania. ♄

Caulis *fruticosus, erectus, ad articulos subcompressus, linea utrinque decurrente e villis brevissimis, ramosus:* Rami *alterni.* Folia *sesquipollicaria, basi rotundata, extrorsum versus sensim attenuata, acuta, glabra, subtus subvenosa.* Flores *in spica terminali, remoti, solitarii, sex-septem; foliolum lineare deciduum ad basin calycum inferiorum.* Pedunculus *parum recurvatus.* Calyx *glaber, quinquepartitus.* Corolla *fere sesquipollicaris, coccinea, tubulosa: labia singula profunde bifida; laciniae lineares.* Antherae *basi bifidae.* ☆

longifolia. 38. JUSTICIA spicis axillaribus geminis oppositis secundis, foliis lanceolatis elongatis. *Symb. bot. 2. p. 4.*

Habitat in insula Mahé. *Commerson, Thouin.*

Caulis *herbaceus, glaber.* Folia *petiolata, trivel quadripollicaria, vix pollicem lata, attenuata, obtusa, integerrima, glabra.* Petiolus *pollicaris, filiformis.* Spicae *petiolo duplo longiores.* Flores *alterni.* Bracteae *binae ad basin calycis; altera minore, altera longitudine calycis, florem tegente, lanceolatae, acuminatae.* Calycis *laciniae setaceae.* Corolla *parva, calyce duplo longior.*

latifolia. 39. JUSTICIA spicis terminalibus subramosis, floribus inferioribus verticillatis, foliis ovatis, acuminatis. *Symb. bot. 2. p. 4.*

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *teretes, glabri.* Folia *brevissime petiolata, tripollicaria, late-ovata, glabra, integerrima.* Pedunculus *erectus, saepe pedalis, inferne rami duo oppositi, spithamaei, simplices.* Flores *inferne utrinque duo-tres, superne solitarii: inferiores remotiores.* Bracteae *duae, subulatae, calyce breviores.* Calycis *laciniae quinque, setaceae, vix villosae.* Corollae *tubus an-*

gustus, calyce triplo longior. Capsulae *pilosiusculae.*

Accedit ad Katu-Karivi. Rheed. mal. 9. p. 83. t. 44. differre tantum videtur quod flores in mea minores.

40. JUSTICIA spicis terminalibus distichis, bracteis setaceis, foliis lanceolato-linearibus, caule fruticoso. ☩ nigricans.

Justicia *nigricans*; fruticosa, foliis lanceolato-linearibus obtusis nigricantibus. *Lour. fl. Cochinch. p. 24.*

Habitat in Cochinchina. ♄

Frutex *sexpedalis.* Folia *subsessilia, integerrima, crassa, uti rami nigro-lineata.* Flores *albi, rubro-variegati.* Corollae *labium superius integrum, erectum: inferius trifidum, reflexum. Lour. l. c.*

41. JUSTICIA spicis terminalibus racemosis pubescentibus, floribus solitariis, labio superiore integro, foliis lanceolatis attenuatis. ☩ tenuiflora.

Justicia tenuiflora; foliis lanceolatis, panicula terminali brachiata dichotomaque, floribus sessilibus. *Fl. per. 1. p. 9. t. 12. f. a.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♃

Caulis *bipedalis, erectus, ramosus, superne tetragonus.* Folia *lato-lanceolata, integerrima, venosa, supra nitida.* Pedunculi *partiales racemosi, glanduloso villosi, remoti, inferiores oppositi, superiores alterni.* Flores *distantes, alterni (secundum figuram l. c. secundi).* Bracteae *tres ad basin calycis, uti ejus laciniae subulatae.* Corolla *punicea: labium inferius trifidum: superius oblongum.* Antherae *didymae. Fl. per. l. c,*

42. JUSTICIA spicis terminalibus racemosis pubescentibus, floribus oppositis, labio superiore indiviso, foliis ovatis subdentatis. ☩ lineolata.

Justicia lineolata; foliis ovatis acutis, lineolis pellucidis, pedunculis terminalibus paniculatis, floribus spicatis. *Fl. per. 1. p. 9. t. 13. f. a.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♃

Caulis *bipedalis, erectus, vix divisus, inferne teres, superne tetragonus, quadrisulcatus, glaber.* Folia *petiolata, attenuata, saepe ob-*

solete remote dentata, lineolis pellucidis aspera. Pedunculi *terminales, solitarii vel gemini, leviter pubescentes: partiales oppositi.* Flores *oppositi, solitarii.* Bracteae *sub calyce tres, subulatae.* Calycis *laciniae quinque, subulatae.* Corolla *purpureo-coerulea: labium superius integrum: inferius trifidum, subtus concavum.* Antherae *didymae.* Fl. per. *l. c.*

variegata. 43. JUSTICIA spicis terminalibus; calycibus subverticillatis hirtis, foliis ellipticis subsessilibus. †

Justicia variegata; foliis ovatis, floribus spicatis. *Aubl. fl. Guian.* 12. *t.* 4.

Habitat in sylvis Guianae. ♄

Frutex *quinquepedalis:* Rami *teretes.* Folia *tripollicaria, acuminata, basi attenuata, glabra, integerrima.* Spica *basi ramosa.* Flores *utrinque gemini.* Pedunculi *hirti.* Corolla *alba: labium superius bifidum: inferius trifidum; laciniis lateralibus coeruleis, intermedia crocea, punctis violaceis adspersa.* Stigma *bilamellatum.* Aubl. *l. c.*

lapathifolia. 44. JUSTICIA racemis terminalibus compositis glabris, floribus solitariis, labio superiore bifido, foliis elliptico lanceolatis.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *superne obscure tetragoni, glabri.* Folia *patentissima, quadri-quinquepollicaria, basi acuta, apice saepe acuta, integerrima vel extrorsum obscure repanda, avenia, remote obsolete alternatim nervosa, laevia, glabra.* Petiolus *e folio parum decurrente superne marginatus, pollicaris.* Pedunculus *terminalis, erectus, obscure angulatus, superne subcanescens; partiales oppositi, patentes.* Flores *brevissime pedicellati, remoti.* Bracteis *sub ramificationibus et sub pedunculis partialibus subulatis unguicularibus, sub calycibus ternis, calyce brevioribus, glabris.* Calyx *quinquepartitus: laciniis lineari-lanceolatis, glabris.* Corollae *tubus sesquipollicaris, basi parum latior, linearis: limbi laciniae tres, inferiores oblongae, superiores duo, parum angustiores.* Antherae *didymae, basi divergentes.* Stigma *stylo parum latius, leviter bifidum.*

Accedit habitu ad J. nasutam, diversa modo florendi, antheris, corollisque majoribus extus glaberrimis.

45. JUSTICIA racemis terminalibus subramosis, calycibus subverticillatis glabris, foliis lanceolato-ellipticis utrinque attenuatis petiolatis. nitida.
Symb. bot. 2. p. 5.
Teucroides siliculosum, foliis laurinis, floribus galeatis et labiatis. *Sloan cat. 64. hist. 1. p. 37. t. 10. f. 2.*
Justicia nitida; dianthera; foliis lanceolato-acuminatis; floribus subspicatis; bracteis setaceis, caule nitido. *Jacqu. amer. 5.*
Justicia brachiata; fruticosa, glaberrima, foliis ampliusculis, ovato-lanceolatis, acute acuminatis: panicula e racemis brachiata: labio inferiore trifido. *Act. soc. h. n. par. 1. p. 105. fide herb. Richardi.*
Habitat in Caribaeis. ♄
Tota glaberrima. Rami *obsolete tetragoni, cinerascentes, apice alternatim compressi.* Folia *saepe spithamaea, integerrima, venosa.* Pedunculus *terminalis, compressus, spithamaeus, basi saepe rami duo oppositi, patentes: pedicelli utrinque tres vel quinque aggregati, filiformes.* Bracteae *minutae, subulatae.* Corolla *unguicularis: labio superiore bifido; laciniis lanceolatis: inferius trifidum.* Stamina *sterilia in fundo tubi* Jacquinio *visa non observavi.*

46. JUSTICIA racemis terminalibus, pedunculis dichotomis, corollis ventricosis, staminibus longissimis, foliis oblongo-ovatis subrepandis. staminea. ☥
Justicia longistaminea; foliis sessilibus oblongis utrinque acutis subrepandis, pedunculis dichotomis. *Fl. per. 1. p. 8. t. 10. f. a.*
Habitat in Pillao *nemoribus.* 2
Caulis *erectus, teres, inferne parum divisus:* Rami *teneri pubescentes.* Folia *tripalmaria, subsessilia, patentia, plana, attenuata, utrinque acuta, supra nitida, subtus venosa, venis pubescentibus.* Racemi *pubescentes: pedunculi partiales oppositi, gemini, bis vel ter divisi, superiores simpliciores.* Bracteae *sub pedunculis et pedicellis, subulatae.* Flores *purpurei.*

Calyx *quinquepartitus, glaber: laciniae subulatae, inaequales.* Coroilae *tubus basi globosus, medio coarctatus, superne ventricosus, glaber: labium superius lineari-lanceolatum, integerrimum: inferius brevius, trifidum; lacinia intermedia breviore et angustiore.* Stamina *corolla duplo longiora.* Stylus *longitudine staminum.* Fl. per. *l. c.*

bracteolata. 47. JUSTICIA racemis terminalibus compositis, racemulis subtrifloris, bracteis lanceolatis, foliis ellipticis, caule tetragono scabro. †

Justicia bracteolata. *Jacqu. coll.* 3. *p.* 253. *Ic. rar.* 2. *t.* 205.

Habitat ad Caracas *in* America. ♄

Frutex *altitudine hominis.* Rami *glabri, tetragoni, angulis scabris.* Folia *petiolata, semipedalia, elliptico-lanceolata, utrinque acuta, integerrima vel leviter repanda, glabra.* Racemi *erecti, quadripollicares: pedunculi partiales tri-quadriflori, sparsi.* Bracteae *ad basin pedunculorum parvae.* Calyx *quinquepartitus.* Corollae *labium superius oblongum, semireflexum, bifidum: inferius tripartitum; laciniis linearibus.* Antherae *parallelae, ad latera hirsutae.* Jacqu. *l. c.*

Multam similitudinem cum J. secunda habet.

picta. 48. JUSTICIA racemis axillaribus terminalibusque, floribus verticillatis, foliis ellipticis pictis. *Symb. bot.* 2. *p.* 14.

Tsjude-maram. *Rheed. mal.* 6. *p.* 111. *t.* 60.

Folium bracteatum. *Rumph. amb.* 4. *p.* 73. *t.* 30.

Justicia picta; fruticosa, foliis lanceolato-ovatis pictis, corollis fauce inflatis. *Lin. spec. pl.* 21.

Habitat in India *orientali.* ♄

Ramorum *articuli inferiores angulati.* Folia *brevissime petiolata, bi-tripollicaria, patentissima, acuta, glabra, disco macula longitudinali irregulari lucida, integerrima.* Racemi *solitarii, tri-quadripollicares: pedicelli solitarii duotres, oppositi, superne crassiores, unguiculares, basi bracteis binis, minutis, ovatis.* Calyx *quinquepartitus; laciniae lanceolatae, parvae.* Corolla *pollicaris: tubus basi angustatus, superne ampliatus quadruplo latior: labium superius lanceolatum, bilobum; lobis brevibus, ob-*

longis: inferius trifidum; laciniis lanceolatis, obtusis. Antherae *et stylus labio superiore longiores.*

49. JUSTICIA racemis terminalibus simplicibus solitariis, bracteis setaceis, foliis lanceolatis. rubra.

Ecl. amer. 2. p. 1.

Habitat ad St. Martham *in* America *meridionali. von Rohr.* ♄

Caulis *fruticosus, ramosus, teres:* Rami *oppositi, patentissimi, glabri, cortice cinereo, articulati; articulis apice utrinque dilatatis.* Folia *petiolata, tripollicaria, attenuata, acuta, integerrima, venosa, utrinque glaberrima, subtus pallidiora.* Racemi *longitudine foliorum, erecti: pedicelli oppositi, remoti; inferiores subtriflori, superiores uniflori.* Bracteae *minutae.* Calycis *laciniae parvae, setaceae.* Corolla *pollicaris, glabra.* Filamenta *corolla breviora.* Antherae *parallelae.*

50. JUSTICIA racemis axillaribus bipartitis, floribus secundis, foliis lanceolato-ellipticis, filamentis glabris. *Symb. bot. 2. p. 6.* stricta.

Euphrasia acinos latiori folio maderaspatana, cauliculis pubescentibus. *Plukn. alm. p.* 142. *t.* 279. *fig.* 4?

Justicia pubescens; foliis ovatis acuminatis, pedunculis lateralibus ramosis paucifloris, bracteis subulatis, calyce brevioribus. *Lamarck. illustr. p.* 40. *fide herb. Jussiuei.*

Habitat in Malabaria.

Caulis *herbaceus, acute tetragonus, glaber, lateribus utrinque sulco exaratus; internodiis bipollicaribus:* Ramuli *axillares, petiolis parum longiores, floriferi.* Folia *longe petiolata, pollicaria et ultra, patentia, integerrima, basi per petiolum parum decurrentia, supra glabra, subtus pallidiora, venosa.* Petiolus *foliis dimidio brevior.* Pedunculi *ex axillis foliorum ramulorum, oppositi, filiformes, patentissimi, folio triplo breviores: pedicelli oppositi, erecti, hirti.* Bractea *linearis ad basin pedicellorum eorumque longitudine, duae ad basin divisurae pedunculi.* Flores *parvi: foliolum lineare, apice et inferne parum dilatatum, bilineare, basi calycem ad dimidiam partem tegens.* Calyx *pro-*

funde quinquefidus, bractea parum brevior: laciniae setaceae, hirtae, longitudine tubi. Corollae *labium inferius tridentatum.*

A *Just. paniculata differt:* caule *longitudinaliter sulcato:* foliis *latioribus longe petiolatis:* pedunculis *folio triplo brevioribus semel bifidis nec ramulis ramulosis:* floribus *oppositis:* calycibus *longioribus, basi bracteatis et filamentis glabris.*

elongata. 51. JUSTICIA racemis axillaribus elongatis, floribus remotissimis subternis, foliis ovatis.

Habitat in India *orientali. Röttler.*

Caulis *herbaceus, strictus, tetragonus, angulis exstantibus marginatus, articulatus; articulis spithamaeis et ultra, glabris:* Rami *oppositi, brachiati.* Folia *petiolata, remotissima, pollicaria, attenuata, integerrima, glabra, nervosa.* Pedunculi *axillares, oppositi, saepe pedales, simplices, raro basi ramo aucti, tetragoni, pubescentes.* Flores *pedicellati, bini vel terni.* Bracteae *geminae, minutae.* Calycis *laciniae setaceae pubescentes.* Corolla *parva, extus pubescens.* Capsulae *angustae, semipollicares, oculo armato villosae.*

paniculata. 52. JUSTICIA paniculis axillaribus terminalibusque dichotomis, floribus secundis, filamentis hirsutis, capsulis compressis, foliis lanceolatis. *Symb. bot. 2. p. 5.*

Cara-Caniram. *Rheed. mal. 9. p. 109. t. 56.*

Justicia paniculata; diffusa, panicula axillari, foliis sessilibus lanceolatis. *Burm. ind. 9.*

Habitat in India *orientali.*

Caulis *herbaceus, sesquipedalis, strictus, tetragonus, angulis acutis, glaber, lateribus bistriatis.* Folia *fere J. pectoralis, sesquipollicaria, utrinque attenuata, in petiolum brevissimum desinentia, integerrima, obtusiuscula, glabra.* Pedunculi *tetragoni, glabri, patentissimi, axillares, solitarii, oppositi, plerumque bifidi, subramosi: terminales paniculato-ramosi: pedunculis partialibus oppositis: pedicelli alterni, remoti, capillares, solitarii, saepe cum rudimento secundi in axillis bractearum.* Bracteae *oppositae, sub ramificationibus primis, lineari-lanceolatae: pedicellorum subulatae, brevissi-*

mae, oppositae, ad basin: nullae sub calyce. Calyx *quinquepartitus: laciniae subulatae, subaequales, pubescentes.* Corolla *extus pubescens: labium superius bifidum, lineare, obtusum: inferius trifidum; laciniae lanceolatae.* Filamenta *longitudinaliter hirsutissima, longitudine fere corollae.* Capsula *vix pollicaris, marginata, utrinque acuta, mucronata, flavescenti-nitida, media linea purpurascente longitudinali.*

Dignoscitur ab omnibus mihi notis capsulis plano compressis undique ejusdem latitudinis, nec basi angustatis.

53. JUSTICIA pedunculis axillaribus trichotomis scandens. divaricatis, foliis ovatis acuminatis subrepandis, ramis villosis. *Symb. bot. 2. p. 7.*

Habitat in Malabaria. ♄

Rami *scandentes, teretes, articulati.* Folia *bipollicaria, late ovata, basi acuta, venosa; venis utrinque subvillosis.* Petioli *semiunguiculares, villoso-subcinerei.* Pedunculi *oppositi, folio breviores, primum tripartiti, dein semel bifidi: pedicelli biflori.* Flores *pedicellati.* Bracteae *duae, oppositae, minutissimae, setaceae, ad basin pedicellorum calycisque.* Calycis *laciniae setaceae.*

Variat ramis venisque foliorum minus vel magis villosis. Pedunculi partiales, interdum racemosi, oppositi, duum parium, primum trifidi, dein bis-dichotomi.

54. JUSTICIA racemis axillaribus terminalibusque gangetica. simplicibus, calycibus alternis hispidis, bracteis obsoletis. †

Justicia gangetica; foliis ovatis, racemis simplicibus longis, floribus alternis secundis, bracteis obsoletis. *Lin. amoen. ac. 4. p. 299. Burm. fl. ind. 9. t. 4. f. 2.*

Habitat in India *orientali.*

Caulis *herbaceus, tetragonus, ad genicula pilosus.* Folia *brevissime petiolata, integerrima, glabra aut margine baseos ciliata.* Racemi *ex alis foliorum superiorum solitarii, elongati, erecti.* Bracteae *subulatae, geminae.* Calyces *oblongi.* Corollae *majusculae.* Lin. *l. c.*

nutans. 55. JUSTICIA racemis terminalibus apice nutantibus, floribus resupinatis, foliis ovato-lanceolatis dentatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 6.

Justicia nutans; herbacea, foliis lanceolatis denticulatis, pedunculis terminalibus cernuis, bracteis setaceis. *Burm. ind.* 10. *t.* 5. *f.* 1.

Habitat in Java.

Caulis *herbaceus, teretiusculus, subtilissime striatus, glaber:* Rami *alterni.* Folia *brevissime petiolata, pollicaria vel ultra, attenuata, rare pilosa, patentissima, remote denticulata, venosa; venis alternis, simplicibus: summa lanceolata, integerrima.* Racemi *pubescentes: pedicelli breves.* Bractea *ad basin pedicellorum, et duae sub singulo flore.* Calyx *profunde quinquefidus: laciniis lineari-lanceolatis, corolla triplo brevioribus.* Corollae *labia divaricata: superius (inferius) angustius, bidentatum: inferius (superius) trifidum; laciniis lanceolatis.* Stamina *in labio inferiore.*

tinctoria. 56. JUSTICIA pedunculis axillaribus congestis unifloris, foliis lanceolato-oblongis pubescentibus subcrenatis, caule procumbente. †

Justicia tinctoria; foliis lanceolatis, subcrenatis, pubescentibus: floribus congestis axillaribus. *Lourèiro fl. cochinch.* 25.

Habitat in incultis Cochinchinae.

Caulis *herbaceus, ramosus, longus, teres, sulcatus.* Folia *acuminata.* Bracteae *conicae, obtusiusculae.* Corolla *rosea, labiis reflexis; superius ovatum integerrimum; inferius oblongum trifidum.* Lour. *l. c.*

salicina. 57. JUSTICIA floribus terminalibus solitariis sessilibus, foliis lanceolatis.

Habitat in Peru. ♄

Caulis *fruticosus, ramosus.* Folia *versus apices ramorum, conferta, breviter petiolata, bipollicaria, obtusiuscula.* Flores *terminales rumorum.* Calycis *foliola quinque, lanceolata.* Corolla *sesquipollicaris, eleganter rubens: labium superius erectum, emarginatum: inferius trilobum; lobis oblongis.* Stamina *labio superiore breviora.* Antherae *parallelae.* Stigma *indivisum.*

Descripta secundum figuram Jos. Jussiaei, quae in musaeo Ant. L. Jussiaei asservatur.

58. JUSTICIA umbellis axillaribus superne approximatis spicaeformibus, bracteis lanceolatis muticis hirsutis. opaca.

Habitat in Guinea. *Thonning.*

Caulis *herbaceus, ramosus, teretiusculus, purascens, superne pilosus.* Folia *inferiora petiolata, bipollicaria, oblonga, integerrima, utrinque acuta, supra oculo armato lineolis albis frequentibus, margine nervisque subtus villosa; superiora sensim minora, subsessilia, ovato-subrotunda, vel subobovata, nervis subtus hirsutis.* Umbellae *superne, axillares, breviter pedunculatae, folio breviores, sursum magis approximatae, spicaeformes, triflorae.* Flores *breviter pedicellati.* Bracteae *tres ad singulum florem, subpetiolatae, lanceolatae, intermedia latior, hirsutae.* Calyx *quadripartitus, extus hirsutus: laciniae duae exteriores latae oblongae; interiores lineares, quadruplo breviores.* Corolla *pollicaris, extus pubescens: labium superius bifidum: inferius trilobum; laciniae oblongae, rotundae.* Antherae *basi bifidae.* Capsula *foliis calycinis exterioribus dimidio brevior.*

—— *Diantherae.*

59. JUSTICIA racemis terminalibus compositis, racemulis secundis multifloris, bracteis setaceis, foliis ovato-oblongis attenuatis. secunda.

Justicia secunda; racemis terminalibus compositis: racemulis secundis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis. *Symb. bot. 2. p. 7.*

Habitat in insula Trinitatis.

Caulis *herbaceus, erectus, glaberrimus, e sulcis senis subsexangulatus; angulis laevibus.* Folia *petiolata, bipollicaria, integerrima, glabra.* Racemus *terminalis, palmaris, erectus, usque ad apicem compositus.* Pedunculi *partiales oppositi, pollicares vel parum ultra, in specimenibus majoribus inferne brevissimi, apice pedunculos plures subumbellatos inaequales gerentes, superne subverticillati, ope lentis pubescentes.* Flores *alterni, quinque-novem, breve pedicellati.*

Bracteae *duae setaceae ad basin pedunculorum partialium et pedicellorum.* Calyx *quinquepartitus: laciniae lineari-lanceolatae, semiunguiculares.* Corolla *pollicaris, purpurea: labium superius lineare, integrum: inferius subtrifidum.* Filamenta *capillaria, longitudine corollae.* Antherae *binae, pedicellatae.* Stylus *longitudine corollae.*

ciliaris. 60. JUSTICIA spicis terminalibus foliosis hispidis, foliis lanceolatis.

Justicia ciliaris. *Jacqu. hort. Vind. 2. p. 47. t. 104.*

Justicia ciliaris; foliis lanceolatis, floribus oppositis sessilibus, bracteis calycibusque setaceis hispidis flore longioribus. *Lin suppl. 84.*

Habitat — — — ⊙

Caulis *erectus, pedalis, pilosus, scaber: ramuli axillares, bi-quinquepollicares.* Folia *breviter petiolata, remota, integerrima, obtusiuscula, subtus nervosa, nervis hispidis.* Petioli, *uti bracteae et calyces hispidi.* Flores *oppositi, saepe unicus in axillis foliorum.* Bractea *utrinque ad basin singuli floris, calyce longior, linearis, acuta, erecto-patens.* Calycis *laciniae lineares, inferne margine membranaceae, superne lateribus hispidae.* Corolla *alba: labium superius brevius, ovatum, emarginatum, viridi-flavescente-striatum: inferius trilobum; lobis rotundatis aequalibus, prope faucem ferrugineo-bipunctatis: tubus brevis; subtus ad faucem gibbosus, supra intrusus, intus fornicatus, striis sex flavescentibus, basi purpureis.* Filamenta *basi barbata.* Anthera *superior globosa; inferior longior aristata.* Capsula *obovata, glabra.* ✲

gendarussa. 61. JUSTICIA spicis terminalibus foliosis, floribus verticillatis, foliis lanceolatis elongatis.

Vada-Kodi. *Rheed. mal. 9. p. 79. t. 42.*

Adhatoda maderaspatensis hydropiperis folio. *Petiv. in act. angl. n. 244. p. 319.*

Ranunculus galeatus salicis glabro folio Bisnagaricus floribus aurantiis. *Plukn. alm. 316. t. 55. f. 3.*

Gendarussa sosa. *Rumph. amb. 4. p. 70. t. 28. et p. 72. t. 29.*

Justicia gendarussa; fruticosa, foliis lanceolatis, integerrimis, spicis terminalibus simplicibus. *Burm. ind.* 10.

Justicia gendarussa; fruticosa, glabra, foliis lanceolatis elongatis, spicis verticillatis. *Lin. suppl.* 85.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *glabri, teretes.* Folia *brevissime petiolata, bipollicaria et ultra, integerrima, glabra, obtusiuscula, venis simplicibus.* Spica *palmaris; flores utrinque duo vel quatuor: folium lineare-lanceolatum utrinque sub singulo verticillo, unguiculare; superioribus minoribus, breve petiolatum, longitudine florum.* Bracteae *setaceae.* Calycis *laciniae setaceae.* Anthera *inferior aristata.*

Corollae *labium inferius patens, amplum, convexum, apice tricrenatum; crena media rugosa, latiore, marginata, suberecta, concava: laterales promissiores, convexiusculae, gibbae.* Richard.

62. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, bracteis ovatis imbricatis ciliatis. *Symb. bot. 2. p. 15.* debilis.

Dianthera debilis; foliis oblongis, spicis axillaribus imbricatis; bracteis late ovatis ciliatis. *Forsk. descr. p. 9.*

Dianthera debilis; suffruticosa, foliis ellipticolanceolatis, spicis terminalibus, antheris inferioribus aristatis. *Symb. bot. 1. p. 4.*

Habitat in Arabia *felici.* ♄

Rami *obsolete quadranguli, quadrisulcati, retrorsum pilosi, articulati; articulis sesquipollicaribus.* Folia *basi in petiolum brevissimum angustata, articulis dimidio breviora, lanceolata, obtusiuscula, avenia, subtus nervis quatuor parallelis villosis.* Spicae *oblongae, tetragonae, folio breviores; axillares alternae, sessiles, terminales pedunculatae.* Bracteae *verticillatae, quaternae, acutiusculae, secundum nervos villosae, duae majores.* Calyx *quinquepartitus: laciniae lineari-lanceolatae, ciliatae, bracteis breviores.* Corolla *extus pubescens, bracteis paxum longior.*

Rohrii. 63. JUSTICIA spicis terminalibus compositis imbricatis pubescentibus, bracteis ovatis, foliis ellipticis integerrimis. *Symb. bot.* 3. *p.* 6.

Habitat in Cajenna.

Caulis *herbaceus*, *erectus*, *ramosus*, *tetragonus*, *superne tenuissime pubescens*, *subcanescens*. Folia *sex-octopollicaria*, *pollices duos-tres lata*, *attenuata*, *utrinque acuta*, *nervosa*, *integerrima*, *glabra*. Petiolus *bipollicaris*. Spicae *partiales breviter pedunculatae*, *oppositae*. Pedunculi *pubescentes*. Flores *oppositi*. Bracteae *binae*, *unguiculares*, *longitudine calycis*. Calycis *laciniae lineari-lanceolatae*, *pubescentes*. Corollae *labium superius lineari-lanceolatum*, *indivisum*: *inferius trifidum*. Anthera *una supra alteram*.

carthaginensis. 64. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, bracteis oblongis imbricatis ciliatis obtusis.

Justicia carthaginensis; foliis ovalibus, utrinque acuminatis; floribus spicatis; bracteis oblongo-cuneiformibus. *Jacqu. am. p.* 5. *t.* 5.

Justicia mirabiloides; foliis ovatis acutis margine undatis, spicis geminis terminalibus, bracteis ovatis calyce longioribus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 39.

Habitat in Caribaeis. *v. Rohr.*

Caulis *herbaceus*: Rami *oppositi*, *inferne teretes*, *glabri*, *superne obscure tetragoni*, *villosiusculi*. Folia *petiolata*, *bi-s-tripollicaria*, *ovata*, *basi acuminata vel attenuata*, *acuta*, *tenera*, *nervosa*, *subavenia*, *pilis raris adspersa*, *frequentioribus in costa et nervis*. Spicae *terminales ramorum*, *plerumque solitariae*, *interdum geminae*, *bipollicares*. Bracteae *exteriores vix unguiculares*, *interiores ad basin calycis*, *cuneatae*, *obtusae*, *breviores*. Stigma *obtusum*.

Variat Foliis *ovato-oblongis et elliptico ovatis*: Bracteis *exterioribus subrotundo-oblongis vel magis oblongis*. Anthera *inferior basi membranaceo aristata*.

retusa. 65. JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis obovatis subretusis imbricatis glabris, foliis ovatis acuminatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 8.

Habitat in insula St. Crucis.

Caulis *herbaceus, teres, glaber, uti tota planta.* Folia *breviter petiolata, bipollicaria et ultra, nervis utrinque elevatis, integerrima, obtusiuscula, subtus pallidiora.* Pedunculus *terminalis, simplex, tri- vel quadripollicaris, apice floriferus.* Spica *pollicaris.* Flores *solitarii, oppositi.* Bracteae *ternae ad singulum florem: exterior reliquis multo latior, obovata fere unguicularis; duae laterales, oblongae, basin versus attenuatae, exteriori breviores, pilis minutis subciliatae.* Calyx *quinquepartitus: laciniis lanceolatis.* Corolla *magna, purpurascens, ultra medium fissa: labium superius lanceolatum, bidentatum, inferiore brevius: inferius triplo latius, trifidum; laciniis oblongis.* Stamina *longitudine labii superioris.*

66. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, radicans. bracteis oblongis ciliatis aristatis, foliis lanceolato-oblongis glabris. †

Dianthera ciliata; foliis lanceolatis, floribus spicatis confertis, bracteis calycibusque ciliatis. *Fl. per.* i. *p.* 12. *t.* 14. *f. a.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.*

Caulis *herbaceus, bipedalis, erectus, simplex, hexagonus, radicans.* Folia *petiolata integerrima.* Flores *in spica oblonga pedunculati, conferti, oppositi, sessiles.* Bracteae *acuminatae in setam longam ciliatam; duae subulatae ad basin calycis.* Calycis *laciniae quinque, subulatae.* Corolla *purpureo-violacea, fauce extus pubescens: labium superius emarginatum: inferius trifidum.* Semina *scabra. Fl. per. l. c.*

67. JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis imbricatis ovatis acutis villosis, foliis ovato-lanceolatis. nemorosa.

Dianthera foliis oblongo-ovatis cum acumine, spicis florum geminatis. *Brown. jam.* 118.

Justicia nemorosa; caule herbaceo tetragono erectiusculo, foliis ovato-lanceolatis, spicis oblongis. *Swartz. prodr.* 14. *Fl. ind. occident.* 1. *p.* 37.

Habitat in umbrosis paludosis sylvis Americes *calidioris.*

Caulis *herbaceus, pedalis et ultra, simplex, angulis villosis.* Folia *tri-quadripollicaria, ner-*

vosa, *avenia*, *ad lentem lineolis albidis folio immersis adspersa*, *acuminata*, *obtuse serrata*. Petioli *longi*, *pubescentes*. Bracteae *nervosae*, *viridi-purpureae*, *interiores lanceolatae*. Corolla *sanguineo-purpurea*: *labium superius emarginatum*: *inferius trifidum*. Stigma *obtusum*.

Valde affinis carthaginensi.

polystachya. 68. JUSTICIA spicis axillaribus oppositis imbricatis secundis, bracteis ovatis hirsutis, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *Symb. bot.* 2. *p.* 7. *t.* 26.

Justicia membranacea; herbacea, erecta: foliis subfalcato-lanceolatis: spicis axillaribus, oblongis: bracteis pellucido-membranaceis, quadrifariis, subovatis, hinc angustioribus, ciliatis. *Act. soc. h. n. paris.* 1. *p.* 105.

Justicia polystachia; foliis oblongo-lanceolatis, spicis alternis axillaribus, bracteis ovalibus villosis nervosis pellucidis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 49.

Habitat in Cajenna. *von Rohr.* ♃

Caulis *erectus*, *strictus*, *obscure tetragonus*, *angulis retrorsum pilosis*. Folia *breviter petiolata*, *tripollicaria*, *patentissima*, *attenuata*, *acuta*, *supra glabra nitida*, *subtus pilosa*. Spicae *axillares*, *solitariae*, *oppositae*, *erectae*, *folio dimidio breviores*, *imbricatae*; *terminalis solitaria*. Bracteae *anteriores ovatae*, *membranaceae*, *semiunguiculares*, *nervosae*, *ciliatae*; *dorsales semiovatae*, *ciliatae*, *cuspidatae*, *unica ad basin singuli floris*. Flos *solitarius*, *sessilis*, *in alis bractearum*. Calyx *quinquepartitus*: *laciniae setaceae*. Filamenta *apice bifida*; *lacinia altera erecta*, *altera deflexa*. Anthera *unica in singula lacinia filamenti*.

violacea. 69. JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis lanceolatis imbricatis ciliatis, foliis lanceolatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 15.

Dianthera violacea; caule fruticoso, spicis terminalibus imbricatis, bracteis lanceolatis, floribus bicalyculatis. *Symb. bot.* 1. *p.* 6.

Habitat in Arabia *felici*. ♄

Rami *pulverulento-villosi*, *obsolete quadranguli*, *articulati*; *articulis sesquipollicaribus*. Folia

petiolata, longitudine fere foliorum, inferiora oblonga, superiora lanceolata, basi rotundata, integerrima, glabra, laete viridia, avenia. Petiolus *brevis.* Spica *brevissime pedunculata, semipollicaris, cylindrica.* Bracteae *acumine subpungente terminatae; infimae longitudine fere spicae, aliae tres setaceae ad basin calycis.* Calycis *laciniae quinque, subulatae, glabrae, bracteis breviores.* Corolla *extus pubescens.*

70. JUSTICIA spicis terminalibus, floribus geminis, bracteis lanceolatis obtusis, foliis lanceolato-oblongis. flava.

Dianthera americana α) flava, spicis terminalibus imbricatis; bracteis lanceolatis; foliis scabriusculis; floribus flavis labio inferiore latiore; anthera inferiore caudata. *Forsk. descr. p.* 9.

Dianthera flava; suffruticosa, foliis elliptico-lanceolatis, spicis terminalibus, antheris inferioribus aristatis. *Symb. bot.* 1. *p.* 5.

Habitat in Arabia. ♄

Caulis *fruticosus, teretiusculus, crassitie pennae anserinae:* Rami *obsolete angulati, subpubescentes, lateribus linea exarati, articulati; articulis polticaribus.* Folia *articulis duplo longiora, integerrima, rare pilosa, venosa.* Petiolus *brevis.* Spica *pedunculata, bipollicaris, subpilosa.* Flores *contigui.* Bracteae *tres sub singulo flore, obtusae, subtus villosae, unica majore longitudine floris.* Calyx *quinquefidus, villosus: laciniis subulatis.* Corolla *extus villosa, longitudine bractearum: labium inferius trifidum; laciniis lateralibus lanceolatis, intermedia oblonga, obtusa.* Anthera *inferior aristata.*

71. JUSTICIA racemis axillaribus, foliis lanceolatis, caule subalato. alata.

Habitat in India *orientali. König.*

Caulis *herbaceus, elongatus, e membranis quatuor angustissimis decurrentibus quadrangulato-alatus, tenuis.* Folia *subsessilia, bi- sive tripollicaria, remotissima, suprema angustissima, glabra, subtus pallidiora, integerrima.* Flores *remoti: pedicelli breves, ope lentis villosuli.* Bracteae *tres lineares ad basin.*

americana. 72. JUSTICIA spicis axillaribus, floribus confertis, pedunculis elongatis alternis, foliis lanceolatis.
Gratiolae affinis floridana, foliis floribus et capsulis in spica brevi, pediculis e foliorum alis enixis. *Plukn. amalth.* 114. *t.* 423. *f.* 5.
Dianthera. *Gronov. virg.* 4.
Dianthera americana; spicis solitariis alternis. *Lin. syst. veg.* 64.
Dianthera ensiformis; spicis subcapitatis, pedunculo longo solitario, floribus rubris, foliis ensiformibus. *Walt. fl. car.* 63.
Justicia linearifolia; foliis linearibus, spicis axillaribus alternis longe pedunculatis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 41.
Habitat in Virginia, Florida, *in littoribus hieme inundatis fluminum* Ohio, St. Laurenti, Mississippi. *Michaux.*
Caulis *sexangularis, sulcatus, glaber.* Folia *breviter petiolata, utrinque attenuata, tri- vel quadripollicaria, integerrima, glabra, simpliciter subvenosa.* Pedunculi *elongati, angulati.* Spica *oblonga, densa, semipollicaris.* Bracteae *et* Calycis *laciniae lineari-lanceolatae.*

procumbens. 73. JUSTICIA spicis lateralibus terminalibusque, calycibus tetraphyllis linearibus pilosis, labio inferiore glabriusculo, foliis oblongis.
Euphrasia sinica parietariae foliis, rubiae modo spicatis. *Plukn. amalth.* 83. *t.* 392. *f.* 4.
Hulunaykola. *Herm. zeyl.* 2. 4. 15. 32.
Justicia foliis sublanceolatis integerrimis, spicis terminatricibus lateralibusque, alternis, bracteis setaceis. *Lin. fl. zeyl.* -.
Justicia procumbens; foliis lanceolatis integerrimis, spicis terminalibus lateralibusque alternis, bracteis setaceis, caule procumbente. *Lin. syst. veg.* 63.

angustifolia. β. foliis lanceolatis.
rotundifolia. γ. foliis subrotundo-ovatis, caule subhispido.
thymifolia. δ. foliis ovatis obtusiusculis, caule ramosissimo.
Habitat in India *orientali et* China, δ. *ad vias* Tranquebariae. *König.*
Caulis *procumbens, diffusus; geniculis inferne plerumque infractis, infimis radicantibus:* Rami *dichotomi; articulis bipollicaribus, sexangulatis, ope lentis villosiusculis.* Folia *petio-*

lata, remota, semipollicaria, acuta, integerrima, scabriuscula e lineolis albidis elevatis oculo armato videndis. Spicae *terminales vel e dichotomia, pedunculatae, ramulorum basi foliis duobus, pollicares, erectae.* Flores *conferti, oppositi, parvi.* Bracteae *binae ad basin singuli calycis.* Calycis *foliola membrana angustissima utrinque marginata.* Corolla *ante explicationem pilosiuscula, dein glabrior: labium inferius purpureum, trilobum.* Anthera *inferior membrana albida aristata.*

Quod Just. procumbens Lin. ad meam pertinet, ex collatis speciminibus cum iis qui servantur in herbario Hermanni certus sum: quod Plukenetii non differt, docuit hortus siccus ipsius.

Varietas γ. gaudet foliis *subrotundis vel ovato rotundatis: δ.* caulibus *elongatis;* foliis *vix thymi serpylli majoribus, plerumque ovatis vel oblongo-subrotundis;* spicis *gracilibus;* bracteis calycibusque *angustissimis.*

74. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, calycibus tetraphyllis lanceolatis glabris, labio inferiore barbato, foliis lanceolatis. diffusa.

Justicia diffusa; spicis axillaribus terminalibusque, calycibus tetraphyllis glabris, bracteis calyce brevioribus, foliis ellipticis. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 87.

Habitat in India *orientali. Röttler.*

Diversa a varietate angustifolia Just. procumbentis, mecum anno praeterito communicata a Röttlero, nec antea mihi visa. Differre videtur ab antecedente: foliis *duplo longioribus:* bracteis *vix villosis: margine membranaceo foliorum calycis latiore:* corollae *labio inferiore subtus versus marginem pilis frequentibus barbato:* anthera *superiore oculo armato pilis raris adspersa. Vereor tamen quod a minus exercitato difficile dignoscitur, praesertim cum prior invenitur calycibus fere glabris foliolisque latioribus vel angustioribus. In quotquot vidi bracteas longitudine calycis inveni.*

Variat foliis latioribus et angustioribus. Coeterum modus crescendi, superficies foliorum, color florum et antherae praecedentis.

punctata. 75. JUSTICIA spicis terminalibus, floribus remotis verticillatis, bracteis lanceolatis acuminatis, foliis lanceolato-ovatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 15.

Dianthera americana β) alba, flore et antheris albis: labio inferiori in fauce violaceo punctata; verticillis remotis, spicatis; bracteis lanceolatis calyce duplo brevioribus. *Forsk. descr.* *p.* 9.

Dianthera punctata; caule herbaceo, spicis terminalibus, foliis lanceolato-ovatis acuminatis antheris muticis. *Symb. bot.* 1. *p.* 4.

Habitat in Arabia.

Caulis *herbaceus*, *erectus*, *teretiusculus*, *laevis*, *articulatus*; *articuli tripollicares*: *ramuli axillares*, *filiformes*, *longitudine articulorum.* Folia *caulina petiolata*, *lanceolato-ovata*, *articulis dimidio breviora*, *acuminata*, *vix crenata*, *glabra*, *simpliciter venosa*; *ramulorum sessilia*, *unguicularia.* Spicae *in apice ramulorum*, *pedunculatae*, *pollicares*, *glabrae.* Pedunculus *filiformis.* Flores *verticillati*, *utrinque duo-tres*, *brevissime pedicellati*, *parvi*, *inferiores remotiores.* Bracteae *lanceolatae*, *acuminatae*, *lineam longae.* Calyx *bracteis longior*, *quinquefidus*: *laciniis subulatis.* Corolla *calyce duplo longior*, *extus glabra*; *fauce violaceo punctata.* Antherae *muticae.*

comata. 76. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque filiformibus, spiculis verticillatis.

Antirhinum minus angustifolium, flore dilute coeruleo. *Sloan. catal.* 49. *hist.* 1. *p.* 160. *t.* 103. *f.* 2.

Dianthera foliis lanceolato-ovatis, racemo spatioso assurgente, spicillis verticillatis. *Brown. jam.* 118.

Dianthera comata; spicis filiformibus verticillatis, inferioribus umbellatis. *Lin. syst. veg.* 64.

Justicia comata; foliis lanceolatis acutis subsessilibus, spicis filiformibus verticillatis umbellatisque. *Swartz. obs. p.* 14.

Habitat in Jamaica. ♃

Caulis *teres*, *ramosus*, *glaber.* Folia *bipollicaria*, *breviter petiolata*, *lanceolata*, *attenuata*, *glabra*, *subtus pallidiora*, *simpliciter venosa.* Pedunculi *partiales utrinque duo-tres bipolli-*

cares, inaequales, patentes. Flores *alterni, frequentes, parvi.* Bracteae *tres ad basin calycis et unica oppositiflora, subulatae, longitudine calycis.*

77. JUSTICIA spicis terminalibus solitariis, floribus secundis, foliis ovatis, caule repente. reptans.

Justicia reptans; caule herbaceo repente, foliis obtusis, spica terminali indivisa. *Swartz. prodr.* 13. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 33.

Habitat in saxosis umbrosis madidis ad ripas fluviorum in Hispaniola *inque* Domingo.

Caulis *filiformis, angulatus.* Folia *petiolata, vix unguicularia, interdum acuta, saepe obtusa, nervosa, glabra.* Spica *tri-quinqueflora* (*multiflora* Sw.). Flores *minuti.* Bracteae *tres, subulatae, calyce breviores.* Calycis *laciniae quinque, lineares, acutae.* Corollae *labium superius emarginatum: inferius tripartitum.* Stigma *obtusum.*

78. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque pauciflоris, floribus distantibus, bracteis linearibus, foliis lanceolato-oblongis. humilis.

Dianthera ovata; spicis solitariis alternis filiformibus, foliis duplo longioribus; foliis subovatis; floribus rubro-purpureis. *Walt. fl. carol.* 63.

Justicia humilis; glabra: caulibus herbaceis, e stirpe repente assurgentibus: foliis ovali-lanceolatis: spicarum bracteis minutissimis; floribus subbinatim sessilibus: capsula longe stipitata, compressa. *Michaux. fl. bor. amer.* 1. *p.* 8.

Habitat in Carolina. *Bosc.*

Caulis *herbaceus, angulatus, uti tota planta glaber, parum ramosus.* Folia *petiolata, remota, sesquipollicaria, inferiora minora interdum vix semipollicaria, integerrima, acutiuscula, interdum subovata, plerumque lanceolato-oblonga, avenia, tenera.* Pedunculi *folio longiores, filiformes, versus apicem floriferi.* Flores *circiter quinque, oppositi.* Bracteae *lineares, longitudine calycis, praeter nonnullas minutas ad basin.* Calyx *profunde partitus: laciniis linearibus acutis.*

eustachiana. 79. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, floribus inferne geminis, superne solitariis, bracteis cuneatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 15.

Justicia eustachiana; dianthera; foliis lanceolato-oblongis; pedunculis multifloris; bracteis linearibus apice latiusculis acuminatis. *Jacqu. amer.* 4. *p.* 4.

Habitat in insula St. Eustachii. ♄

Frutex *erectus, tripedalis:* Rami *e lineis decurrentibus angulati, glabri.* Folia *petiolata, sesquipollicaria, ovata, inferiora obtusa cum mucrone, superiora acutiora, nervosa, subtus subvenosa.* Spicae *alternae, elongatae, inferiores basi ramo auctae.* Flores *secundi: inferiores gemini, alter pedicellatus, alter sessilis, distantes.* Bracteae *duae cuneiformes, mucronatae, altera parum longior.* Calycis *laciniae subulatae.*

nasuta. 80. JUSTICIA pedunculis axillaribus dichotomis, foliis ellipticis integerrimis. *Symb. bot.* 2. *p.* 15.

Pul colli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 135. *t.* 69.

Justicia nasuta; foliis lanceolato-ovatis integerrimis, pedunculis dichotomis. *Lin. spec. pl.* 23. *Curt. mag. vol.* 10. *t.* 325.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *obsolete angulati, vix pubescentes.* Folia *petiolata, bipollicaria, obtusa, integerrima, glabra.* Pedunculi *solitarii, alterni, pubescentes, foliis aequantes, bis vel ter divisi, par foliorum ellipticorum sub prima divisura: pedicelli biflori; flores sessiles.* Bracteae *lineares, minutae.* Calyx *minutus: laciniae setaceae.* Corollae *tubus linearis, calyce quintuplo longior: labium superius lineare, brevius, angustum, reflexum: inferius aequale, trifidum.*

pectoralis. 81. JUSTICIA panicula terminali dichotoma, floribus spicatis remotis. *Symb. bot.* 2. *p.* 15.

Justicia pectoralis; dianthera, herbacea, paniculata dichotoma. *Jacqu. amer.* 3. *t.* 3.

Justicia pectoralis; panicula terminali dichotoma. *Lin. syst. veg.* 64.

Habitat in Domingo, Martinica, *insula* St. Crucis. 2

Caulis *adscendens, bi-s-tripedalis; tenuis, teretiusculus, linea pilosa decurrente, superne dichotome divisus.* Folia *breviter petiolata, bipollicaria, lanceolata, attenuata, integerrima, glabra.* Pedunculi *terminales, filiformes.* Flores *alterni, solitarii, basi bracteae tres, et alia flori opposita, cum rudimento floris in axilla, subulati, longitudine calycis.*

82. JUSTICIA paniculis axillaribus, foliis lanceolatis tomentosis. *Lour. Cochinchin.* 26. † sylvatica.

Habitat in sylvis Cochinchinae. ♄

Frutex *quinquepedalis, erectus:* Ramis *brachiatis.* Folia *integerrima.* Calycis *laciniae quinque, filiformes.* Corolla *alba: tubo tenui, longo: labio superiore filiformi, emarginato: inferiore magno, trifido.* Anthera *una supra alteram.* Loureiro *l. c.*

83. JUSTICIA umbellis terminalibus simplicibus trifidisque, foliis lanceolatis undulatis. *Symb. bot. 2. p. 8.* undulata.

Dianthera hyssopifolia; floribus pedunculatis terminalibus, foliis lanceolatis scabris. *Burm. ind. 11. t. 5. f. 2.*

Habitat in Malabaria.

Caulis *herbaceus:* Rami *pedales et ultra, simplicissimi, oppositi, erecto-patentes, obscure angulati, articulati; articulis tri-vel quadripolicaribus, saepe rami duo alii breviores ex axillis.* Folia *petiolata, bipollicaria remotissima, ovato-lanceolata, acuminata, scabriuscula, subtus pallidiora.* Petiolus *filiformis, bi-s-trilinearis.* Pedunculi *in apice ramorum ex axillis foliorum terminalium, tres vel quinque, bilineares, aequales, apice latiores, basi bracteati; laterales trifidi, intermedii indivisi.* Bracteae *setaceae.* Foliola *duo lanceolata, acuminata, altero breviore, flores binos vel tres foventia.* Calycis *laciniae setaceae.* Capsulae *villosae.*

84. JUSTICIA umbellis axillaribus compositis pedunculatis, pedunculis elongatis, bracteis obovatis rhombeis obtusis glabris. *Symb. 2. p. 8.* frondosa.

Habitat in Otaheite.

Caulis *herbaceus, teres, glaber.* Folia *petiolata, bipollicaria, ovata, acuta, glabra, integerrima.* Pedunculus *unguicularis.* Pedunculi *oppositi, folio longiores, tetragoni, angulis acutis, superne pubescentes; apice pedunculi quatuor, pollicares, pubescentes, intermedii parum longiores: pedicelli tres-quatuor, brevissimi.* Bracteae *pedunculorum et pedicellorum geminae, oppositae, oblongae, acuminatae: florales rhombeae, obtusae, membranaceae, venosae, calycis multo majores, altera minore: calycum lineares, subulatae, longitudine calycis.* Calyx *parvus, quinquepartitus, pubescens.* Corolla *bracteis longior, extus pubescens: labio inferiore tridentato.* Stamina *corolla breviora.*

clavata. 85. JUSTICIA paniculis axillaribus subumbellatis, bracteis lineari-oblongis, foliis ellipticis.

Dianthera clavata; panicula subumbellata, pedunculis apice dilatatis. *Forst. prodr. n.* 15.

Habitat in Societatis *insulis. Ex herbario musaei Parisini.*

Rami *tetragoni, glabri, ad articulos parum latiores.* Folia *petiolata, utrinque acuta, glabra, subtus arcuatim nervosa, margine subundulata, integerrima.* Pedunculi *axillares, oppositi, folio fere longiores.* Bracteae *subulatae, minimae.* Flores *parvi.*

pubescens. 86. JUSTICIA umbellis axillaribus oppositis, bracteis ovato-subrotundis mucronatis, foliis ovatis pubescentibus. *Symb. bot. 2. p. 9.*

Dianthera coerulea; umbella fastigiata sessili simplicissima. *Forst. prodr. n.* 11. *fide specimnis a Forst. musaeo parisino missi.*

Habitat in Botanicis *insula, prope* novam Caledoniam.

Rami *pubescentes, teretes.* Folia *petiolata, sesquipollicaria, ovato-lanceolata, obtusa, integerrima, subtus magis pubescentia.* Pedunculi *axillares, oppositi, petiolo breviores: pedicelli quatuor, umbellati, subaequales.* Bracteae *quatuor utrinque, subulatae, patentissimae, sub pedicellis, apice parum reflexae.* Capsula *pubescens.*

87. JUSTICIA floribus axillaribus solitariis terminalibus spicatis, bracteis lineari-lanceolatis, foliis ovatis attenuatis. † periplocaefolia.

Justicia periplocaefolia. *Jacqu. coll.* 5. *p.* 5. *t.* 7. *f.* 2.

Habitat ad Caracas *in* America.

Tota *glabra.* Caulis *sesquipedalis, erectus.* Rami *teretes, striati.* Folia *breviter petiolata, tripollicaria, integerrima, subundulata.* Bracteae *lineari-lanceolatae, ternae, calyce longiores, unica reliquis longior.* Flores *axillares, solitarii.* Spicae *oppositae.* Calyx *quinquepartitus.* Corolla *purpurea, calyce duplo longior: Labium superius oblongum, erectum, apice reflexum, bifidum: inferius semitrilobum, patentissimum, subrotundum.* Anthera *unica supra alteram* Jacqu. *l. c.*

Similis J. Ryanii.

88. JUSTICIA pedunculis axillaribus terminalibusque oppositis trifloris, bracteis linearibus, foliis ovato-lanceolatis attenuatis. *Ecl. Amer.* 1. *p.* 1. Ryanii.

Habitat in Monserrat. *Ryan.*

Caulis *lignosus, teretiusculus, glaber.* Folia *petiolata, quadri-vel quinquepollicaria, ovata, attenuata, interdum elliptico-lanceolata, per petiolum parum decurrentia, integerrima, glabra, nervosa, obscure venosa.* Pedunculi *axillares, solitarii, terminales gemini, striato-subangulati, foliis breviores, glabri.* Flores *laterales, sessiles, intermedius pedicellatus.* Bracteae *geminae ad basin calycis, calyce parum breviores.* Calyx *quinquepartitus: laciniae lineari-lanceolatae, glabrae, corolla triplo vel quadruplo breviora.* Corolla *pollicaris: labium superius lanceolatum, indivisum: inferius longitudine superioris, profunde trifidum; laciniae oblongae, obtusae.* Filamenta *longitudine fere labii superioris.* Capsula *pollicaris, oculo armato pubescens.*

89. JUSTICIA villosa, floribus axillaribus sessilibus subsolitariis terminalibus ternis, foliis lanceolato-ovatis. furcata.

Justicia peruviana; foliis ovatis acutis: spicis brevibus axillaribus et terminalibus, floribus

tribracteatis. *Cavan. Ic.* 1. *p.* 17. *t.* 28. *Curt. mag. vol.* 12. *t.* 430.

Justicia furcata; fruticosa, villosa; foliis lanceolato-ovatis; floribus sessilibus axillaribus, solitariis. *Jacqu. hort, schoenbr.* 1. *p.* 2. *tab.* 3.

Habitat circa Limam. ♃

Caulis *teres, superne cinerascens.* Folia *petiolata, bipollicaria, obtusiuscula, integerrima, oblique subnervosa, avenia, aetate fere glabra; juniora viridi-canescentia.* Flores *axillares, plerumque solitarii, rarissime terni utrinque.* Bracteae *lineari-lanceolatae, basin versus parum angustiores.* Calycis *foliola linearia, acuta.* Corolla *caerulea: labium superius bifidum, angustum: inferius trifidum, latum.* Anthera *inferior aristata: arista bifida.* ✲

peruviana. 90. JUSTICIA pedunculis axillaribus trifloris terminalibus spicatis, bracteis ovatis cuspidatis subciliatis, foliis oblongo-ovatis.

Justicia peruviana; foliis ovatis acutis, spicis brevibus axillaribus et terminalibus, bracteis imbricatis apice spinulosis. *Lamarck. illustr.* [illegible]. *p.* 42[illegible]

Dianthera mucronata; foliis ovatis mucronatis in floribus verticillatis bracteis ovatis ciliatis mucronatis. *Flor. peruv.* 1. *p.* 11. *t.* 16. *f. a.*

Habitat in Peru. *Dombey. Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *herbaceus, bipedalis, erectus, teres, pilosus, ramosus:* Rami *elongati.* Folia *pollicaria vel parum ultra, basi attenuata, apice parum acuminata, seta terminata, avenia, enervia, oculo armato pilis raris adspersa.* Petioli *unguiculares.* Pedunculi *axillares, brevissimi, triflori, solitarii vel gemini: flores terminales spicati.* Bracteae *duae ad basin calycis, ovatae, unguiculares, altera parum minore, biflorae, nervosae; duae aliae setaceae ad latera.* Calyx *brevissimus, quinquepartitus: laciniae lineari-lanceolatae, villosae, aequales, stipatae bracteis geminis linearibus.* Corolla *purpurea, pubescens: Labium superius bidentatum: inferius trifidum.* Anthera *altera supra alteram*

91. JUSTICIA pedunculis axillaribus verticillatis subtrifloris, floribus pedicellatis, bracteis cuneatis aristatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 9. cuspidata.

Dianthera verticillata. *Forsk. descr. p.* 9.

Habitat in Arabia.

Similis *J. chinensi diversa modo figura bractearum et numero antherarum.* Rami *sexangulati.* Folia *elliptica.* Bracteae *exteriores ciliatae, interiores lanceolatae.*

92. JUSTICIA pedunculis axillaribus oppositis subtrifloris, floribus pedicellatis, bracteis oblongis mucronatis pubescentibus. *Symb. bot.* 2. *p.* 9. laevigata.

Justicia falcata; fruticosa, foliis ovato-acutis, petiolatis floribus lateralibus bicalyculatis: labio superiori longissimo falcato. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 38.

Habitat in Insula Franciae. ♄

Caulis *fruticosus, cortice inferne cinereo, superne viridi:* Rami *tetragoni, oppositi, breves, patentissimi.* Folia *petiolata, pollicaria, ovata, attenuata, integerrima, obtusiuscula, utrinque glabra.* Pedunculi *solitarii, breves, pubescentes: pedicelli tres vel quatuor, uniflori, pedunculo duplo longiores, apice parum dilatati, intermedio paululum longiore.* Bracteae *in apice pedunculi quatuor, ad latera pedicellorum, subulatae, patentissimae, reflexae: florales oblongae, parallelae, altera minore: calycinae lanceolatae.* Corolla *pubescens, bracteis dimidio longior.*

93. JUSTICIA pedunculis axillaribus trifidis, bracteis ovato-subrotundis nervosis aristatis, foliis ovato-oblongis subcrenatis. bivalvis.

Folium tinctorium. *Rumph. amb.* 6. *p.* 51. *t.* 22. *f.* 1.

Justicia bivalvis; foliis lanceolato-ovatis, pedunculis sexfloris: pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis parallelis. *Lin. spec. pl.* 23.

Justicia foetida. *Forsk. descr. p.* 5.

Habitat in India *orientali*, Arabia.

Rami *lignosi, obscure angulati, articulati; articuli bi-s-tripollicares.* Folia *caulina petiolata, bipollicaria, subtus palliliora, punctata, punctis oculo armato e pilis adpressis, simpliciter*

venosa: ramorum floriferorum brevissime petiolata, lanceolata, altero latere angustiora, integerrima, acuminata, mucrone longo terminata. Pedunculi *axillares oppositi, ramulorum alterni, solitarii, erecti; pedicelli pedunculo longiores, duo, tres vel sex.* Bracteae *duae setaceae ad basin pedicellorum: florales exteriores unguiculares, venosae, trinerves, altera minore, biflorae; interiores tres ad singulum florem, lanceolatae, villosae.* Capsulae *villosae.*

Valde affinis Just. martinicensi.

martinicensis. 94. JUSTICIA pedunculis axillaribus trifidis, bracteis elliptico-ovatis acutis trinerviis, foliis ellipticis acuminatis integerrimis.

Justicia martinicensis, foliis ovato-acuminatis, pedunculis trifloris bracteis ovatis, calyce longioribus. *Jacqu. am.* 5. *t.* 2. *f.* 3.

Habitat in sepibus arboreis Martinicae *et ad margines sylvarum.*

Caulis *herbaceus, suberectus.* Folia *petiolata, infima quinquepollicaria suprema vix pollicaria, basi in petiolum attenuata, glabra.* Pedunculi *oppositi, breves; pedicelli tres.* Bracteae *oppositae, altera minore.* Flores *sesquipollicares, rubentes.* Corollae *labium superius saepius emarginatum, e tubo intorto inferius: inferius oblongum, obtusum, laevissime tridentatum.*

retorta. 95. JUSTICIA pedunculis axillaribus sub quinquefloris, bracteis subulatis, foliis ovatis.

Habitat in India *orientali. Röttler.*

Caulis *herbaceus, subsulcatus, uti tota planta glaber:* Rami *interdum divaricati.* Folia *petiolata, semipollicaria, inferiora ovata, superiora oblonga, remota, avenia, subenervia, obtusiuscula.* Pedunculi *axillares terminales, folio multo longiores, pedicelli laterales breviores, uniflori, intermedius triflorus, longior; floribus sessilibus.* Bracteae *sub calycibus breves.* Calyx *quinquepartitus: laciniis linearilanceolatis, ope lentis glanduloso-subviscosis.* Corollae *tubus retortus.*

96. JUSTICIA hirsuta, floribus verticillatis, bracteis lanceolatis, foliis oblongo-lanceolatis attenuatis integerrimis. ✝ acuminata.

Dianthera acuminata; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, verticillis subsessilibus multifloris, bracteis ciliatis. *Fl. per.* 1. *p.* 10. *t.* 16. *f. b.*

Habitat in Huanuci *et* Huaurae.

Caulis *herbaceus, bipedalis, ramosus, erectus, hexagonus, villosus; villis apice glandulosis.* Folia *petiolata, remota, in acumine tenuissimo attenuata.* Pedunculi *axillares, gemini, terni, solitarii, brevissimi; pedicelli tres-quinque in singulo, laterales bracteati.* Bracteae *biflorae, attenuatae, ciliatae, persistentes, altera minori.* Calycis *laciniae quinque, subulatae, ciliatae.* Corolla *purpurea, extus pubescens, bracteis triplo longior, usque ad medium bifida: labium superius integrum: inferius levissime tridentatum.* Semina *hispidiuscula. Fl. per. l. c.*

97. JUSTICIA floribus axillaribus subverticillatis sessilibus, bracteis lincaribus, foliis lanceolatis. lithospermifolia.

Justicia ladanoides; foliis lanceolatis integerrimis, floribus axillaribus sessilibus subverticillatis, bracteis subulatis longitudine calycum. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 42.

Justicia lithospermifolia; herbacea; erecta; villosula; foliis lanceolatis, floribus verticillatis caule hexagono. *Jacqu. hort. schoenbr.* 1. *p.* 3. *t.* 4.

Habitat in Peru *nec in* China. ♃

Caulis *erectus, sexangularis, subvillosus, inferne geniculis infractis; articulis purpurascentibus, ramosus:* Rami *alterni.* Folia *breviter petiolata, pollicaria et ultra, acuta, basi villis raris, uti geniculi adspersa.* Flores *axillares, raro solitarii, interdum gemini: plerumque terni utrinque.* Bracteae *longitudine calycis, lineari-lanceolatae, ope lentis ciliatae.* Corolla *purpureo-violacea: labium superius emarginatum: inferius latius et longius, trilobum.* Anthera *inferior aristata.*

Planta spontanea parum villosior foliisque angustioribus quam in culta.

biflora. 98. JUSTICIA pedunculis axillaribus bifloris, folia ovata aequantibus, bracteis subulatis. *Symb. bot. 2. p. 9.*

Habitat in India *orientali.*

Caulis *suffruticosus*, *ramosus:* Rami *obscure tetragoni*, *glabri; articuli tripollicares*, *basi altero latere subgibbosi.* Folia *pollicaria*, *parum attenuata*, *basi acuta*, *integerrima.* Petioli *laxi*, *inferiores longitudine foliorum.* Pedunculi *filiformes; pedicelli inaequales.* Bracteae *duae ad basin pedicellorum*, *petiolatae*, *oblongae*, *acutae: florales tres sub singulo calyce*, *inaequales; duae subulatae.* Calyx *quinquepartitus.*

sessilis. 99. JUSTICIA floribus axillaribus sessilibus solitariis, foliis ovatis subcrenatis integerrimisque, caule erecto.

Justicia sessilis; fruticosa, floribus axillaribus sessilibus. *Jacqu. amer.* 11. *t.* 2. *f.* 2.

Justicia pauciflora; floribus axillaribus sessilibus solitariis, foliis ovatis, caule erecto. *Ecl. americ. 1. p. 2.*

Habitat in Caribaeis. ♄

Caules *plures*, *erecti*, *sesquipedales et ultra*, *teretiusculi*, *tenues*, *articulati; articuli bi-quinquepollicares:* Rami *oppositi*, *remoti*, *patentes*, *simplices*, *linea villosa decurrens alternans in singulo articulo*, *uti in caule.* Folia *breviter petiolata*, *semipollicaria vel parum ultra*, *saepe obtusa cum acumine brevissimo*, *interdum acutiora*, *supra obscure oblique nervosa*, *avenia*, *oculo armato pilis raris adspersa*, *saepe glabra*, *subtus pallidiora*, *submervoso-venosa*, *pilosa*, *praesertim in costa nervis et versus margines.* *Petioli ciliati.* Flores *versus apices ramorum et caulis.* Calyx *quadripartitus: laciniis subulatis*, *aequalibus.* Corolla *semipollicaris*, *extus villosa: tubus angustus: labium superius lineare vel rectum*, *indivisum: inferius parum brevius*, *trifidum; laciniis rotundatis*, *subaequalibus.* Anthera *una supra alteram.* Capsula *glabra.* Semina *muricata*, *glabra.*

Quamvis in nonnullis recedit a figura J. sessilis Jacquinii. forte tamen eam non specie differre suspicor. ***Genuinam sessilem non vidi.***

**** *Calyce simplici, corollis ringentibus.*
Monantherae.

100. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, floribus oppositis, bracteis calyce brevioribus, foliis ovatis acuminatis undulatis. ☥ caracasana.

Justicia caracasana; fruticosa; foliis ovato-lanceolatis, acuminatis, petiolatis; caule ramisque teretibus, sexstriatis; spicis terminalibus et axillaribus. *Jacqu. collect.* 4. *p.* 116. *Icon. vol.* 2. *t.* 206.

Habitat ad Caracas. ♄

Frutex *erectus*, *quinquepedalis*: Rami *sexangulares*, *ad lentem villosi*. Folia *breviter petiolata quadri-sexpollicaria*, *subrepanda vel integerrima*, *ope lentis villosa*. Spicae *solitariae*, *erectae*, *longe pedunculatae*, *tandem sine pedunculo*, *semipedales*; *calycibus fructiferis remotis*. Bracteae *ternae*, *acuminatae*, *lateralibus duplo angustioribus*, *calyce breviores*. Calyx *quadripartitus*: *laciniae lineari-lanceolatae*, *acuminatae*. Corolla *violaceo-saturate purpurea*: *Labium superius integerrimum*: *inferius trilobum*. Antherae *parallelae*. Jacquin. *l. c.*

101. JUSTICIA spicis axillaribus oppositis, bracteis ovatis acutis nervosis. *Symb. bot.* 2. *p.* 16. Adhatoda.

Adhatoda zeylanensium. *Herm. lugd.* 642. *t.* 643. *Plukn. alm.* 9. *t.* 173. *f.* 3.

Justicia adhatoda; arborea, foliis lanceolato-ovatis persistentibus, corollarum galea concava. *Lin. fl. zeyl.* 16.

Habitat in Ceilona *et* India *orientali*. ♄

Rami *articulati*, *glabri*, *in summitate alternatim compressi*; *articulis apice latioribus*. Folia *tripollicaria et ultra*, *lanceolato ovata*, *integerrima*, *supra glabra*, *subtus villosa*, *interdum quoque glabra*. Petiolus *brevissimus*. Spicae *versus summitatem*, *pedunculatae*. Pedunculus *folio brevior*, *inferne obscure tetragonus*, *superne crassior*, *ad insertionem florum articulatus*; *articuli compressi*. Flores *oppositi*, *solitarii*. Bractea *sub singulo flore*, *glabra*, *venosa*, *aliae duae lanceolatae*, *basi angustiores*, *calyce longiores*, *glabrae*, *ad basin calycis*. Calyx *quinquepartitus*: *laciniae lanceolatae*, *glabrae*.

Corolla *magna: Labium superius oblongum: inferius trifidum; laciniis oblongis.*
Variat bracteis ovato-cordatis et ovatis.

repens. 102. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque secundis glabris, bracteis dorsalibus bifariis lanceolatis margine membranaceis. *Symb. bot.* 2. *p.* 16.
Adhatoda spicata, flosculos ex foliolis membranaceis. *Burm. Zeyl.* 7. *t.* 3. *f.* 2.
Justicia repens; foliis ovatis, spicis terminalibus, bracteis lanceolatis, caule repente. *Lin. fl. zeyl.* 20.
Habitat in India *orientali.* 4
Caulis *basi repens*, *diffusus*: Rami *oppositi*, *decumbentes*, *angulati*, *glabri.* Folia *petiolata*, *pollicaria vel parum ultra*, *interdum minora ovata*, *basi attenuata vel elliptico-lanceolata*, *obtusiuscula*, *plerumque integerrima*, *raro obscure crenata*, *oculo armato subpilosa.* Pedunculi *axillares et terminales*, *breves*, *solitarii*, *apice diphylli.* Spicae *pollicares*, *dorso bracteis lanceolatis*, *cuspidatis*, *imbricatae.* Bracteae *tres ad basin singuli calycis*, *unica exterior*, *ovato-subrotunda*, *margine lato membranaceo*, *laterales calycem involventes*, *lanceolatae.* Flores *secundi*, *oppositi.* Calyx *quinquepartitus: laciniae subulatae, aequales.*

pectinata. 103. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque secundis villosis, bracteis dorsalibus lanceolatis bifariis basi margine membranaceis. *Symb. bot.* 2. *p.* 16.
Justicia pectinata; diffusa, spicis axillaribus sessilibus tomentosis secundis dorso imbricatis semilanceolatis. *Lin. am. ac.* 4. *p.* 290.
Justicia parviflora; diffusa, foliis ovatis integris, spicis secundis, bracteis lanceolatis: anterioribus alatis. *Retz. obs. fasc.* 5. *p.* 9.
Habitat in India *orientali.* 4
Caules *spithamaei*, *diffusi*, *filiformes*, *tetragoni*, *angulis pilis reversis adspersis.* Folia *petiolata*, *unguicularia vel parum longiora*, *oblonga*, *obtusiuscula*, *ope lentis pilis raris adpressis.* Pedunculi *solitarii*, *apice diphylli*, *longitudine foliorum.* Spica *pollicaris.* Bracteae *dorsales interne tantum margine tenuissimo membrana-*

ceo, cuspidatae, ciliatae; tres interiores villosae, anterior margine lato membranaceo cincta, subrotunda, omnes uti calyces villosi.

104. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque secundis subtomentosis, bracteis dorsalibus bifariis ovatis demarginatis. **infracta.**

Habitat in India *orientali*, *Laur. Burmann.*

Caulis *semipedalis, basi repens; articulis infractis, tetragonus, angulis pilosis.* Folia *petiolata, pollicaria, ovata, basi attenuata, integerrima vel obscure repanda.* Pedunculi *pollicares, apice diphylli.* Spica *brevis.* Bracteae *dorsales absque margine membranaceo (demarginatae mihi), praeterea tres ad basin singuli calycis, unica exterior margine lato membranaceo cincta, interiores lineares, membranaceae, tenues, uti exterior villosissimae.*

A repente differt: bracteis interioribus villoso-lanuginosis; a pectinato margine bractearum dorsalium nullibi membranaceo, spicis crassioribus.

105. JUSTICIA pedunculis axillaribus solitariis unifloris alternis, foliis oblongis, caule repente. *Symb. bot. 2. p.* 10. **sanguinolenta.**

Habitat in umbrosis declivis Ceylonae.

Caulis *herbaceus, simplex, basi repens, geniculatus; articuli inferiores bipollicares, superiores unguiculares.* Folia *pollicaria, plerumque integerrima, rarius obscure crenata, obtusa, glabra.* Petiolus *folio duplo vel triplo brevior.* Pedunculi *superne imbricati, squamis sex, minutis, setaceis, oppositis.* Calyx *quinquefidus; laciniae setaceae, tubum corollae superantes.* Corollae *tubus brevis: lacinia superior oblonga, emarginata: inferior duplo latior, longitudine superioris, subtrifida; laciniis lanceolatis.*

Diantherae.

106. JUSTICIA thyrsis terminalibus subimbricatis, subcomosis, foliis ellipticis. **comosa.**

Habitat in America *meridionali. Ex herbario Royenii.*

Caulis *herbaceus, tetragonus, crassitie pennae anserinae, glaber.* Folia *petiolata, tri-quadripollicaria, glabra, integerrima, subavenia.*

Thyrsus *terminalis caulis et ramorum, semipedalis e pedunculis geminis; inferiores longitudine interstitiorum, superiores longiores.* Pedunculi *partiales oppositi.* Flores *sessiles, imbricati.* Bracteae *lanceolatae, villosae, attenuatae, calyce longiores, terminales subcomosae.* Corolla *villosa: Labium superius indivisum, fornicatum.* Antherae *geminae, altera supra alteram.*

betonica. 107. JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis ovatis acuminatis venoso-reticulatis, foliis lanceolato-ovatis petiolatis.

Betonica frutescens. *Bont. javan.* 146.
Bem curini. *Rheed. mal.* 2. *p.* 126. *t.* 21.
Justicia betonica; fruticosa, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis acuminatis venoso-reticulatis coloratis. *Lin. fl. zeyl.* 18.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *obscure angulati, articulati, glabri; articuli superne parum latiores.* Folia *pollicaria, glaberrima, margine inaequalia.* Petiolus *brevis.* Spica *bi-s-tripollicaris.* Bracteae *oppositae, imbricatae, pallidae, venis viridibus reticulatae, subsemipollicares.* Flores *solitarii, oppositi.* Calycis *laciniae lanceolatae, villosae.* Anthera *superior globosa: inferior basi aristata; arista membranacea, albida.*

trinervia. 108. JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis lanceolatis coloratis trinerviis, foliis lineari-lanceolatis sessilibus.

Habitat in India *orientali. Röttler.*

Caulis *herbaceus, erectus, teres, ramosus, glaber:* Rami *alterni.* Folia *sesquipollicaria, obtusa, integerrima, glabra, supra avenia, subtus subvenosa.* Spicae *breves, ovatae.* Bracteae *calyce longiores, acutae, basi albidae, nervis tribus viridibus pictae.* Calycis *laciniae lineari-lanceolatae, glabrae.* Corolla *extus villosa.* Capsula *pubescens.* Anthera *inferior basi arista alba.*

Affinis J. betonicae.

plicata. 109. JUSTICIA spicis terminalibus tetragonis, bracteis lineari-lanceolatis ciliatis, foliis lanceolato ellipticis, caule repente.

Habitat in Aquapim Guineae. *Thonning.*

Caulis *herbaceus, pedalis, teretiusculus, striatus, pilosiusculus:* Rami *erecti.* Folia *breviter petiolata, bi-tripollicaria, basi attenuata, subintegerrima, nervoso-venosa, nervis utrinque margineque villosa, coeterum glabra.* Spica *bi-tripollicaris.* Flores *saepius utrinque terni, versus apicem confertiores.* Bractea *ad singulum verticillum utrinque, tres ad basin singuli floris, intermedia lineari-lanceolata, angustissima, laterales setaceae.* Calyx *bracteis brevior: laciniae carinatae, acuminatae, sphacelatae.* Corollae *tubus calyce longior, varie plicatus: Labium superius breve, erectum, extrorsum attenuatum, obtusum, concavum, plica carinatum, extus pubescens, membranaceum, subcoloratum: Labium inferius longius, latius, semitrifidum, obtusum, planum, reflexum, flavum.* Stamina *longitudine fere labii superioris.* Anthera *inferior aristata.* Stigma *bifidum.* Capsula *calyce longior, oblonga.* Semina *compressa, rugosiuscula.* Thonning.

110. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque filiformibus, floribus distantibus, bracteis setaceis, foliis oblongis obtusis. **reticulata.**

Habitat — — — Ex herbario Lamarckii.

Caulis *herbaceus, basi repens, spithamaeus, subramosus.* Folia *subpetiolata, semipollicaria, basi acuta, integerrima, venis palliduribus reticulata, oculo armato albo-lineolata.* Spicae *bipollicares.* Flores *parvi.* Corolla *ringens.* Anthera *una supra alteram.*

111. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque subsessilibus, bracteis linearibus, foliis lineari-lanceolatis ovatisve. **reflexiflora.**

Habitat in glareosis montosis St. Thomae. *Richard.*

Caulis *inferne frutescens, adscendens, debilis, teres, glaber, laevis: geniculi atro-purpurei:* Rami *plantae vetulae elongati.* Folia *petiolata, bipollicaria, plerumque lineari-lanceolata, basin versus sensim latiora, interdum ovata, utrinque attenuata, nervosa, avenia, glabra, integerrima; in umbrosis petiolis foliisque reflexis.* Spicae *vix semipollicares.* Bracteae

tres lineares ad basin calycis. Calyx *quinquepartitus: laciniae lineares, interdum lineari-lanceolatae, unguiculares, acutae, uti bracteae oculo armato villosulae.* Corolla *semipollicaris, dilute violacea, interdum subpurpurascens, extus oculo armato villosula, ringens: Labium inferius trilobum: superius breviter bifidum; lobi obtusi.* Filamenta *superne oculo armato pilis aliquot.* Anthera *una supra alteram.* Capsula *turbinata, villosa, subcanescens, calyce longior.*

A Carthaginensi differt bracteis.

humifusa. 112. JUSTICIA spicis terminalibus umbellatis filiformibus, foliis ovatis cordatisque, caule decumbente.

Justicia humifusa; caule herbaceo decumbente, foliis ovatis cordatisque, spicis umbellatis. *Swartz. prodr.* 14. *Fl. Ind. occid.* 1. *p.* 35.

Habitat in aquosis Jamaicae. ⊙

Caules *aggregati, basi repentes, dichotomi, tetragoni, glabri.* Folia *breviter petiolata, unguicularia, juniora cordata, adultiora ovata, acuminata, obtusa, glabra, oculo armato albido-lineolata.* Spicae *tres, subbipollicares.* Flores *distantes, subsecundi, parvi.* Bracteae *minutae, uti laciniae calycis lineares.* Corollae *labium inferius trifidum.* Stigma *simplex.*

Facies J. comatae.

secundiflora. 113. JUSTICIA spicis axillaribus racemosis elongatis, floribus secundis, foliis ellipticis obsolete crenatis acutis glabris. †

Dianthera secundiflora: foliis lanceolato-oblongis obsolete crenatis, pedunculis solitariis polystachyis, floribus secundis. *Fl. peruv.* 1. *p.* 11. *t.* 15. *f. a.*

Habitat in nemoribus Peruviae.

Caules *plures herbacei, tripedales, ramosi, leviter sexangulati, glabri, dilute purpurascentes.* Folia *petiolata, patentia, venosissima.* Pedunculi *solitarii, folio longiores, purpurei, pubescentes.* Spicae *oppositae, pedicellatae, simplices, interdum bifidae.* Bracteae *subulatae, parvae ad basin pedicellorum et duae similes sub calyce.* Calycis *laciniae quinque,*

subulatae. Corolla *purpurea: Labium integerrimum: inferius trifidum; laciniis obovatis.* Fl. per. *l. c.*

114. JUSTICIA racemis terminalibus, pedunculis inferioribus dichotomis, superioribus indivisis unifloris, foliis ovatis attenuatis integerrimis. † racemosa.

Justicia racemosa; foliis ovato-lanceolatis, pedunculis dichotomis, floribus racemosis. *Fl. per. 1. p. 9. t. 12. f. b.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.* 2

Caulis *herbaceus, tripedalis, villosus, erectus, obtuse tetragonus, quadrisulcatus, striatus, ramosus:* Rami *fragiles.* Folia *patentia, venosissima.* Pedunculi *partiales bini vel terni utrinque; inferiores semel vel bis divisi.* Bracteae *duae subulatae ad basin pedunculorum et pedicellorum, tres sub singulo calyce.* Calyx *quinquepartitus; laciniae lineari-lanceolatae.* Corolla *punicea, calyce triplo longior: Labium superius concavo-carinatum, integrum: inferius leviter tricrenatum.* Stamina *longitudine corollae.* Antherae *muticae.* Capsula *bilocularis.* Semina *laevia.* Fl. per. *l. c.*

115. JUSTICIA spicis axillaribus umbellatis, foliis lanceolato-oblongis undulatis basi subsagittatis. † appendiculata.

Dianthera appendiculata; foliis lanceolatis undulatis basi appendiculatis, pedunculis solitariis ternisque, tri-quinquefidis parallelis. *Fl. per. 1. p. 12. t. 13. f. a.*

Habitat in Peruviae *nemoribus umbrosis.*

Caulis *herbaceus, orgyalis, erectus, obsolete angulatus, vix divisus, superne purpurascens.* Folia *petiolata, fere quadripalmaria, basin versus sensim attenuata, obtusa, utrinque lobo rotundato desinentia, integerrima, venosissima, apice acuta.* Pedunculi *solitarii, bini vel terni, tri-quinquefidi.* Flores *alterni basi:* Bractea *lanceolata, aliae tres similes sub calyce.* Calycis *laciniae quinque, lineari-lanceolatae.* Corolla *purpurea, calyce quadruplo longior: Labium superius integrum: inferius trifidum.* Antherae *aristatae.* Semina *granulosa.* Fl. per. *l. c.*

jalapaefolia. 116. JUSTICIA umbellis dichotomiae triradiatis, bracteis lanceolatis, caule superne dichotomo, foliis ovatis subcrenatis.

Habitat in Java. *Ex herbario Thouinii.*

Glabra. Caulis *herbaceus.* Folia *petiolata, bipollicaria, attenuata, extrorsum obsolete crenata, subvenosa.* Pedunculi *bipollicares, apice pedicelli tres umbellati: laterales triflori, intermedius quinqueflorus, vix unguiculares.* Bracteae *duae, ovatae, parvae ad basin pedicellorum; florales acutae, calyce parum longiores.* Calycis *laciniae subulatae.* Corolla *purpurea: Labium superius, oblongum, concavum, integerrimum: inferius emarginatum.* Anthera *una supra alteram, lineares, angustae, tortae.*

multiflora. 117. JUSTICIA umbellis axillaribus ternis bi-quadriradiatis, bracteis cuneiformibus, foliis oblongis pubescentibus, caule erecto. †

Dianthera multiflora; foliis oblongis, pedunculis ternis bi-quadrifidis, floribus duobus tribus in singulis binis bracteis. *Fl. peruv.* 1. *p.* 10. *t.* 14. *f. b.*

Habitat in Peruviae *umbrosis.* ⊙

Caulis *sesquipedalis, erectus, inferne ramosus, sexangularis, hispidulus.* Folia *petiolata, acuta, integerrima, utrinque pubescentia.* Bractea *lineari-subulata ad basin pedicellorum.* Flores *sessiles, duo vel tres in singulo pedicello inter binas bracteas cuneiformes, glabras, praeterea bracteae duae aliae infra singulum calycem, lineari-subulatae, ciliatae.* Calycis *laciniae quinque subulatae, pubescentes.* Corolla *purpurea: Labium inferius tridentatum.* Fl. per. *l. c.*

tomentosa. 118. JUSTICIA umbellis axillaribus subsolitariis quadriradiatis, bracteis cuneiformibus, foliis ovatis tomentosis, caule repente. †

Dianthera repens; foliis ovatis, acutis, pedunculis solitariis geminisque quadri-quinquefidis, floribus duobus-tribus in singulis binis bracteis. *Fl. peruv.* 1. *p.* 10. *t.* 15. *f. b.*

Habitat in fissuris rupium. Limae.

Caules *plures, suffruticosi, pedales, obsolete sexangulares, cinerei, ramosi.* Folia *breviter petiolata, radicalia ovato-subrotunda, remote dentata.* Pedunculi *solitarii vel gemini: pedicelli brevissimi, quatuor vel quinque in singulo pedunculo; bracteae duae subulatae ad basin pedicellorum.* Bracteae *duae, subcuneiformes: altera parum brevior, brevissime acuminatae, concavae, utrinque glandulosae, includentes flores duos-tres; duae aliae subulatae, glandulosae, sub singulo calyce.* Calycis *laciniae quinque, villosae, apice glandulosae.* Corolla *rubra, extus pubescens: Labium superius integrum: inferius concavum, levissime tridentatum. Fl. per. l. c.*

119. JUSTICIA hirsutissima, pedunculis axillaribus terminalibusque geminis bifloris, bracteis oblongis, foliis ovatis acutis integerrimis. † inficiens.

Dianthera hirsuta; foliis ovatis acutis, pedunculis geminis, floribus duobus in singulis binis bracteis. *Fl. per.* 1. *p.* 11. *t.* 13. *f. b.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.*

Caulis *herbaceus, bipedalis, simplex, erectus, tetragonus, quadrisulcatus, superne foliosus; villi tri-sexarticulati.* Folia *petiolata.* Bracteae *acuminatae, altera breviore: duae subulatae sub singulo calyce ejusque longitudinis.* Calycis *laciniae subulatae, aequales.* Corollae *labium superius erectum, concavum: inferius trifidum; laciniis obtusis, reflexis. Fl. per. l. c.*

Tincturam coeruleam dat exsiccata, aqua respersa papyrum colore coeruleo inficit. ib.

120. JUSTICIA pedunculis axillaribus subtrifloris, floribus sessilibus, foliis oblongis obtusis. trisulca.

Symb. bot. 2. *p.* 10.

Dianthera trisulca. *Forsk. descr. p.* 7.

Habitat in Arabia. ♄

Frutex *rigidus.* Rami *oppositi, distorti, cicatricati, teretes, apice tetragoni, cortice cinereo, pubescentes, inferne aphylli.* Folia *petiolata, pollicaria, approximata, integerrima, coriacea, avenia, nervosa; tenella subcinerascentia.* Pedunculi *petiolo duplo breviores, solitarii, oppositi, bi-s.triflori.* Flores *sessiles.* Bractea *utrinque ad apicem pedunculi, lanceo-*

lata, calyce longior; alia ad basin singuli floris, ovata, cinerascens, calyce brevior. Calyx *quinquefidus: laciniis lanceolatis, subvillosis.* Corolla *sesquipollicaris: Labiis aequalibus: superius lanceolatum, obtusum, integrum: inferius trifidum; laciniis linearibus.* Stamina *longitudine corollae.* Stylus *corolla longior.*

moretiana. 121. JUSTICIA floribus axillaribus solitariis terminalibus spicatis, foliis lanceolatis. ☩

Adhatoda, florè solitario ex singula folii ala proveniente. *Burm. zeyl.* 7. *t.* 3. *f.* 1.

Justicia moretiana; herbacea, foliis lanceolatis integerrimis, floribus axillaribus, solitariis. *Burm. fl. ind.* 10. *excluso synonyma Rumph.*

Habitat in arenosis Indiae.

Folia *glabra.* Corollae *labium inferius trifidum. Burm. zeyl. l. c.*

An flores terminales spicati? an monanthera? ob similitudinem cum insequente huc locavi.

hyssopifolia. 122. JUSTICIA pedunculis axillaribus subtrifloris, foliis lanceolatis obtusis.

Ecbolii indici: s. adhatodae cucullatis floribus aemula; hyssopifolia planta ex insulis fortunatis. *Plukn. alm.* 132. *t.* 280. *f.* 1.

Justicia hyssopifolia; fruticosa, foliis lanceolatis integerrimis, pedunculis trifloris ancipitibus, bracteis calyce brevioribus. *Lin. syst. veg.* 63. *Mill, dict.* 9.

Habitat in insulis Fortunatis. ♄

Rami *glabri, articulati, supremi compressi.* Folia *subpetiolata, glabra, integerrima, basi attenuata.* Pedunculi *uni-triflori.* Bracteae *duae, oppositae, versus medium pedunculi, lanceolatae, nullae sub calyce.* Calycis *laciniae lanceolatae,* corolla *diplo breviores.* Corolla *pallidi-flava, pubescens: Labium superius oblongum: inferius trilobum.* ☆

orchioides. 123. JUSTICIA pedunculis axillaribus solitariis unifloris, foliis lanceolatis utrinque acutis. *Symb. bot.* 2. *p.* 10.

Justicia orchioides; foliis ovatis sessilibus, floribus axillaribus solitariis pedunculatis. *Lin. suppl.* 85.

Habitat in Cap. b. spec. ♄

Fruticulus *rigidus, glaber:* Rami *alterni.* Folia *sessilia, semiunguicularia, sursum versus sensim minora, rigida, crassiuscula, avenia, enervia, integerrima, apice pungentia.* Pedunculi *longitudine foliorum.* Bracteae *binae in medio pedunculi, deciduae.* Calycis *laciniae setaceae, subaequales.*

124. JUSTICIA floribus axillaribus sessilibus, foliis lanceolatis obtusis villosis. † capensis.

Justicia capensis; fruticosa, villosa, foliis lanceolatis obtusis, floribus axillaribus sessilibus. *Thunb. prodr.* 104.

Habitat in Cap. b. spei. ♄

An hujus sectionis?

125. JUSTICIA floribus solitariis sessilibus, foliis obovatis emarginatis. *Symb. bot.* 2. *p.* 10. cuneata.

Habitat in Cap. b. spei. ♄

Frutex *rigidus, ramosus, cortice cinereo:* Rami *ramulique oppositi, patentes, angulati, articulati, tuberculo parvo utrinque ad apicem singuli articuli.* Folia *sessilia, vix semiunguicularia, crassa, supra avenia, subtus venosa, integerrima, emarginata.* Flores *alterni, basi bibracteati.* Bracteae *lineares, longitudine calycis.* Calyx *quinquefidus: laciniis lineari-lanceolatis.* Corolla *fere Just. hyssopifoliae.* Antherae *geminae, altera supra alteram, inferior basi arista alba, apice inflexa.*

126. JUSTICIA floribus axillaribus solitariis sessilibus terminalibus spicatis, bracteis obcordatis, foliis obovatis, ramis incanis. tranquebariensis.

Justicia tranquebariensis; suffruticosa, caule tereti, foliis orbiculatis, spicis terminalibus solitariis, bracteis obcordatis. *Lin. suppl.* 85.

Justicia parvifolia; fruticosa, caule ramoso tereti albicante, foliis orbiculatis, floribus sessilibus axillaribus solitariis. *Lamarck dict. bot.* 1. *p.* 627.

Habitat ad Tranquebar. ♄

Caulis *fruticosus:* Rami *teretes, oppositi, diffusi.* Folia *unguicularia, basi acuta, integerrima, venis incanis.* Petiolus *longitudine fere folii.* Flores *axillares solitarii, superiores in spica foliacea.*
Variat foliis majoribus et minoribus.

odora. 127. JUSTICIA floribus axillaribus sessilibus oppositis, foliis subrotundis. *Symb. bot. 2. p.* 11.
Dianthera odora. *Forsk. desc. p.* 8.
Habitat in Arabia. ♄
Frutex *ramosus, cortice cinereo:* Rami *obscure tetragoni, sulcis quatuor exarati.* Folia *petiolata, vix pollicaria, ovalia vel subrotunda, coriacea, avenia, mucronata.*

***** *Calyce simplici, corollis subaequalibus.*

infundibuliformis. 128. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, bracteis imbricatis lanceolatis villosis, foliis lanceolato-ovatis quaternis.
Manja-Kurini. *Rheed. mal. 9. p.* 121. *t.* 62.
Justicia infundibuliformis; fruticosa, foliis lanceolato-ovatis quaternis, bracteis lanceolatis ciliatis. *Lin. spec. pl.* 21.
Habitat in India *orientali. In* Arabia. *Forskål.* ♄
Rami *teretes.* Folia *verticillato-quaterna, superne conferta, bipollicaria, integerrima, glabra.* Petiolus *folio duplo brevior, laxus.* Pedunculi *foliis duplo longiores, erecti, teretes, pubescentes, solitarii.* Spica *oblonga, distiche-imbricata.* Bracteae *exteriores nervosae, ciliatae, acutae, concavae, unguiculares; interiores geminae, lineares, pilosae, longitudine exteriorum.* Calyx *quinquepartitus: laciniae apice pilosae, tres latiores, lanceolatae; laterales lineares.* Corolla *speciosa: Tubus filiformis, bracteis longior: Limbus quinquefidus, planus; laciniae oblongae, emarginatae, infima parum majore.*
Arabica *villosior quam indica.*

nervosa. 129. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque imbricatis, bracteis oblongis venosis foliisque ovatis acuminatis.
Habitat in India *orientali. Röttler.* ♄

Caulis *fruticosus, ramosus:* Rami *tetragoni, glabri.* Folia *petiolata, opposita, patentissima, bi-tripollicaria, per petiolum parum decurrentia, inferiora interdum oblonga, obsolete crenata, superiora ovata, integerrima, acumine semipollicari terminata, glabra, arcuatim nervosa, subtus subvenosa.* Pedunculi *ex axillis ultimis et apicibus, solitarii, folio duplo breviores, tetragoni.* Spicae *oblongae, longitudine pedunculi.* Bracteae *vix semipollicares, arista subpungente terminatae, pallidae, venis saturatius coloratis reticulatae.* Corolla *infundibuliformis, sesquipollicaris: Tubus apice parum latior: Limbi laciniae oblongae.* Antherae *parallelae.*

130. JUSTICIA spicis axillaribus imbricatis elongatis, bracteis subcuneiformibus venoso-reticulatis ciliatis, foliis ellipticis. rosea.

Habitat in India *orientali.*

Caulis *herbaceus, erectus, tetragonus, glaber, rigidus, crassitie pennae anserinae.* Folia *petiolata, venosa, glabra.* Pedunculi *axillares, solitarii, basi diphylli, inferne glabri, superne pilosi, patentes.* Bracteae *oppositae, semipollicares, oblongae, rigidiusculae, basin versus parum angustatae, sessiles, acutiusculae, interstitiis longiores.* Flores *solitarii, sessiles, bracteae duae lineares ad basin calycis.* Calyx *brevissimus: laciniis linearibus, villosulis.* Corolla *infundibuliformis, sanguinea, bractea triplo longior: Tubus tenuis, rectus, glaber: Limbus subtus in junioribus villosus, laciniae oboviatae.*

131. JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis subulatis, foliis ovatis. hypocrateriformis.

Habitat in Guinea. *Thonning.* ♄

Caulis *frutiçosus:* Rami *glabri, acute tetragoni.* Folia *petiolata, opposita, sesquipollicaria, basi parum acuminata, acuta, apice parum attenuata, obtusiuscula, glaberrima, arcuatim nervosa, subtus subvenosa, pallidiora, integerrima.* Spica *bi-tripollicaris.* Flores *approximati.* Bracteae *ope lentis margine villosae, in setam semipollicarem attenuatae.* Calyx *quinquepartitus: laciniis subulatis, glabris, tubo corollae triplo brevioribus.* Corolla *subregularis, sublty-*

pocrateriformis: Tubus sesquipollicaris: Limbus quinquefidus; laciniae obovatae, tubo corollae triplo breviores. Antherae *parallelae.* Filamenta *tubo parum longiora.* Capsula *fere sesquipollicaris, clavata.*

fastigiata. 132. JUSTICIA racemis axillaribus simplicibus terminalibus subcompositis fastigiatis, bracteis linearibus, foliis oblongis ovatisque.

Justicia fastigiata; foliis ovatis acuminatis, pedunculis fastigiatis, bracteis lineari subulatis villoso-hispidis inaequalibus, calyce longioribus. *Lamarck. illustr. p.* 41.

Habitat in India *orientali. Ex herbario Lamarkii.*

Caulis *herbaceus, obtuse tetragonus, glaber.* Folia *petiolata, bipollicaria et ultra, attenuata, integerrima, glabra, subvenosa, supra nitida.* Pedunculi *villoso-viscosi: pedicelli uniflori.* Bracteae *quatuor-quinque, villosae, unguiculares, inaequales, calyce triplo breviores.* Calyx *quinquepartitus: laciniae subulatae, piloso-glandulosae.* Corolla *pollicaris: Tubus linearis, calyce longior, glaber: Limbus regularis, extus oculo armato villosus.* Antherae *parallelae, villosae.*

repanda. 133. JUSTICIA pedunculis axillaribus trifidis, foliis ellipticis repandis.

Justicia repanda; pedunculis axillaribus trifidis, foliis ovatis repandis. *Forst. prodr. n.* 12.

Habitat in insula Tanna. ♄

Caulis *fruticosus.* Corolla *hypocrateriformis.* Antherae *parallelae.*

sinuata. 134. JUSTICIA pedunculis axillaribus trifidis, foliis lanceolatis sinuato-pinnatifidis. *Symb. bot. 2. p.* 11.

Justicia longifolia; suffruticosa, foliis linearibus sinuatis, pedunculis trifidis axillaribus. *Forst. prodr. n.* 13.

Habitat in Tanna.

Rami *angulati, glabri, cortice cinereo.* Folia *petiolata, tripollicaria vel ultra, utrinque attenuata, glaberrima: laciniae remotae; alternae, rotundatae.* Antherae *parallelae.*

parviflora. 135. JUSTICIA floribus axillaribus subternis sessilibus, foliis lanceolatis. †

Justicia parviflora; foliis lanceolatis, floribus axillaribus subternis sessilibus, corollis minimis regularibus. *Ortega dec.* 1. *p.* 1.
Habitat in regno Mexicensi.
Pubescens. Caulis *herbaceus*, *diffusus*, *semipedalis.* Folia *breviter petiolata, internodiis duplo longiora*, *integerrima.* Flores *interdum solitarii*, *interdum gemini.* Bracteae *lineares.* Corollae *tubus basi ampliatus: laciniae quinque limbi subrotundae.* Ortega *l. c.*

136. JUSTICIA pedunculis axillaribus trifloris, foliis oblongis, caule inermi. vincoides.
Justicia vincoides fruticosa, foliis ovatis glabris, pedunculis subunifloris, limbo corollarum plano quinquepartito. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 37.
Habitat in Madagascar. *Commerson*, *Thouin.* ♄
Rami *cortice cinereo*, *glabri*, *ad articulos dilatati*, *superne alternatim compressi*, *dente utrinque obtuso cavo post casum foliorum cicatricati*; *ramuli axillares*, *brevissimi.* Folia *petiolata*, *pollicaria*, *obtusa*, *basi acuta*, *integerrima*, *avenia*, *utrinque glaberrima.* Pedunculi *axillares*, *folio duplo breviores*, *triflori.* Flores *laterales abortientes.* Bractea *subulata utrinque ad basin et duae in medio pedicellorum.* Calyx *quinquepartitus: laciniae subulatae*, *tubo corollae breviores.* Corolla *infundibiliformis*, *extus pubescens*: *Laciniae oblongae*, *obtusae.* Filamenta *corolla breviora.* Antherae *parallelae.*
Aliam in herb. Jussiaei vidi pedunculis bi-s-trifidis, vel pedunculis brevibus semitrifidis, *ramis trifloris*, *floribus pedicellatis*, *an modo varietas?*

137. JUSTICIA pedunculis subunifloris, foliis oblongis, spinis axillaribus. *Symb. bot.* 2. *p.* 17. spinosa.
Justicia spinosa, monanthera. *Jacqu. am.* 11. *t.* 2. *f.* 1.
Justicia spinosa; fruticosa, spinis axillaribus, pedunculis lateralibus. *Swartz. obs.* 12.
Habitat in Americae *meridionalis locis calcareis maritimis.* ♄
Rami *glaberrimi*, *obscure angulati*, *cortice cinereo*, *nigro punctati.* Folia *saepe plura ex eadem gemma*, *unguiculariu*, *inaequalia*, *ob-*

longa, obovata vel subrhomboideo-ovata, parum attenuata, integerrima, emarginata, glabra, nitida, avenia. Petioli *parum infra spinam.* Spinae *decussatae, utrinque solitariae, horizontales, recurvae, petiolo longiores.* Pedunculi *plures, interdum sex-septem, foliis duplo breviores, basi bracteis minutis suffulti.* Calycis *laciniae subulatae, longitudine tubi.* Corollae *pendulae, subregulares: laciniae oblongae, emarginatae.*

microphylla. 138. JUSTICIA pedunculis axillaribus unifloris, foliis lineari oblongis subcuneatisque aggregatis, spinis axillaribus brevissimis rigidis. *Ecl. amer.* 2. *p.* 1.

Justicia microphylla; foliis obovatis coriaceis, spinis axillaribus brevissimis, pedunculis unifloris lateralibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 27.

Habitat in insula St. Crucis. *West.* St. Domingo. *Richard.* ♄

Caulis *fruticosus, erectus, glaber:* Rami *decussati, oppositi, patentes, obscure angulati, cortice cinereo, inferne glabri, superne pubescentes, articulati; articulis apice parum latioribus.* Folia *subsessilia, tria vel quatuor simul ex eodem tuberculo, semiunguicularia, integerrima, obtusa, saepe emarginata, basi acuta, subcoriacea, avenia, enervia, glabra.* Spina *utrinque, folio brevior, horizontalis, pungens.* Pedunculi *plerumque solitarii, interdum duo-tres, filiformes, longitudine foliorum.* Calyx *parvus: laciniae lineares, acutae.* Corolla *subregularis, unguicularis: laciniae oblongae.* Antherae *parallelae limbo breviores.*

Variat foliis minoribus. magnitudine Thymi serpylli.

armata. 139. JUSTICIA aculeata, pedunculis axillaribus unifloris, foliis cuneato oblongis emarginatis.

Justicia armata; fruticosa, aculeata, foliis oblongis emarginatis coriaceis. *Swartz. prodr.* 13. *fl. Ind. occid.* 1. *p.* 28.

Habitat in rupibus montium Jamaicae *septentrionalis.* ♄

Caulis *fruticosus, bi-quadripedalis:* Rami *glabri, cortice cinereo, subtetragoni.* Folia *breviter petiolata, pollicaria, plerumque gemina utrin-*

que, subcoriacea, glabra, avenia, supra nitida. Aculei *suprafoliacei, erecti, oppositi, patentes, petiolis parum longiores.* Corollae *tubus gibbus: Labium superius bifidum: inferius trifidum.* Stylus *indivisus.*

140. JUSTICIA spinosa, pedunculis axillaribus solitariis unifloris, foliis oblongis mucronatis. **acicularis.**

Justicia acicularis; fruticosa, diffusa, spinosa, spinis setaceis, floribus pedunculatis axillaribus solitariis. *Swartz. prodr.* 13. *flor. ind. occid.* 1. *p.* 29.

Habitat in calcareis fruticetis Jamaicae. ♄

Fruticulus *pedalis:* Rami *declinati, longi, flexiles, cortice cinereo, nodosi, teretes; ramuli obscure tetragoni, subpubescentes.* Spinae *oppositae, patentes, foliis parum breviores, axillares.* Folia *petiolata, plerumque solitaria, unguicularia, obtusa, basi acuta, integerrima, supra lineolis immersis albidis oculo armato videndis, subtus pallidiora.* Pedunculi *longitudine petioli.* Corollae *labium superius bifidum: inferius trifidum.* Stylus *bifidus.*

141. JUSTICIA floribus axillaribus subsessilibus solitariis, foliis subrotundis, caule procumbente villoso inermi. **serpyllifolia.**

Habitat in India *orientali.. Röttler.* ♃

Radix *crassitie digiti.* Caules *plures, alternatim ramosi, e villis frequentibus canescentes, crassitie fili grossioris.* Folia *brevissime petiolata, Thymi serpylli parum majora, integerrima, subciliata, coeterum glabra, supra avenia, enervia, subtus nervosa.* Petioli *villosi.* Pedunculi *longitudine petioli.* Calycis *foliola setacea.* Corolla *parva, folio tamen parum longior, extus villosa, uti calyces.*

Filamenta *infra antheras penicillo plumoso.* Röttler.

Dubitat celeb. Röttler *num Justiciae species | vel proprii generis. Capsulam equidem non vidi, at habitus* Justiciae acicularis.

——— *Obscurae.*

142. JUSTICIA spicis terminalibus floribus oppositis remotis, bracteis dentatis, foliis oblongis remote dentato-spinosis. ☨ **mucronata.**

Justicia mucronata; foliis oblongo-obovatis dentato-spinosis. *Fl. peruv.* 1. *p.* 8. *t.* 10. *f. b.*
Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄
Frutex *biorgyalis*, *erectus*: Rami *inflexo-erecti*, *teretes.* Folia *interdum terna*, *petiolata*, *semipedalia*, *acuta*, *mucronata*, *supra nitida*: *denticuli incurvi.* Spica *terminalis*, *fere pedalis*, *erecta.* Flores *oppositi*, *interdum terni.* Bracteae *ovatae*, *acutae*: *bracteolae duae sub singulo calyce*, *laterales*, *sessiles*, *acutae*, *obsolete denticulatae*, *calyce duplo breviores.* Calyx *quinquepartitus*: *laciniae oblongae*, *margine denticulatae*, *membranaceae.* Fl. per. *l. c.*
Descriptio corollae et antherarum desideratur.

volubilis. 143. JUSTICIA spicis solitariis, alternis, foliis ovatis nervis infra villosis, caule volubili piloso. †
Dianthera americana varietas. *Vand. fl. lus. et bras. spec. in Röm. script. de pl. hisp. lus. et bras. p.* 71.
Habitat in Brasilia.

Vandellii. 144. JUSTICIA spicis solitariis oppositis, foliis ovato-lanceolatis infra villosis, caule volubili. †
Dianthera. *Vand. fl. lus. et bras. spec. in Röm. script. de pl. hisp. lus. et bras. p.* 71.
Habitat in Brasilia.

Vellozii. 145. JUSTICIA spicis solitariis terminalibus, foliis ovato-oblongis, utrinque pilosis, caule erecto subramoso piloso. †
Dianthera. *Vand. fl. lus. et bras. spec. in Röm. script. de pl. hisp. lus. et bras. p.* 71.
Habitat in Brasilia.

trifoliata. 146. JUSTICIA spica communi terminali solitaria, propriis ternis comosis, foliis ternis lanceolatis utrinque villosis reflexis. †
Dianthera. *Vand. fl. lus. et bras. spec. in Röm. script. de pl. hisp. lus. et bras. p.* 71.
Habitat in Lusitania.

obscura. 147. JUSTICIA? spicis lateralibus, foliis ovatis rugosis. †
Ziziphora siliquosa; foliis ovatis rugosis, spicis lateralibus, fructu siliquoso. *Lour. fl. cochinch.* 27.
Habitat in Cochinchina. ♄

Frutex *quinquepedalis, erectus.* Folia *opposita, magna, acuminata, integerrima, glabra.* Racemi *laterales.* Calyces, *uti corollae ruberrimae.* Corolla *labium superius oblongum, incurvum, integrum: inferius tripartitum; laciniis linearibus.* Siliqua *linearis, bivalvis.* Semina *quatuor, subrotunda.* Lour. *l. c.*

Planta obscura, minime Ziziphorae species, nec ad ullum aliud genus Diandriae, nisi forte ad Justiciam referri potest, ideoque huc collocavi, usque dum melius innotescit, potius quam omnino omittere.

Variae praeterea plantae sub nomine Justiciae in itinere Loeflingii *occurrunt p.* 235. 237. 251. 257. *quae omittuntur vel ob defectum characteris, vel quod dubium num hujus generis sint, vel quod forte ad unam vel alteram ex speciebus enumeratis pernineant. Just. hystrix Lamarck. illustr.* 1. *p.* 37. *est Barleria solanifolia Lin. Just. madurensis Symb. bot.* 2. *p.* 17. *est secundum nuperas observationes species Ruelliae. Just. furcata Lamarckii eadem ac Ruellia paniculata Lin. lupulina Lam. quae Ruell. Blechum Lin.*

Habitus. Caulis *et* rami *articulati; articulis post exsiccationem supra et infra geniculos collabentibus:* Folia *opposita, simplicia, plerumque integerrima.*

43. SCHIZANTHUS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 2-labiata, resupinata: labio superiore 5-partito, inferiore 3-partito. *Stam.* 4: 2. sterilia, *Caps.* 2-valvis, 2-locularis.

1. SCHIZANTHUS. *Fl. peruv. prodr.* 5. *t.* 1. *Fl. per.* 1. *p.* 13. *t.* 17. pinnatus.

Habitat Chili *in versuris agrorum. Ex herbario Revelliere Lepaux, quondam Directoris Reipubl. Galliae.*

Caulis *herbaceus, erectus, bipedalis, inferne rare villosus, superne villis frequentioribus, apice glandulosis.* Folia *subpetiolata, alterna, decursive pinnata: pinnae alternae, majores laciniato-pinnatifidae, vel serratae, minores lanceolatae, integerrimae, oculo armato villosae, obtusiusculae.* Stipulae *nullae.* Pedunculi *superne, oppositifolii, folio longiores, subsexflori:*

pedicelli alterni, filiformes, uniflori, villosi, inferior ad basin pedunculi communis ejusque fere longitudinis. Bractea *parva, ovata, ad basin singuli.* Flores *nutantes.* Calyx *inferus: laciniae lineares, extrorsum parum latiores, capsula calyce parum longior.*
Corollae *tubus compressus, longitudine calycis: Labium superius variegatum, in centro macula purpurea notatum: laciniis quatuor, lateralibus bifidis: laciniae labii inferioris falcatae, intermedia truncata.* Filamenta *sterilia villosa, sub labio superiore (inferiore), fertilia inferiori inserta.* Semina *plura.* Fl. peruv. *l. c.*

44. BÆA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 2-labiata, tubo brevissimo: labiis planis superiore 3-dentato, inferiore emarginato. *Caps.* 4. valvis, 2-locularis, contorta.

Magellanica. 1. BÆA. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 53. *t.* 15.
Habitat in rupibus humidis freti Magellanici, *Commerson.* 4
Facies Calceolariae plantagineae. Folia *radicalia, plura, petiolata, patentissima, bi-s-tripollicaria, elliptico-ovata, obtusa, serrata, basi integerrima, per petiolum parum decurrentia, nervosa, villosa, mollia, viridi-canescentia, juniora incana.* Petiolus *planus, folio duplo brevior.* Scapi *erecti, digitales, filiformes, foliis breviores, incani, uni-triflori: pedicelli aequales; foliola duo linearia, parva ad basin pedicellorum.* Calyx *persistens, villosus, incanus: laciniis lanceolatis.* Corolla *bilabiata: Labium superius latum, rotundatum, obscure trilobum: inferius reflexum, bifidum.* Stamina *corolla breviora.* Stylus *brevis.* Stigma *simplex.* Capsula *calyce longior, acuminata.*

45. CALCEOLARIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 2-labiata: labium inferius inflatum, calceiforme. *Caps.* semibivalvis: valvulis 2-fidis.

plantaginea. 1. CALCEOLARIA foliis rhombeo-ovatis denticulatis margine pilosis, scapis subbifloris.
Calceolaria biflora; foliis rhombeo-ovatis dentatis, scapo nudo bifloro. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 52.

Calceolaria plantaginea; scapis paucifloris, foliis rhombeis serratis. *Smith. ic. ined.* 1. *p.* 2. *t.* 2.
Jovellana scapiflora; foliis ovatis serratis, scapis inaequalibus unifloris. *Fl. per.* 1. *p.* 13. *t.* 18. *f. b.*
Habitat ad fretum Magellanicum *et in alpibus* Peruviae. 2
Folia *plura, basi in petiolum brevem attenuata, pollicaria, inaequaliter denticulata, basin versus integerrima, juniora praesertim margine pilosa, nervosa.* Scapi *solitarii vel plures, subspithamaei, teretes, purpurascentes, inferne glabriusculi, superne villoso-canescentes, uniflori vel biflori.* Calycis *laciniae oblongae, villosae.* Corolla *lutea.*

2. CALCEOLARIA subacaulis, foliis oblongo-ovatis subintegerrimis, pedunculis scapiformibus unifloris. nana.
Calceolaria uniflora; foliis ovatis integris in petiolum attenuatis radicalibus, scapis unifloris, labio corollae maximo pendulo. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 52. *t.* 15. *f.* 3.
Calceolaria nana; scapis unifloris, foliis ovatis integerrimis. *Smith. icon. ined.* 1. *p.* 1. *t.* 1.
Habitat ad fretum Magellanicum. 2
Caulis *vix semipollicaris, decumbens.* Folia *opposita, conferta, vix semipollicaria, petiolata vel sessilia, integerrima vel extrorsum leviter denticulata in eadem planta, glabriuscula, avenia, subtus obscurè nervosa.* Pedunculi *solitarii vel plures, bipollicares vel parum ultra, teretes, erecti.* Flores *magni, flavi.*

3. CALCEOLARIA foliis obovatis subcrenatis, supra pilosis, pedunculis scapiformibus unifloris. Fothergillii.
Calceolaria Fothergillii; foliis spathulatis integerrimis; pedunculis scapiformibus unifloris. *Hort. Kew.* 1. *p.* 30. *t.* 1. *Lamark. illustr.* 1. *p.* 52. *t.* 15. *f.* 1.
Calceolaria Fothergillii; foliis spathulatis, crenatis, villosis: pedunculis scapiformibus unifloris. *Cavan. ic.* 5. *p.* 25. *t.* 442. *f.* 1.
Habitat in insulis Falklandicis. ♂
Caules *vix pollicares, prope radicem subdivisi, purpurascentes.* Folia *in petiolum attenuata,*

vix pollicaria, basi connata, extrorsum obscure crenata. Pedunculi *terminales, solitarii vel gemini, tripollicares, teretes, purpurascentes, villosi, glutinosi, uniflori; folium parvum oblongum interdum versus medium.* Calycis *laciniae ovatae, acutae.* ✱

polyrhiza. 4. CALCEOLARIA subacaulis, foliis cuneiformibus subserratis acutis, pedunculis scapiformibus, pedicellis umbellatis. †

Calceolaria polyrhiza; foliis ovatis in petiolum attenuatis: floribus umbellatis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 25. *t.* 441.

Habitat in Americae *meridionalis portu vulgo Deseado locis humidis et insulis* Falklandicis.

Radix *obliqua.* Caulis *vix pollicaris, simplex.* Folia *approximata, oblonga, basi attenuata, remote obscure dentata vel integerrima.* Pedunculus *tri-vel quadripollicaris: pedicelli quinque, inaequales, plerumque uniflori: folia duo parva, sessilia, sub umbella.* Calycis *laciniae ovatae, tristriatae, subvillosae.* Corolla *lutea, rubro punctata: Labium superius breve, concavum, coarctatum: inferius fere pollicare, antice hians, apice adscendens.* Capsula *conica, bisulca.* Cavan. *l. c.*

pinifolia. 5. CALCEOLARIA subacaulis, foliis linearibus margine revolutis, pedunculis scapiformibus bifidis, pedicellis umbellatis. †

Calceolaria pinifolia; foliis linearibus angustissimis, confertis, limbo revoluto. *Cavan. ic.* 5. *p.* 26. *t.* 442. *f.* 2.

Habitat in Cordilleras Chili. ♃

Caulis *vix pollicaris, prope basin saepe divisus.* Folia *frequentia, approximata, pollicaria vel parum ultra.* Pedunculus *terminalis, bipollicaris et ultra; folia duo structura caulinorum sub umbella: pedicelli quatuor, duo intermedii uniflori, laterales biflori; foliola duo ovata ad divisuras.* Corolla *lutea: Labium superius minimum.* Cavan. *l. c.*

montana. 6. CALCEOLARIA subacaulis, foliis obovatis inaequaliter dentatis rugosis incanis, pedunculis dichotomis. †

Calceolaria montana; foliis radicalibus spathulatis, tomentosis, inaequaliter dentatis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 27. *t.* 443. *f.* 3.
Habitat in Cordilleras.
Folia *radicalia*, *plura.* Scapus *sesquipedalis*, *teres*, *rubescens*, *tomentosus*, *aetate nudus*, *bis bifidus cum pedicello solitario unifloro in secunda divisura, lateralibus quadrifloris: foliola duo, ovata, sessilia, sub singula divisura.* Calycis *laciniae ovatae*, *trinerviae.* Cavan. *l. c.*

7. CALCEOLARIA foliis oblongis dentatis rugosis tomentosis, pedunculis terminalibus bifidis, pedicellis racemosis. † racemosa.
Calceolaria racemosa; foliis ovatis, dentatis, rugosis tomentosis: floribus terminalibus racemosis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 29. *t.* 448.
Habitat inter arbusta prope arcem St. Caroli, *in portu vulgo Deseado* Chili *et in insulis* Maclovianis.
Caulis *herbaceus*, *sex- vel decempollicaris*, *teres*, *tomentosus.* Folia *plurima radicalia*, *basin versus parum attenuata*, *subsessilia*, *duo vel quatuor in caule*, *angusta.* Pedunculi *laterales bifidi*, *biflori cum pedicello in medio unifloro; terminales bifidi*, *pedicellis racemosis et unico in medio divisurae unifloro.* Calycis *laciniae villosae*, *trinerviae.* Corollae *labium superius breve: inferius ovatum.* Cavan. *l. c.*

8. CALCEOLARIA foliis cuneiformibus tomentosis incanis integerrimis, caule adscendente, pedunculis dichotomis. † cana.
Calceolaria cana: foliis oppositis, confertis, crassis, lanatis, ovatis, inferne attenuatis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 27. *t.* 443. *f.* 2.
Habitat in regno Peruviano. ♃
Caulis *bipollicaris*, *simplex.* Folia *approximata oblonga*, *basi attenuata*, *dense tomentosa; duo paululum supra reliqua*, *sessilia*, *minora*, *oblonga.* Pedunculus *bipartitus*, *partiales dichotomi; pedicelli duo in dichotomia*, *uniflori*, *folia duo sub divisuras.* Corolla *parva*, *lutea.* Cavan. *l. c.*

9. CALCEOLARIA foliis obovato-oblongis inaequaliter serratis subtomentosis, labio inferiore corollae tridentato. † crenatiflora.

Calceolaria crenatiflora; foliis ovatis, parce tomentosis: floribus corymbosis, corolla tricrenata. *Cavan. ic.* 5. *p.* 28. *t.* 446.

Habitat in humidis St. Caroli Chili.

Caulis *sesquipedalis, subtomentosus, superne bifidus.* Folia *radicalia plura, late oblongo-ovata, basi attenuata, caulina pauca, oblonga, duo inferiora subpetiolata, superiora sessilia.* Pedicelli *racemosi, uniflori.* Calycis *laciniae ovatae, acutae, trinerviae: fructiferae patentes.* Corolla *lutea: labium inferius maculis rubris variegatum: superius breve.* Capsula *chartacea, fulva.* Cavan. *l. c.*

paralia. 10. CALCEOLARIA foliis inaequaliter dentatis radicalibus cuneatis, superioribus oblongis connatis capsulisque tomentosis. †

Calceolaria paralia; foliis oblongo-ovatis, tomentosis, dentatis, superioribus connatis, radicalibus petiolatis: capsulis tomentosis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 29. *t.* 447.

Habitat Chili.

Caulis *herbaceus, bipedalis, erectus, uti tota planta tomentosus.* Folia *radicalia oblonga, basi attenuata, pauca in caule; floralia lanceolata.* Pedunculi *axillares et terminales, dichotomi, duo simplices in prima divisura.* Corollae *labium inferius versus faucem angustatum.* Cavan. *l. c.*

corymbosa. 11. CALCEOLARIA foliis radicalibus ovatis cordatisque petiolatis bicrenatis, caulinis cordatis semiamplexicaulibus. *Fl. per.* 1. *p.* 14. *t.* 20 *f. b.* †

Habitat in umbrosis Chili.

Hirsuta. Caulis *bipedalis, inferne simplex aphyllus, superne dichotomus foliosus.* Folia *radicalia ampla, obtusa, subtus albida, venosa, nulla in caule nisi superne ad divisuras, integerrima.* Pedunculi *terminales et axillares, bis vel ter bifidi: pedicelli in dichotomia, uniflori, saepe gemini, ultimi terni.* Corolla *lutea, lineis et punctis sanguineis variegata.* Fl. per. *l. c.*

12. CALCEOLARIA foliis oblongis serratis petiolatis, pedunculis trifidis ramis tri-s-exfloris, caule simplicissimo. † oblonga.

Calceolaria oblonga; foliis oblongis serratis, pedunculis trifidis, corollis punctatis. *Fl. per.* 1. *p.* 15. *t.* 24. *f. b.*

Habitat in Panatahuas *nemoribus.*

Caulis *herbaceus, sesquipedalis, erectus, teres.* Folia *caulina, pauca, breviter petiolata.* Pedunculus *terminalis, trifidus, partiales simplices semel vel bis-trifidi; pedicelli uniflori.* Calyx *hirsutus.* Fl. per. *l. c.*

13. CALCEOLARIA foliis ovalibus serratis, caule repente. *Fl. per.* 1. *p.* 15. *t.* 24. *f. a.* † punicea.

Habitat in Panatahuas *nemoribus.*

Hirsuta. Caulis *herbaceus, ramosus:* Rami *erecti.* Folia *supra glabra.* Petioli *breves.* Pedunculi *terminales bifidi, septem-octoflori: pedicelli umbellati, inaequales.* Corolla *punicea, glabra.* Fl. per. *l. c.*

14. CALCEOLARIA foliis oblongis lineatis dentatis hispidis, pedunculis axillaribus terminalibusque solitariis unifloris. † scabra.

Calceolaria scabra; foliis oblongis venoso-lineatis dentatis, caule aspero. *Fl. per.* 1. *p.* 19. *t.* 30. *f. a.*

Habitat Peru *in praeruptis.* ♄

Caules *plures, suffruticosi, tripedales, virgati, superne dichotome divisi, teretes, hispido-scabri, purpureo-ferruginei.* Folia *approximata, subsessilia, patentia, rugosa, secundum venas lineata, margine revoluta.* Pedunculi *longitudine foliorum.* Fl. per. *l. c.*

15. CALCEOLARIA foliis oblongo-ovatis biserratis glabris, pedunculis axillaribus terminalibusque, corollae labiis subaequalibus. † punctata.

Jovellana punctata; foliis ovato-oblongis duplicato-serratis, pedunculis multifloris cymosis. *Fl. per.* 1. *p.* 12. *t.* 18. *f. a.*

Habitat in sylvis Chili. ♄

Caulis *tripedalis, erectus, teres:* Rami *teneri pubescentes, glanduliferi.* Folia *petiolata, subtus albida, nonnulla supra villosa: floralia integerrima; omnia utrinque purpureo-punctata.*

Pedicelli *umbellati, uni-vel subquadriflori.* Calycis *laciniae ovatae, punctatae.* Corolla *albo-violacea, macula pallida punctisque purpureis variegata: Tubus brevis, basi villis articulatis hirsutus.* Stigma *emarginatum.* Fl. per. *l. c.*

pulverulenta. 16. CALCEOLARIA foliis oblongo-lanceolatis dentato-serratis, ramis pulverulentis. *Fl. per.* 1. *p.* 19. †

Habitat in Cantae *praeruptis.* ♄

Caulis *suffruticosus, orgyalis, ramosissimus, erectus, teres:* Rami *erecto-patuli, pulvere canescenti asperi.* Folia *breviter petiolata.* Pedunculi *axillares, solitarii, subquadriflori; foliolum unicum sub binis pedicellis.* Fl. per. *l. c.*

salicifolia. 17. CALCEOLARIA foliis ovato-lanceolatis serratis supra nitidis viscosis, subtus rugosiusculis cinereis, pedicellis erectis. †

Calceolaria salicifolia; foliis lanceolatis serratis, pedunculis geminis terminalibus umbellatis dichotomisque. *Fl. per.* 1. *p.* 18. *t.* 19. *f. b.*

Habitat in praeruptis et uliginosis Peruviae. ♄

Glaberrima. Caulis *suffruticosus, sexpedalis, erectus, teres, ramosus, fragilis, duplici cortice tectus; exteriori cinerea, membranacea; interiori ferruginea:* Rami *brachiati, obsolete tetragoni, viscoso-resinosi.* Folia *patentia vel deflexa, petiolata, acuta, subtus venoso-reticulata instar salv. officinalis.* Pedunculi *terminales, gemini; basi utrinque folio serrato: pedicelli quatuor, intermedii uniflori, laterales triflori.* Calyx *fructiferus deflexus.* Corolla *maxima, pubescens, villis glandulosis.* Fl. per. *l. c.*

deflexa. 18. CALCEOLARIA foliis ovato-lanceolatis serrulatis subtus canescentibus, pedunculis axillaribus terminalibusque, pedicellis nutantibus villosis. †

Calceolaria deflexa; foliis ovato-lanceolatis serrulatis, floribus terminalibus corymbosis: pedicellis quadri-quinquefloris nutantibus. *Fl. per.* 1. *p.* 18. *t.* 30. *f. b.*

Habitat in provincia Caxatambo *prope torrentes.* ♄

Caulis *suffruticosus, biulnaris, teres:* Rami *erecti, patuli, purpurei; teneri, viscoso-resinosi, villosiusculi.* Folia *breviter petiolata, deflexa, acuta, supra lucida: floralia integerrima.* Pedunculi *gemini: pedicelli umbellati, intermedii duo uniflori, reliqui tri-vel quadriflori, inaequales.* Fl. per. *l. c.*

19. CALCEOLARIA viscoso-resinosa, foliis ovatis acutis serratis subtus canescentibus, calycibus tomentosis. † viscosa.

Calceolaria viscosa; foliis ovatis acutis serratis viscosissimis, calycibus subtomentosis. *Fl. per. 1. p. 18. t. 30. f. a.*

Habitat in alpibus Peruviae. ♄

Tota viscoso-resinosa. Caulis *suffruticosus, erectus, teres:* Rami *compressiusculi, obsolete tetragoni.* Folia *petiolata, interdum biserrata, subtus venosa.* Pedunculi *axillares et terminales: pedicelli umbellati, quatuor, tomentosi, intermedii uniflori, laterales triflori.* Corolla *extus leviter pubescens.* Fl. per. *l. c.*

20. CALCEOLARIA foliis ternis ovatis serratis subsessilibus, pedunculis axillaribus bifloris. † gemelliflora.

Calceolaria gemelliflora; foliis verticillatis, ovatis, serratis: pedunculis ternis bifloris. *Cavan. ic. 5. p. 30. t. 450. f. 1.*

Habitat in saxosis regni Peruviani.

Caulis *teres, ramosus.* Folia *acuta, glauca.* Pedunculi *superne, singulus ex singula ala, folio breviores; folia duo ad basin pedicellorum.* Calycis *laciniae trinerviae, ovatae.* Corollae *labium inferius versus faucem sensim angustatum.* Cavan. *l. c.*

An a C. angustiflora diversa?

21. CALCEOLARIA foliis ternis petiolatis ovato-lanceolatis serratis, pedunculis axillaribus trifloris. † terniflora.

Calceolaria terniflora; foliis verticillatis, ternis, ovato-oblongis, serratis: pedunculis ternis trifloris. *Cavan. ic. 5. p. 30. t. 450. f. 2.*

Habitat in regno Peruviano.

Caulis *erectus, tripedalis, teres, fusco-violaceus:* Rami *terni.* Folia *glauca, superiora sessilia.* Pedunculi *superne, singulus ex singula ala fo-*

liorum: folia duo ad basin pedicellorum. Calyx *major quam in praecedente; ope lentis subtomentosus.* Cavan. *l. c.*

angustiflora. 22. CALCEOLARIA foliis oppositis ternisque lanceolato-ovatis argute serratis pubescentibus, pedunculis quadrifloris, corollis basi angustissimis. †

Calceolaria angustiflora; foliis ovato-lanceolatis acute serratis, pedunculis quadrifloris, corollis basi angustissimis. *Fl. per.* 1. *p.* 17. *t.* 18. *f. a.*

Habitat in Cantae *versuris circa vicum Obrajillo.* ♄

Caulis *suffruticosus, bipedalis, erectus, teres, ramosissimus, helvolus:* Rami *oppositi terniique, patentes, fragiles, teretes; teneri hirsuti.* Folia *breviter petiolata, utrinque pubescentia, tenuia: duo sub pedicellis, integerrima.* Pedunculi *axillares et terminales, terni vel oppositi, hirsuti, folio breviores, tenues: pedicelli graciles, subaequales.* Calycis *laciniae pubescentes.* Corolla *parva, intus purpureo-punctata.* Fl. per. *l. c.*

cuneiformis. 23. CALCEOLARIA foliis cuneiformi-ovatis incisoserratis. *Fl. per.* 1. *p.* 19. *t.* 27. *f. b.* †

Habitat in Cantae *et* Tarmae *alpibus.* ♄

Caulis *suffruticosus, bipedalis, erectus, ramosissimus, cortice rimoso secedente:* Rami *brachiati, breves, superne dichotomi, teretes, scabri, ferruginei.* Folia *approximata, petiolata, supra lineata, hirsuta, subtus tomentosa, incana, margine leviter reflexa.* Pedunculi *superne, apice diphylli: pedicelli umbellati, tres vel quatuor, laterales triflori, intermedii uniflori.* Calycis *laciniae ovatae, acutae, lutescentes.* Fl. per. *l. c.*

multiflora. 24. CALCEOLARIA foliis ternatis ovatis serratis subsessilibus subvillosis, pedunculis ramosis. †

Calceolaria multiflora; foliis verticillatis, ternis, subsessilibus, ovato-acutis, serratis: floribus paniculatis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 29. *t.* 449.

Habitat in regno Peruviano *et versus* Limam *locis siccis.*

Caulis *orgyalis, ramosus:* Rami *teretes, obscure purpurei, rare villosi, uti tota planta.* Folia *subcordata, acuta.* Panicula *terminalis pedalis: pedunculi axillares, oppositi, bifido ramosi: folium utrinque parvum ad divisuras.* Calycis *laciniae trinerviae.* Corollae *labium inferius versus faucem angustatum.* Cavan. *l. c.*

25. CALCEOLARIA foliis petiolatis ovatis grosse serratis, pedunculis terminalibus ternis ramosis, corollae labiis aequalibus. violacea. †

Calceolaria violacea; caule fruticoso: foliis oppositis ovatis dentatis: floribus terminalibus corymbosis. *Cavan. ic. 5. p. 31. t. 452.*

Habitat ad littora maris Talcahuani Americae. ♄

Frutex *quadri-vel sexpedalis:* Rami *cortice violaceo-rubri.* Folia *petiolorum longitudine, dentibus aliquot serrata, subtus glauco-albida villis aliquot minimis.* Pedicelli *tres-vel quatuor, uni-vel biflori, capillares, oculo armato villosi.* Corolla *dilute violacea intus maculis saturatioribus variegata: Labia subaequalia, campanulato-patentia, concava, limbo villosa.* Cavan. *l. c.*

26. CALCEOLARIA foliis inciso-pinatifidis, ramis pedunculis marginibusque calycis glanduloso pilosis, floribus triandris. triandra. †

Jovellana triandra; foliis inciso-pinnatifidis, floribus triandris. *Cavan. ic. 5. p. 32. t. 453.*

Habitat in Peru. ♄

Caulis *fruticosus, teres tripedalis vel ultra:* Rami *cortice atro-sanguineo.* Folia *interstitiis multo breviora: luciniae utrinque serraturis duabus-tribus, subtus glauca.* Petioli *folio breviores, basi membrana amplectente aucti.* Pedunculi *dichotomi: pedicelli gemini, uniflori in dichotomia.* Corolla *labiis subaequalibus, concavis.* Filamenta *tria, brevissima.* Germen *tomentosum.* Cavan. *l. c.*

27. CALCEOLARIA foliis oppositis ternisque ovatis obtuse serratis pubescentibus, pedunculis axillaribus terminalibusque multifloris. virgata. †

Calceolaria virgata; foliis ovatis obtuse serratis, ramis virgatis, pedunculis capillaribus multifloris. *Fl. per. 1. p. 20. t. 31. f. a.*

Habitat in circuitu Cantae. ♄

Caulis *suffruticosus*, *bipedalis*, *erectus*, *teres*: Rami *oppositi vel terni*, *virgati*, *inaequales*, *fragiles*; *teneri*, *subpurpurascentes*, *leviter pubescentes*. Folia *breviter petiolata*, *patentia*, *obtusa*, *venosissima*, *utrinque pubescentia*. Pedunculi *filiformes*, *pubescentes*: *axillares solitarii*; *pedicelli quatuor bi-s-triflori*: *terminales gemini*, *bis bifidi*. Calyx *pubescens*. Corolla *parva*, *basi villosa*. Fl. per. *l. c.*

dentata. 28. CALCEOLARIA foliis oppositis ternisque ovatis argute duplicato-dentatis, pedicellis racemosis secundis. †

Calceolaria dentata foliis ovatis argute bidentatis. *Fl. per.* 1. *p.* 18. *t.* 29. *f. b.*

Habitat in sylvis Chili.

Viscosa. Caulis *ramosissimus*: Rami *teretes*, *virgati*, *hirsuti*, *inferne glabri*. Folia *petiolata*, *juniora hirsuta*, *aetate glabra*. Pedunculi *terminales*, *gemini*, *bifidi cum pedicello unifloro in divisura*, *reliqui racemosi*, *alterni*, *uniflori*. Fl. per. *l. c.*

ovata. 29. CALCEOLARIA foliis ovatis serratis crenatisque, pedunculis geminis filiformibus. *Fl. per.* 1. *p.* 16. *t.* 20. *fig. a.* (C. biflora).

Calceolaria integrifolia; foliis ovatis indivisis serratis. *Lin. suppl.* 86. *nec syst. veg.*

Calceolaria dichotoma; foliis simplicibus ovatis obsolete crenatis, inferioribus petiolatis, caule dichotomo pubescente. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 52.

Calceolaria ovata; caule ramoso, foliis ovatis crenatis. *Smith. ic. ined.* 1. *p.* 3. *t.* 3.

Habitat in Peru. *Ex herbario Jussiaei.* ⊙

Caulis *semipedalis*, *erectus*, *teres*, *pilosus*; *pilis albidis*, *longis*, *articulatis*, *intermixtis aliis brevioribus*: Rami *inferne oppositi*, *superiores alterni*, *dichotome divisi*. Folia *breviter petiolata*, *pollicaria vel minora*, *remota*, *acuta*, *obscure crenata vel integerrima*, *pilosa*. Pedunculi *gemini*, *interdum terni*, *ex axillis alternis*, *filiformes*, *pubescentes*, *folio longiores*. Calycis *laciniae ovatae*. Corolla *parva*.

30. CALCEOLARIA foliis oppositis ternisque ovatis serratis, pedunculis axillaribus solitariis unifloris, caule suffruticoso. † uniflora.

Calceolaria uniflora: foliis ovatis serratis, pedunculis longis filiformibus unifloris. *Fl. per.* 1. *p.* 16. *t.* 20. *f. c.*

Habitat in umbrosis Tarmae *ad Curis.* ♄

Caulis *quadripedalis*, *ramosissimus*, *teres*: Rami *juniores pubescentes*, *altero latere purpurei.* Folia *saepe terna*, *breviter petiolata*, *pubescentia*; *tenera subtus tomentosa.* Pedunculi *in medio diphylli*; *foliis integerrimis*, *utrinque pubescentibus.* Calyx *pubescens.* Fl. per. *l. c.*

31. CALCEOLARIA foliis ovatis serratis, caule scandente, ramis adscendentibus, pedicellis umbellatis unifloris. inflexa.

Calceolaria serrata; foliis simplicibus sessilibus ovatis serratis, floribus cymosis terminalibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 51.

Calceolaria inflexa; foliis ovatis acutis crenulatis, pedunculis inflexis tri-quadrifloris. *Fl. per.* 1. *p.* 16. *t.* 25. *f. a.*

Habitat in Cantae *praeruptis.* ***Ex herbario Jussiaei.*** ♄

Caulis *suffruticosus*, *ramosissimus*, *teres*: Rami *inferne laeves*, *glabri*, *superne tomento tenui ferrugineo tecti*, *brachiati.* Folia *remota*, *pollicaria*, *inferiora breviter petiolata*, *superiora sessilia*, *patentissima*, *acuta*, *basin versus uti suprema integerrima*, *supra glabra sublineata*, *subtus nervoso-venosa*, *subincana.* Pedunculi *axillares et terminales*, *tri-quinqueflori*; *pedicelli semipollicares.* Calycis *laciniae ovatae.*

32. CALCEOLARIA foliis oppositis ternisque ovatis biserratis rugosis, pedunculis axillaribus terminalibusque subdichotomis. † bicolor.

Calceolaria bicolor; foliis ovato cordatis acutis venosissimis rugosis biserratis, pedunculis multifloris dichotomo-umbellatis. *Fl. per.* 1. *p.* 16. *t.* 25. *f. b.*

Habitat in Cantae *praeruptis*, *argillosis et petrosis.* ♄

Caulis *suffruticosus*, *biulnaris*, *erectus*, *teres*, *pubescens*, *incanus*: Rami *subdependentes*, *obtuse tetragoni*, *lignosi*, *fragiles*, *ferruginea-*

purpurei. Folia *petiolata, patentia; duo vel tria sessilia sub pedunculis et duo sub pedicellis, parva, integerrima.* Pedicelli *tenues, villis glandulosis adspersi, uniflori.* Corolla *basi alba, superne aureo-sulphurea.* Fl. per. *l. c.*

involuta. 33. CALCEOLARIA foliis ovatis acutis serratis glabris, pedunculis axillaribus terminalibusque unifloris, corollis involutis. †

Calceolaria involuta; foliis ovatis acutis serratis glabris, corollis involutis calycem semitegentibus. *Fl. per.* 1. *p.* 15. *t.* 23. *f. a.*

Habitat in Panatahuas *nemoribus.* ħ

Glabra. Caulis *suffruticosus, tripedalis, erectus, teres, ramosus.* Folia *breviter petiolata, rugosa.* Pedunculi *ex axillis superioribus, duo vel tres utrinque, uniflori.* Calyx *reflexus.* Fl. per. *l. c.*

bicrenata. 34. CALCEOLARIA foliis ovatis duplicato-serratis subtus tomentosis, pedicellis umbellatis unifloris. †

Calceolaria bicrenata; foliis ovatis biserratis subtus tomentosis. *Fl. per.* 1. *p.* 15. *t.* 23. *f. b.*

Habitat in Cuchero *nemoribus.*

Caulis *herbaceus, bipedalis, erectus, teres, ramosus.* Folia *breviter petiolata, obtuse biserrata, rugosa.* Petioli *axillares et terminales, apice diphylli: pedicelli quinque ad septem, inaequales, hirsuti.* Calyx *villosus.* Fl. per. *l. c.*

heterophylla. 35. CALCEOLARIA foliis ovatis ellipticis subcordatisque serratis, pedunculis longissimis dichotomis. *Fl. per.* 1. *p.* 16. *t.* 21. *f. b.* †

Habitat Peru *in nemoribus.*

Hirsutissima: villi ferruginei, biformes, longiores setosi, articulati; breviores glandula terminati. Caulis *herbaceus, pedalis, quadrangularis:* Rami *purpurascentes, erecto-patuli.* Folia *petiolata, patentia, interdum quoque subrotunda vel oblonga, saepe duplicato-serrata, subtus venosissima.* Pedunculi *ex axillis superioribus et apice viscosi: pedicelli uniflori, duo e dichotomia.* Calyx *striatus, patentissimus.* Corolla *glabra, semiaperta.* Stamina *exserta.* Fl. peruv. *l. c.*

36. CALCEOLARIA foliis cordatis lanceolatis sessilibus crenatis subtus incanis, pedunculis axillaribus terminalibusque, pedicellis sparsis. crenata.

Calceolaria crenata; foliis sessilibus oblongis acutis crenatis, floribus cymosis caules et ramulos terminantibus. *Lamarck. Dict.* 1. *p.* 556. *illustr.* 1. *p.* 52.

Habitat in Peru. *Ex herbario Jussiaei.* ♄

Caulis *fruticosus, teres:* Rami *erecti, villosi.* Folia *sesquipollicaria, acuta, tenuissime venosa, avenia, supra villosa.* Pedunculi *ex axillis supremis et apice, folio longiores, villoso-viscosi, uti pedicelli et calyces: pedicelli uniflori vel ramosi, filiformes.*

Cum nullis Cavanil. vel Fl. per. quadrat.

37. CALCEOLARIA foliis cordato-ovatis obtuse trifida. serratis subtus canescentibus, inferioribus oppositis petiolatis, superioribus ternis. †

Calceolaria trifida; foliis cordatis ovatisque crenato-serratis, pedunculis trifidis multifloris umbellatis. *Fl. per.* 1. *p.* 17. *t.* 20. *f. b.*

Habitat in locis umbrosis prope aquas Cheuxin. ♄

Caulis *suffruticosus, bi-s-tripedalis, ramosus, erectus, teres, glabriusculus.* Folia *superiora sessilia, supra leviter pubescentia; villi glanduliferi.* Pedunculi *axillares et terminales: pedicelli umbellati, canescentes, quatuor, duo laterales triflori, intermedii uniflori.* Fl. per. *l. c.*

38. CALCEOLARIA foliis ternis cordatis acutis serratis, pedunculis quadrifloris. *Fl. per.* 1. *p.* 17. † verticillata.

Habitat in praeruptis Cantae. ♄

Glabra. Caulis *suffruticosus, erectus, orgyalis, teres:* Rami *paleacei coloris, erecto-patuli.* Folia *omnia verticillato-terna, breviter petiolata.* Pedunculi *axillares, foliolum unicum sub singulis binis pedicellis.* Fl. per. *l. c.*

39. CALCEOLARIA villoso-glandulosa, foliis cordatis inaequaliter obtuse serratis, ramis flexuosis, pedicellis umbellatis. ♃ flexuosa.

Calceolaria flexuosa; foliis cordatis crenatis, pedunculis multifloris umbellatis. *Fl. per.* 1. *p.* 17. *t.* 20. *f. a.* (*crenata in tab.*)

Habitat in praeruptis Cantae. ♄

Villi *articulati.* Caulis *fruticosus, erectus, ramosus, teres, asper.* Folia *petiolata, remota, patentia, supra aspera, subtus venosa.* Pedunculi *axillares et terminales, multiflori: pedicelli quatuor, duo intermedii uniflori, laterales triflori.* Calycis *laciniae laterales latiores.* Fl. per. *l. c.*

lobata. 40. CALCEOLARIA foliis cordatis lobatis serratis subtus incano-tomentosis, caule dichotomo piloso. †

Calceolaria lobata, caule erecto, dichotomo: foliis cordatis, lobatis tomentosis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 26. *t.* 443. *f.* 1.

Habitat in regno Peruviano *locis siccis.*

Caulis *bipedalis, rubescens.* Folia *petiolata, quinqueloba; lobi breves, supra villosa, subtus tomento molli tecta.* Petiolus *valde pilosus, folio parum longior.* Pedunculi *terminales, pilosi, quatuor, duo laterales biflori, intermedii uniflori, breviores.* Calycis *laciniae ovatae, trisulcae.* Corolla *lutea: labium inferius longitudinaliter lineatum.* Cavan. *l. c.*

petiolaris. 41. CALCEOLARIA foliis inferioribus oblongo-ovatis basi attenuatis inaequaliter dentatis, superioribus subcordatis. †

Calceolaria petiolaris: foliis oppositis, ovato-acutis in petiolum alatum attenuatis, inaequaliter dentatis: floribus paniculatis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 30. *t.* 445.

Habitat prope Quayaquil.

Caulis *herbaceus, sesquipedalis.* Folia *acuta; inferiora basi attenuata, usque ad basin petioli decurrentia; superiora sessilia, ovato-cordata, aequaliter dentata; floralia integerrima.* Pedunculi *superne, axillares, oppositi, trifidi; terminales terni: pedicelli racemosi, uni-vel quadriflori, oppositi, foliola duo ad basin singuli, uti calyces villoso-glandulosi.* Corollae *labia subaequalia.* Filamenta *corolla parum breviora.* Germen *subvilloso glandulosum.* Cavan. *l. c.*

tomentosa. 42. CALCEOLARIA foliis perfoliatis spathulato-cordatis inaequaliter serratis subtus tomentosis, caule glabro. †

Calceolaria tomentosa; foliis cordato-triangularibus, duplicato-serratis subtus tomentosis, petiolis connatis, pedunculis sex-octofloris. *Fl. per.* 1. *p.* 15. *t.* 22. *f. b.*

Habitat in umbrosis Tarmae, Cuchero.

Caulis *herbaceus*, *quadripedalis*, *erectus*, *ramosus*, *teres*, *glaber*. Folia *lata*, *supra leviter pubescentia*, *rugosa*, *ala petiolorum quoque serrata basi dilatata*, *connata*. Pedunculi *terminales*, *teretes*, *pubescentes*, *sex-octoflori*: *pedicelli umbellati*. Calyx *viridi-lutescens*. Fl. per. *l. c.*

43. CALCEOLARIA foliis perfoliatis spathulato-sagittatis dentato-incisis subtus tomentosis, caule villoso. perfoliata.

Calceolaria perfoliata; foliis perfoliatis spathulato-sagittatis. *Lin. Suppl.* 86.

Calceolaria perfoliata; foliis perfoliatis sagittatis utrinque villosis. *Smith ic. ined.* 1. *p.* 4. *t.* 4.

Calceolaria perfoliata; foliis sagittatis dentatis, petiolis alatis perfoliatis. *Fl. per.* 1. *p.* 15. *t.* 21. *f. a.*

Habitat in Peru, nova Granada. *Ex herbario Jussiaei.*

Tota, *exceptis corollis*, *villosa-viscosa*. Caulis *herbaceus*, *inferne parum ramosus*, *teres*. Folia *dentato-incisa*; *dentibus ovatis*, *inaequaliter serratis*, *supra villosa*, *subtus dense tomentosa*, *venoso-reticulata*, *incana*. Petiolus *e folio decurrente alatus*; *alae dentatae*, *basi dilatatae*, *connatae*. Pedunculi *axillares*, *oppositi*, *terminales terni*, *apice diphylli*; *foliis ovatis*, *sessilibus*, *serratis*; *partiales quatuor*; *intermedii uniflori*; *laterales tri-sexflori*. Calycis *laciniae ovatae*. Corolla *lutea*.

44. CALCEOLARIA foliis tripartitis, lobis ovatis serratis. *Fl. per.* 1. *p.* 14. *t.* 22. *f. a.* † tripartita.

Habitat in nemoribus Panatuhas. ⊙

Hirsuta. Caulis *teres*, *ramosus*. Folia *petiolata*: *lobus intermedius major*. Pedunculi *terminales corymbosi*: *pedicelli quinque vel sex*, *inaequales*. Corolla *lutea*. Fl. per. *l. c.*

45. CALCEOLARIA foliis pinnatis. *Lin. mant.* 171. *act. Holm.* 1775. *p.* 286. *t.* 8. *Curt. bot. mag. vol.* 2. *t.* 41. pinnata.

Calceolaria foliis scabiosae vulgaris. *Feuil. Peruv.* 3. *t.* 12. *f.* 7.
Calceolaria pinnata; foliis pinnatis, caule dichotomo radicante. *Fl. per.* 1. *p.* 14. *t.* 19. *f. a.*
Fagelia *Schwencke in Act. Rotterdam.* 1. *p.* 473.
Habitat in Peru *locis humidis.* ☉
Caulis *bipedalis*, *erectus*, *teres*, *fragilis*, *densissime pubescens*, *basi radicans*: Rami *dichotomi*. Folia *internodiis breviora*, *supra pubescentia*, *pube setacea pellucida rorida*, *subtus atomis subviscida*: *foliola septem-undecim*, *alterna vel opposita serrata*, *obtusiuscula*. Pedunculi *e dichotomia et axillis superioribus*, *solitarii vel gemini*. Corolla *flava*. Lin. *et* Fl. per. *l. c.* *
Maxime variat foliis ratione loci. Fl. per. *l. c.*

glauca. 46. CALCEOLARIA foliis oppositis ternisque lanceolatis inaequaliter serratis, pedicellis umbellatis trifloris. †
Calceolaria glauca; foliis lanceolatis serratis, pedunculis tri-quadrifloris, corollis maculatis. *Fl. per.* 1. *p.* 17. *t.* 27. *f. c.*
Habitat in Cantae *circuitu.* ♄
Caulis *suffruticosus*, *tripedalis*, *ramosissimus*, *teres*: Rami *oppositi vel terni*, *fragiles*, *teretes*; *teneri leviter pubescentes*, *subpurpurei*. Folia *breviter petiolata*, *patentia*, *venosa*, *utrinque leviter pubescentia*, *supra glauca*. Pedunculi *superne*: *pedicelli tres vel quatuor*, *umbellati*, *triflori*: *folium lanceolatum*, *angustum*, *ad basin pedunculorum partialium et pedicellorum*. Corolla *intus basi maculis purpureis*. Fl. per. *l. c.*

sessilis. 47. CALCEOLARIA foliis lanceolatis serratis semiamplexicaulibus rugosis canescentibus. *Fl. per.* 1. *p.* 18. †
Habitat in locis aridis Chili. ♄
Caulis *suffruticosus*, *bipedalis*, *erectus*, *ramosus*, *teres*, *fragilis*. Folia *acuta*. Pedunculi *terminales*, *longi*, *umbellati*, *dichotomi*; *pedicelli longi*, *uniflori*. Fl. per. *l. c.*

rugosa. 48. CALCEOLARIA foliis lanceolatis inaequaliter serratis rugosis, pedunculis terminalibus dichotomis. †
Calceolaria salviae folio, vulgo Chacaul. *Feuil. peruv.* 3. *p.* 13. *t.* 7. *f.* 1.

Calceolaria integrifolia; foliis indivisis. *Lin. in act. Holm.* 1770. *syst. veg. ed.* 13. *p.* 61.
Calceolaria rugosa: foliis lanceolatis bidentatis, petiolis connatis alatis, pedunculis dichotomis multifloris. *Fl. per.* 1. *p.* 19. *t.* 28. *f. b.*
Habitat in Chili *argillosis.* ♄
Habitus Salv. officinalis. Caulis *suffruticosus, bipedalis, erectus, inferne ramosus, teres, pubescens.* Folia *basi attenuata, subtus venosissima.* Pedunculi *terminales, terni, bis vel ter bifidi: pedicelli solitarii in divisuris, ultimi triflori.* Fl. per. *l. c.*

49. CALCEOLARIA foliis lineari-lanceolatis integerrimis, pedunculo terminali unifloro. † lanceolata.
Calceolaria lanceolata; foliis lanceolatis integerrimis subvillosis, pedunculis terminalibus unifloris. *Cavan. ic.* 5. *p.* 27. *t.* 444. *f.* 1.
Habitat in insulis Maclovianis.
Caulis *pollicaris, subramosus.* Folia *radicalia petiolata, ramea sessilia, utrinque acuta.* Pedunculus *terminalis, solitarius, uniflorus.* Corolla *lutea.* Cavan. *l. c.*

50. CALCEOLARIA foliis lineari-lanceolatis integerrimis margiue reflexis subtus tomentosis, floribus umbellatis. rosmarinifolia.
Calceolaria rosmarinifolia; foliis linearibus integerrimis margine reflexis subtus tomentosis, caule glabro. *Lamarck. Dict.* 1. *p.* 556. *illustr.* 1. *p.* 52.
Calceolaria ferruginea; foliis linearibus, margine revolutis, subtus tomentosis: umbellis florum terminalibus binis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 27. *t.* 445. *f.* 1.
Habitat in Peru. *Ex herbario Jussiaei.* ♄
Caulis *fruticulosus, erectus.* Folia *sessilia, bipollicaria et ultra, avenia, enervia, glutinosa, supra glabra; rudimenta ramulorum in axillis.* Pedunculi *ex axillis superioribus et apice, longitudine foliorum: pedicelli saepe decem, umbellati.* Calyces *glutinosi.*
Quamvis caulis glaber in specimine Jussiaei, attamen in omnibus reliquis tam similis C. ferrugineae Cavan. ut separare non audeo, forte quod caulis tomentositatem deponit, ut accidit in aliis.

linearis. 51. CALCEOLARIA foliis linearibus integerrimis subtus albidis, pedunculis axillaribus uniflo-ris. *Fl. per.* 1 *p.* 19. †

Habitat in declivibus collium provinciae Xauxae. ♄

Caulis *suffruticosus, bipedalis, erectus, ramosissimus, teres, fragilis.* Folia *sessilia, supra nitida.* Pedunculi *teretes, pubescentes.* Calyx *subtomentosus.* Fl. per. *l. c.*

alba. 52. CALCEOLARIA foliis linearibus extrorsum remote serratis, pedunculis racemosis dichotomis. †

Calceolaria alba; foliis linearibus denticulatis, racemis longis, floribus umbellatis; umbellis compositis. *Fl. per.* 1. *p.* 19. *t.* 27. *f. b.*

Habitat in collibus aridis Chili. ♄

Caules *plures, suffruticosi, resinoso-viscosi, simplicissimi, lignosi, fragiles, teretes, aurei coloris.* Folia *frequentia, angustissima, sessilia, margine scabra: fasciculi foliorum in axillis.* Pedunculus *elongatus: partiales oppositi, bis vel ter divisi: pedicellus solitarius in prima dichotomia, gemini in secunda, ultimi tres: folium lineare sub pedunculis partialibus et dichotomiis.* Corolla *alba. Odor Rosmarini.* Fl. per. *l. c.*

alternifolia. 53. CALCEOLARIA foliis linearibus alternis, pedunculis axillaribus trifloris. *Cavan. icc.* 5. *p.* 28. *t.* 445. *f.* 2. †

Habitat in regno Peruviano.

Caulis *erectus, bipedalis, sulcatus, tomentosus.* Folia *vix pollicaria, sessilia, margine revoluta, subtus tomentosa.* Pedunculi *versus summitatem: folium utrinque ad basin pedicellorum.* Corollae *labium inferius sensim versus faucem angustatum.* Cavan. *l. c.*

Diversa ab omnibus foliis alternis.

ericoides. 54. CALCEOLARIA? foliis linearibus integerrimis villosis, pedunculis terminalibus solitariis unifloris.

Habitat in Peru. *Ex herbario Jussiaei.* ♄

Caulis *fruticosus, erectus, inferne glaber, superne villosus:* Rami *frequentes, sparsi, incani, tuberculati e casu foliorum.* Folia *sessilia, semiunguicularia: fasciculi foliorum in axillis*

omnibus. Pedunculi *ex apice ramorum et ramulorum.* Calycis *laciniae ovatae, incanae.* Capsula *pubescens.*

Flores equidem non vidi, at capsula ut in Calceolariis.

Habitus. Folia *in omnibus opposita, excepto n.* 53. *Reliqua diversa in diversis speciebus.*

46. PINGUICULA. *Cal.* 2-labiatus, 5-fidus. *Cor.* ringens, calcarata. *Caps.* 1-locularis.

1. PINGUICULA nectario cylindrico recto longitudine corollae, labio superiore bilobo inferiore tripartito, scapo glabro. vulgaris.

Pinguicula sive Sanicula Eboracensis. *Ger. em.* 788.

Pinguicula vulgaris; nectario cylindraceo longitudine petali. *Lin. syst. veg.* 66. *Flor. dan. t.* 93.

Habitat in Europae *uliginois.* 4

Folia *ovata, obtusa, sesquipollicaria.* Scapi *plerumque solitarii, interdum duo-tres, palmares, glabri.* Capsula *ovalis.*

In scriptis veterum cum alpina confusa invenitur, hinc Gesneri, Clusii et reliquorum Synonyma, qui ante Gerardum plantam jam habent, omisi.

2. PINGUICULA nectario subulato recto longitudine floris, corollae labio superiore patente emarginato maximo inferiore trilobo. grandiflora.

Pinguicula flore amplo purpureo, cum calcare longissimo. *Raj. hist.* 752.

Pinguicula grandiflora; calcare cylindrico floris longitudine, fauce dilatato, labio superiore latissimo. *Lamarck. illust.* 1. *p.* 49.

Habitat in alpibus Galliae *australioris.* 4

Folia *sesquipollicaria, elliptica.* Scapi *quadrisex pollicares, glabri.*

Similem e Lusitania vidi in herbario Jussiaei.

3. PINGUICULA nectario subulato obtuso corolla elatior. breviore, superne tubo ventricoso, scapo inferne villoso.

Pinguicula coerulea; tubo corollae ventricoso. *Walth. Fl. Car.* 63.

Pinguicula elatior; scapo manifeste pubente, superne rigidulo, erecto: calyce glanduloso

pubera: corolla majuscula; tubo conspicue inflato. *Michaux. Fl. bor. amer.* 1. *p.* 11.

Habitat in Carolina. *Ex herbario Jussiaei.*

Folia *lanceolata, obtusa.* Scapi *semipedales, superne glabri.* Corolla *quadruplo major quam in P. vulgari, amethysteo rubens.* Michaux. *l. c.*

villosa. 4. PINGUICULA nectario subulato recto acuto petalum subaequante, capsula subcordata compressa, scapo villoso.

Pinguicula laponum vel alpina minima, flore purpureo, foliis ad radicem ternis rotundis. *Rudeck. lapp.* 99.

Pinguicula scapo subvilloso. *Lin. fl. lapp.* 13. *t.* 12. *f.* 1. *Fl. dan. t.* 1021.

Habitat in muscosis Lapponiae, Finmarkiae *inque* Sibiria. 4

Folia *oblongo-subrotunda, plerumque quatuor, margine involuta, glabra.* Scapus *interdum pollicaris, interdum longitudine digiti minimi.* Corolla *omnium minima: Labium superius bifidum: inferius trifidum: calcar acutum.*

lusitanica. 5. PINGUICULA nectario conico apice incrassato obtuso petalo breviore, scapo villoso, capsula globosa.

Viola palustris, pinguicula dicta lusitanica. *Grisl. virid. lusit.*

Pinguicula lusitanica nectario apice incrassato. *Lin. syst. veg.* 65. *Sowerb. English. bot. t.* 145.

Habitat in Lusitania, *inque palustribus Ducatus* Cornubiensis *in* Scotia. 4

Folia *semipollicaria, oblonga, basin versus parum angustata, margine involuta, venis rubris picta, obtussima.* Scapi *plures, saepe quinque-sex, longitudine digiti intermedii, pilis viscidis adspersi.*

antarctica. 6. PINGUICULA nectario conico obtuso petalo breviore, scapo glabro.

Habitat ad fretum Magellanicum. *Commerson. Ex herbario Jussiaei.*

Folia *tria-quatuor, oblonga, vix semipollicaria, obtusissima, saepe emarginata, glabra.* Scapus *digitalis.* Corolla *parva: Calcar breve, rectum; inferne inflatum, parum altius constrictum.*

7. PINGUICULA nectario conico curvato longitudine petali, laciniis labiorum emarginatis, scapo villoso. † involuta.

Pinguicula involuta; nectario conico longitudine petali, scapo unifloro villoso, foliis ovatis margine involutis. *Fl. per.* 1. *p.* 20. *t.* 31. *f. c.*

Habitat in altis frigidis humidis muscosis Peruviae. ⊙

Folia *sex ad decem, carnosa, subtus castanei coloris.* Scapi *solitarii, duo ad octo, palmares, erecti, apice curvati, filiformes, teretes.* Corolla *violacea, fauce villosa: labium superius bifidum: inferius trifidum.* Fl. per. *l. c.*

8. PINGUICULA nectario conico corolla breviore, labio superiore bilobo inferiore laciniis lateralibus obtusis, intermedia emarginata. *Willden. in nov. act. soc. amic. h. n. vol.* 2. *p.* 112. *tab.* 5. *f.* 1. † purpurea.

Pinguicula alpina. *Schrank. prim. fl. salisb. p.* 25.

Habitat in alpibus Salisburg.

Corolla *purpurea, calcare non adscendente: laciniis labii inferioribus obtusis nec truncatis a Pinguic. alpina differt.* Wild. *l. c.*

9. PINGUICULARIA nectario conico adscendente corolla breviore, labio superiore emarginato, inferioris laciniis truncatis. *Willden. in nov. act. soc. amic. h. nat. vol.* 2. *p.* 113. *tab.* 5. *fig.* 3. alpina.

Pinguicula alpina. *Fl. dan. t.* 453.

β. Pinguicula flore albo minore, calcare brevissimo. *Raj. hist.* 752. alba.

Pinguicula nectario conico petalo breviore. *Lin. fl. lapp.* 12. *t.* 12. *f.* 3.

Habitat in alpibus Lapponicis, Helveticis, Pyrenaeis. 2

Folia *angustiora quam in P. vulgari.* Scapi *palmares, saepe plures.* Flore *albo nunquam in alpibus nostris occurrit, an in alpibus Svecicis? an a praecedente revera diversa?*

10. PINGUICULA nectario subulato recurvo corolla campanulata breviore, fauce barbata, labiis dentatis, scapo subvilloso. lutea.

Pinguicula lutea; corolla campanulata. *Walt. fl. Car. p.* 63.

Pinguicula campanulata; scapo subvilloso corolla campanulata dentata fauce barbata: calcare recurvo. *Lamarck. in diar. hist. nat.* 1. *n.* 9. *p.* 336. *t.* 18. *f.* 1.

Pinguicula lutea; scapo glabriusculo: corolla majuscula lutea; laciniis manifeste crenatis; calcare subfiliformi, vix longitudine tubi. *Michaux flor. bor. amer.* 1. *p.* 11.

Habitat in Carolina. *Bosc.*

Folia *pollicaria, elliptica, acuta, glabra.* Scapi *duo-tres, palmares, vel parum ultra, villosuli subviscidi.* Flos *magnitudine P. vulgaris, luteus.* Calycis *laciniae lineares inaequales, obtusiusculae, pulverulento-villosulae.*

pumila. 11. PINGUICULA nectario tubo breviore, corolla oblongiuscule tubulosa, scapo brevi glabello. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 11. †

Habitat in humidis apricis Georgiae.

Corolla *parvula, dilute violacea.* Michaux.

acutifolia. 12. PINGUICULA glaberrima, foliis erectis ovalibus acutissimis. †

Pinguicula acutifolia; pusilla, glaberrima: foliis erectis rosulaceis, arcte sessilibus, ovalibus acutissimis. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 11.

Habitat in sylvis ripariis circa lacus mistassins Americae *septentrionalis.*

Fructiferam tantum vidit Michaux.

Habitus. Folia *radicalia, integerrima, viscosa.* Scapi *simplissimi, erecti, uniflori.*

47. UTRICULARIA. *Cal.* 2-phyllus, aequalis. *Cor.* ringens, calcarata. *Caps.* 1-locularis.

* *Foliis radicalibus, simplicibus.*

alpina. 1. UTRICULARIA nectario subulato, scapo subunifloro, foliis elliptico-lanceolatis.

Utricularia alpina; nectario subulato, foliis ovatis integerrimis. *Jacqu. amer.* 7. *t.* 6. (*montana*) *Lin. syst. veg.* 66.

Utricularia unifolia; scapo squamato unifloro, calyce maximo cordato. *Fl. per.* 1. *p.* 20. *t.* 30. *f. b.*

Habitat in alpibus insulae Martinicae, Montserratis, Peruvianis.

Radices *fibrosae, subsimplices, stipatae tuberibus oblongis, unguicularibus more Solani tuberosi.* Folia *radicalia, petiolata, plerumque solitaria, interdum duo, bi-s-tripollicaria, integerrima, acutiuscula, glabra, nitida, exsiccatione venosa.* Petiolus *longitudine fere folii, e margine tenui a basi folii decurrente subanceps, basi crassior.* Scapus *folio dimidio longior, superne squama una alterave lineari, teres, laevis, glaber.* Flos *terminalis, interdum gemini, terminali inferiore, maximus hujus generis.* Pedunculi *bipollicares, compressi, basi bractea parva, lanceolata.* Calycis *foliola cordata, unicum parum majus teres pollicare, tenuissime nervoso-venosa.* Corollae *labia obovato-subrotunda, integerrima, superius inferiore brevius, palato longius.* Nectarium *adscendens, labio inferiore longius.* Capsula *oblonga, subrotunda, piso major.*

a. UTRICULARIA nectario subulato reflexo, scapo ramoso inferne hispido, foliis linearibus, foliolis calycinis subrotundis. hispida.

Utricularia hispida; scapo filiformi paucifloro inferne hispido, foliis lineari-subulatis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 50.

Habitat Caienna. *Richard.*

Radices *fasciculatae, unguiculares vel parum ultra subdivisae.* Folia *radicalia tria, in petiolum attenuata, pollicaria, acuta, glabra, avenia, enervia.* Scapus *semipedalis et ultra; superne ramis duobus vel ternis flexuosis divisus, teres, superne glaber.* Pedicelli *quatuor vel quinque, remoti, uniflori.* Flores *parvi.* Nectarium *longitudine fere corollae.*

e. UTRICULARIA nectario conico, foliis linearibus, scapo simplici foliolis calycinis oblongis acutis. graminifolia.

Habitat in India *orientali. König.*

Radices *fibrosae, simplices, breves.* Folium *unicum radicale, scapo dimidio brevius, sessile, acutum.* Scapus *bipollicaris et ultra adspersus squamis parvis, acutis.* Flores *tres vel quatuor, distantes, parvi, pedicello longiores.* Corolla *coeruleo-violacea.* Nectarium *acutum, longitudine labii inferioris.*

Specimina accepi cum et sine foliis, ultima forte casu.

** *Foliis radicalibus, compositis; scapi verticillatis vesicularibus.*

inflexa. 4. UTRICULARIA foliis scapi tereti-lanceolatis indivisis apice subbarbatis, nectario conico adscendente.

Utricularia inflexa; foliis dichotomis, pedunculo racemoso, basi utriculis verticillatis, nectariis inflexis truncatis. *Forsk. descr. p.* 9.

Habitat in Arabia, Ægypto, *in* Guineae *aquis stagnantibus. Thonning.*

Folia *radicalia quinque*, *ramosa*, *spithamaea et ultra:* Rami *verticillati*, *terni vel quaterni*; *foliola sparsa*, *tenuissima*, *dichotoma: quatuor ad octo versus basin scapi*, *saepe pollicaria*, *sessilia*, *apice ramentis foliaceis barbata*, *utrinque acuta.* Scapus *filiformis*, *digitalis*, *sex-vel novemflorus.* Squama *lanceolata*, *vaginans*, *arida*, *ad basin pedicellorum*, *eorumque longitudine.*

Variat cum et absque bullis in foliis radicalibus.

Rachides *foliorum inflatae*, *cellulosae.* Stipulae *geminae disco rachidis adnatae*, *cordato-orbiculatae*, *ciliato-denticulatae*, *hyalinae.* Pedunculus *octo-sedecim florus*, *ad basin fere cinctus folliculis quinque ad octo*, *angusto-lanceolatis*, *inflatis*, *cellulosis*, *raro apice folio dichotomo instructis*, *superficie aquae elevans fructificationem.* Calycis *foliolum superius integrum*, *inferius retusum.* Corolla *albida venis purpureis: labium superius sensim angustius*, *obtusum*, *emarginatum*, *concavum: inferius subrotundum: faux e palato clausa.* Nectarii *calcar labio inferiori vix brevius*, *conicum*, *obtusum*, *assurgens.* Capsula *magnitudine pisi*, *globosa*, *glaberrima*, *stylo acuminata*, *circumscissa*, *inferne adnata calyce carnoso grandefacto.* Semina *receptaculo globoso*, *carnoso affixa.* Thonning.

stellaris. 5. UTRICULARIA foliis scapi subgloboso-oblongis indivisis undique barbatis.

Utricularia stellaris; verticillo utriculario bracteearum ciliari. *Lin. suppl.* 86.

Habitat in Indiae *orientalis agris oryzaceis, in aquis profundioribus viget tempore pluviali. König.*

Credidi olim hanc modo esse varietatem Utr. inflexae Forskâlaei, collatis vero plurimis speciminibus in India, Arabia et Guinea lectis, video quod Indica *ab* Arabica *et* Guineensi *tantum recidit, ut rectius nomen speciei mereatur, differt enim:* Rachide *foliorum radicalium tenuiori et quantum e speciminibus siccis conjicere licet intus non cellulosa: scapo graciliori; verticillo foliorum non ad basin scapi, sed supra medium versus flores:* Foliis *scapi quadruplo minoribus, obtusis, undique ramentis foliaceis obsitis:* Floribus *minoribus: denique* corollis *flavis nec albidis purpureo-venosis.*

Nectarii *cornu obtusum.* König: *nullum; labio inferiore saccato,* Lin. *l. c.*

6. UTRICULARIA scapi foliis vesiculosis cylindri- ceratophylla.
cis divisis apice ramentaceis.

Utricularia inflata; scapo sexfloro; floribus magnis luteis; nectario obtuso; foliis radiciformibus inflatis. *Walt. fl. car.* 64.

Utricularia ceratophylla; foliis ad superficiem aquae seno verticillatis, pinnatifidis; laciniis capillaceo multipartitis: spica floribus pedicellatis quasi corymbosa: calcare brevi conoideo. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 12.

Habitat in Carolina. *Bosc.*

Similis praecedenti. Folia *quinque vel sex, sesquipollicaria, primum bipartita, dein trifida, extrorsum parum latiora; ramenta longiora magis ramosa quam in stellata.* Scapus *spithamaeus et ultra, glaber.* Flores *quatuor ad sex superne, racemosi, remoti: pedicelli inferiores pollicares.*

Flores *paulo majores quam in U. vulgari, lutei: calcar conoideo-crassius, acutiusculum, sub labio inferiore approximatum.* Michaux. *l. c.*

**** Foliis radicalibus compositis, scapis aphyllis.*

7 UTRICULARIA nectario conico-acuto, scapo foliosa.
multifloro, fructibus cernuis radice repente. ☥

Lunaria palustris, faeniculi folio. *Plum. spec.* 6. *Ic.* 158. *t.* 165. *f.* 2.

Utricularia foliosa; nectario conico, fructibus cernuis, radicibus utriculo destitutis. *Loef. it.* 281. *Lin. spec. pl.* 26.

Habitat in America *australi.*

Foliola *divisa*, *setacea.* Bullae *nullae.* Scapus *spithamaeus*, *sex ad decemflorus*, *sub florescentia erectus.* Bracteae *obtusae, convexae, basin pedicellorum involventes.* Calycis *foliola oblonga, convexa.* Corolla *lutea.* Nectarium *longitudine labii inferioris eique adpressum.* Capsula *subrotunda.* Loefl. Lin. *l. c.*

flexuosa. 8. UTRICULARIA scapo flexuoso, pedicellis fructiferis reflexis.

Habitat in India *orientali. Ex herbario Schumack.*

Folia *et bullae ut in U. vulgari.* Scapus *palmaris sex-vel septemflorus.* Squamae *et* Bracteae *ut in sequente.* Flores *minores.*

vulgaris. 9. UTRICULARIA nectario conico, labio superiore lateribus reflexo longitudine palati, scapo stricto.

Lentibularia et meon aquaticum. *Gesn.*
Millefolium aquaticum flore luteo galericulato. *Lob. ic.* 791.
Lentibularia major. *Riv. mon.*

Utricularia vulgaris; nectario conico, scapo paucifloro. *Lin. spec. plant.* 26. *Fl. dan.* 128. *Pollich. pal.* 24.

Habitat in Europae *fossis, paludibus profundioribus.* 4

Folia *dichotoma, bullis compressis stipata.* Scapus *palmaris, teres, glaber, purpurascens.* Squamae, *uti bracteae oblongae, obtusae.* Flores *quatuor ad septem.* Pedicelli *semipollicares.* Corollae *flavae.* Nectarium *longitudine labii.*

intermedia. 10. UTRICULARIA nectario conico, labio superiore plano palato duplo longiore.

Utricularia vulgaris minor. *Lin. spec. pl.* 26.

Utricularia media; nectario conico recto: labio suprenio explanato, scapo bi-tri-quadrifloro gracili. *Schum. enum.* 1. *p.* 9.

Utricularia intermedia; nectario conico, labio superiore integro palato duplo longiore, foliis

tripartitis, laciniis capillaribus dichotomis. *Hayne in Schrad. diar. bot. an.* 1800. *p.* 18. *t.* 5.

Habitat cum praecedente.

Radices *bullis stipatae.* Caules *e propagine ovato, squamis tripartitis margine pilosis tecto prodeuntes.* Scapus *spithamaeus, tenuior quam in vulgari, bi-s-triflorus.* Squamae *et bracteae oblongae, obtusae.* Corolla *pedicello longior: labium superius, ut in priore, integrum.*

11. UTRICULARIA nectario gibbo carinato, corollarum fauce aperta. minor.

Aparine aquis innatans trevisana, foliis perchepier capreolis donata. *Bocc. mus.* 1. *p.* 23. *t.* 4.

Millefolium palustre galericulatum minus flore minore. *Plukn. alm.* 251. *t.* 99. *f.* 6.

Lentibularia minor. *Vaill. in act. par.* 1719. *p.* 28.

Utricularia minor nectario carinato. *Lin. fl. suec. ed.* 1. *n.* 25. 2*dae n.* 29. *Fl. dan. tab.* 128. *Pollich. pal. n.* 25.

Habitat in Europae *fossis.* ♃

Propagines *globoso-oblongae, magnitudine pisi, imbricatae squamis ovatis, fuscis apice dense pilosis.* Folia *pinnata; pinnae capillares, divisae, unguiculares,* Scapus *digitalis, filiformis, superne squamula minuta.* Pedicelli *superne, gemini vel tres.* Bractea *squama parva, ovata, pedicello quadruplo brevior.* Corollae *minores quam in duabus praecedentibus: labium superius emarginatum.* Nectarium *brevissimum, obtusum.*

12. UTRICULARIA nectario obtuso, scapo sub- fibrosa. unifloro foliisque setaceis.

Utricularia fibrosa; scapo bifloro; floribus magnis luteis; nectario obtuso; foliis radiciformibus fibrosis. *Walt. fl. car.* 64.

Habitat in Carolina.

Folia, *uti scapus omnium tenuissima, stipata utriculis oblongo-subrotundis.* Scapus *digitalis, compressus, purpurascens, uniflorus vel biflorus.*

13. UTRICULARIA nectario inflexo obtuso sub obtusa. emarginato, corollarum fauce clausa, scapo subdiviso.

Utricularia fôliis capillaceis ramosis, scapo assurgenti nudo superne ramoso. *Brown. jam.* 119.

Utricularia obtusa; nectario inflexo obtuso subemarginato. *Swartz. prodr.* 14. *fl. ind. occid.* 1. *p.* 41.

Habitat in rivulis paludosis Jamaicae.

Folia *ut in affinibus, bullis minutis ovatis instructa.* Scapus *filiformis, bi-s-tripollicaris vel altior, interdum superne divisus, glaber.* Flores *tres vel quatuor, remoti: pedicelli unguiculares.* Bracteae *minutae.*

Corolla *parva, lutea: labium superius ovatum, convexum, integrum; inferius superiori paulo minus, ovatum.* Nectariuun *labio inferiore vix longius.* Swartz. *l. c.*

hydrocarpa. 14. UTRICULARIA scapo filiformi, pedicellis alternis remotis fructiferis reflexis, foliis setaceis.

Habitat in Cajenna. *Richard.*

Folia *tenuissima, brevia, parum divisa, utriculis stipata.* Scapus *longitudine digiti intermedii: pedicelli quinque, semipollicares.* Bracteae *ovatae.* Calyces *fructiferi apice patentes, ovati.* Corolla *purpurascens.* Capsula *globosa, magnitudine calycis, stylo rostrata.*

Alium *e Zeylona misit Königius sub nomine Utr. majoris, tota structura ita similis ut separare non audeo, praesertim dum forma nectarii in hydrocarpa mihi ignota, in Königii conicum, obtusum, longitudine labii superioris est.*

recurva. 15. UTRICULARIA nectario conico recurvo, floribus spicatis. †

Utricularia recurva aphylla, nectario recurvo spica simplici. *Lour. fl. cochinch.* 26.

Habitat in rivulis Cochinchinae.

Scapus *quadripollicaris, tenuis, simplicissimus.* Spica *oblonga.* Flores *lutei.* Lour. *l. c.*

biflora. 16. UTRICULARIA nectario subulato recto labio superiore subaequante, scapo subbifloro, foliis setaceis.

Utricularia biflora; calcare uncinato, scapo filiformi. *Lamarck. illust.* 1. *p.* 50.

Utricularia pumila; scapo bi-s-trifloro; floribus parvis luteis, foliis radiciformibus fibrosis. *Walt. fl. car.* 64?
Habitat in Carolina. *Bosc.*
Folia *brevia, utriculis stipata.* Scapus *filiformis, palmaris, interdum flexuosus, in planta sicca inferne angulatus, nudus:* Pedicelli *solitarii vel duo ex apice, unguiculares.* Bractea *membranacea, truncata ad basin alterius pedicelli, et in altero versus calycem.* Labium *superius unguiculare.*

27. UTRICULARIA nectario obtuso labio inferiore breviore, scapo subbifloro. setacea.
Utricularia setacea; minuta aphylla: caule tenui setaceo, distante, bi-s-trifloro; floribus longiuscule pedicellatis; calcare longiusculo. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 12.
Habitat in Carolina. *Bosc.*
Radices *capillares, albidae, pollicares vel minores, subsimplices.* Scapus *digitalis, capillaris, nudus, superne bi-s-triflorus.* Bracteae *aridae, truncatae.* Pedicelli *breves.*

28. UTRICULARIA scapo subtrifloro, floribus parvis purpureis foliis fibrosis. *Walt. fl. car.* 64. † purpurea.
Habitat in Carolina.
Flores *duo vel tres.* Walt. *l. c. Species obscura.*

29. UTRICULARIA nectario subulato porrecto, corollae labium inferius amplissimum, scapo subunifloro. † cornuta.
Utricularia cornuta; subarrhiza, aphylla: scapo rigido, sessiliter summitate bifloro: corollae majusculae labio inferiore amplissimo; calcare porrecto, longiusculo, acutissime cornuformi. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 12.
Habitat in Canada.
Scapus *uni-biflorus.* Michaux.

**** *Aphyllae.*

30. UTRICULARIA nectario subulato longitudine labii inferioris, scapo tortuoso. coerulea.
Nelipu. *Rheed. mal.* 9. *p.* 137. *t.* 70.
Utricularia coerulea; scapo nudo: squamis alternis vagis subulatis. *Lin. fl. zeyl.* 23. *syst. veg.* 66.
Habitat in Zeylonae *et* Indiae *Orientalis paludosis.*

Radix *ut in affinibus.* Scapus *simplex, plerumque tortuosus, volubilis, rarissime rectus, spithamaeus et ultra.* Squamae *paucae, remotissimae, lineari-oblongae.* Flores *terni vel plures, remoti, pedicello longiores, magni, coerulei.* Bracteae *lineari-oblongae, acutae, pedicello breviores.*

juncea. 21. UTRICULARIA nectario subulato longitudine labii superioris, scapo squamoso racemoso, squamis remotis.

Habitat in Cajenna. *Richard;* Portorico. *West.*

Radices *fibrosae, brevissimae, subindivisae.* Scapus *pedalis, erectus, strictus, simplicissimus, teres, glaber.* Squamae *minutae, ovatae, acutae.* Flores *quinque ad octo, brevissime pedicellati.* Bractea *minuta, arida ad basin pedicellorum.*

aurea. 22. UTRICULARIA nectario compresso conico, floribus racemosis. †

Utricularia aurea; aphylla, nectario compresso conico, flore racemoso. *Lour. fl. cochinch.* 426.

Habitat in Cochinchina.

Scapus *teres, tripollicaris.* Lour. *l. c.*

An hujus tribus?

pusilla. 23. UTRICULARIA scapo capillari subdiviso superne flexuoso, floribus racemosis remotis.

Habitat in Cajenna. *v. Rohr, Richard.*

Radix *brevissima, subdivisa.* Scapus *digitalis, simplicissimus vel superne bifidus, superne squamis minuta, ovata. Pedicelli a medio fere scapi, quinque ad octo, semiunguiculares:* Bractea *minutissima ad basin singuli.* Capsulae *minutae.*

bifida. 24. UTRICULARIA nectario conico acuto longitudine labii superioris, scapo bifido vel simplici.

Utricularia bifida; scapo nudo bifido. *Osbeck. it.* 243. *t.* 3. *f.* 2. *Lin. spec. pl.* 26.

Habitat in China, Zeylona.

Radices *brevissimae, simplices.* Scapus *digitalis vel palmaris, saepe superne in ramo scapo breviore divisus, bi-s-triflorus.* Squama *una altera superne.* Pedicelli *remoti.* Bracteae *ovatae, acutae, uti calycis foliola.*

25. UTRICULARIA nectario conico, calycibus corollam aequantibus, capsulis compressis, scapo angulosо subsimplici. uliginosa.

Habitat in humidiusculis Indiae *orientalis. König.*
Radices *setaceae, breves, subindivisae.* Scapus *simplex vel superne bifidus, ramo altero brevіore, palmaris.* Pedicelli *tres vel quatuor, alterni, distantes, breves.* Bractea *ovata, acuta, pedicello brevior.* Calycis *foliola ovata, acuta.* Corolla *purpureo-alba, minuta.* Nectarium *longitudine labii inferioris.*

26. UTRICULARIA nectario conico obtuso, scapo subquadrifloro, squamis adnatis basi solutis, capsulis cernuis globosis. nivea.

Habitat in roridis Zeylonae. *König.*
Differt ab antecedente. Scapo *filiformi, palmari vel spithamaeo, ut plurimum quadrifloro, raro trifloro:* Floribus *albis: majoribus.* Pedicellis *brevioribus.*

27. UTRICULARIA nectario conico acuto labio superiore breviore, calycibus subrotundis, capsulis carinatis. humilis.

Habitat in India *orientali.*
Radices *brevissimae, vix ramosae.* Scapus *sesquipollicaris vel parum ultra, saepe uniflorus, interdum bi-tri-quadriflorus, angulatus.* Squamae *duae vel tres remotae, uti* Bracteae *ovatae.*

28. UTRICULARIA nectario subulato, labiis crenatis, scapo subtrifloro. † crenata.

Utricularia aphylla; scapo bi-quadrifloro squamis totidem apice furcato. *Fl. per.* 1. *p.* 20. *t.* 31. *f. d.*
Habitat in inundatis et humidis Limae. ⊙
Radix *bullis reniformibus, magnitudine fere seminum sinapeos instructa.* Scapus *filiformis, bi-s-quadriflorus, sesquipalmaris, simplex, glaber.* Squamae *ovatae, membranaceae, integerrimae, amplectentes.* Pedicelli *remoti.* Corolla *lutea: Labium superius tri-vel quinque-crenatum; inferius tri-crenatum.* Fl. per. *l. c.*

29. UTRICULARIA nectario subulato labio inferiore longiore, scapo unifloro. † tenuis.

Utricularia tenuis; scapo sesquipollicem alto, unifloro. *Cavan. ic.* 5. *p.* 24. *t.* 440. *f.* 2.

Habitat in Chili. ⊙

Radices *fasciculatae*, *simplices*, *bullis minimis instructae.* Scapus *sesquipollicaris*, *prope apicem bi-s-tribracteatus.* Bracteae *minimae.* Calycis *foliola ovata*, *acuta.* Corolla *lutea: Labia ovata, integra; superius planum, erectum; inferius duplo minus dependens: palatum prominulum cordatum, limbo superiore rubro.* Nectarium *labio inferiore duplo longius.* Cavan. *l. c.*

gibba. 30. UTRICULARIA nectario gibboso, scapo subunifloro. †

Utricularia florum nectario gibboso, scapo nunc unifloro, nunc bifloro. *Gron. virg. ed.* . *p.* 129.

Utricularia gibba; nectario gibboso. *Gron. virg. ed.* 5. *Lin. syst. veg.* 66.

Habitat in Virginia.

Flores *parvi.*

ramosa. 31. UTRICULARIA nectario conico brevi, scapo simplici vel ramoso paucifloro, pedicellis fructiferis cernuis.

Habitat in Indía *orientali.* *König.*

Radices *brevissimae*, *simplices.* Scapus *digitalis*, *angulatus interdum simplex*, *saepe bifidus*, *rami semel vel bis bifidi*, *bi-sive triflori.* Squamae *et* Bracteae *ovatae.* Flores *parvi.*

capillacea. 32. UTRICULARIA nectario tereti obtusiusculo, scapo setaceo subtrifloro, floribus nutantibus, capsulis subulatis.

Utricularia capillacea; scapo nudo capillari subtrifloro, floribus nutantibus, capsulis subulatis. *Wild. spec. plant.* 1. *p.* 113.

Habitat in India *orientali.* *Röttler.*

Radix *ut in affinibus.* Scapus *saepe vix pollicaris*, *angulatus*, *uni-bi-s-triflorus.* Pedicelli *breves.*

In unico specimine ad latus radicis superne adest bulbus oblongo-subrotundus, *magnitudine seminis Coriandri*, *setis adspersus*, *superne et inferne distinctus*, *medio annulo radici affixus*, *forte propago.*

minutissima. 33. UTRICULARIA nectario conico, scapo capillari simplici subbifloro, squamis adnatis basi solutis, bracteis subulatis.

Habitat circa Malaccam. *König.*

Radix *ut in antecedentibus.* Scapus *semipollicaris vel pollicaris.* Squama *unica vel duo in scapo, membranacea, linearis, utrinque acuta.* Flores *solitarii, duo vel terni, distantes.* Bracteae *duae ad basin pedicellorum.* Corollae *coeruleae.* Nectarium *longitudine corollae.* Capsula *oblonga, erecta.*

34. UTRICULARIA nectario subulato. *Gron. virg.* 5. *Lin. syst. veg.* 66. † subulata.

Pyrola floribus albis spicatis, caule aphyllo, folio rotundo serrato, pediculo longissimo insidente. *Clayt. n.* 31.

Habitat in Virginia.

Cum nec plantam ipse vidi, nec descriptionem ullibi reperi, non nisi cum differentia imperfecta Linnaei tradere queo.

Habitus. Scapi *erecti, ut plurimum simplicissimi, glabri, plerumque flores plures quam duo, racemosi, rarissime uniflori.* Pedicelli *bracteati.*

Differentiae specierum perquam difficiles, et vix in speciminibus siccis extricandae. Plurimas adhuc hujus generis plantas vidi, certe a se invicem diversas, quas vero ob defectum characteris praetereo.

48. STACHYTARPHETA. *Cal.* tubulosus, 4-dentatus. *Cor.* hypocrateriformis, inaequalis, 5-fida, curva. *Stam.* 4: 2-sterilia. *Sem.* 2.

1. STACHYTARPHETA foliis lanceolatis utrinque attenuatis remote serratis glabris. angustifolia

Verbena angustifolia; diandra spicis carnosis subnudis, foliis lineari-lanceolatis. *Mill. dict.* 4. *p.* 595.

Verbena indica. *Jacqu. obs.* 4. *p.* 7. *t.* 96.

Habitat in America *meridionali.* ☉

Caulis *uti tota planta glaber, erectus.* Folia *bi-s-tripollicaria obscure oblique nervosa.* Spicae *breviter pedunculatae tripollicares.* Bracteae *lanceolatae.* ✲

Quamvis haec in hortis aeque ac in collectionibus botanicorum, uti et specimen quod quondam ex horto Upsaliensi habui sub nomine V. indicae occurrit, dubito tamen num vera V. indica Lin. *est, cum nec differentia, nec descriptio, nec*

patria convenit, optime vero cum insequente, ideoque angustifoliam milleri speciem esse diversam fere plane persvasus sum.

indica. 2. STACHYTARPHETA foliis lanceolato-oblongis basi attenuatis remote dentatis cauleque glaberrimis, bracteis lineari-lanceolatis.

Verbena indica; diandra, spicis longissimis carnosis nudis, foliis lanceolato-ovatis oblique dentatis, caule laevi. *Lin. spec. pl.* 27.

Habitat in Zeylona *et* Guinea. ⊙

Caulis *teres.* Folia *bi-s-tripollicaria, inferiora obtusa, suprema lanceolata, acuta.* Spicae *pedales, crassitie pennae columbinae.* Bracteae *calyce parum longiores, margine submembranaceae, lineari-lanceolatae, subtilissime striatae.* Semina *oculo armato venosa.*

Affinis praecedenti, differre videtur: Foliis *basi tantum attenuatis nec utrinque, apice saepe obtusis vel acutiusculis, dentibus magis remotis majoribus saepe obtusis:* Spicis *longioribus, angustioribus:* Bracteis *angustioribus in aristam fere attenuatis.*

Verbena indica Bontii in hist. nat. Pison. 150 *huc forte pertinet at figura pessima.*

aristata. 3. STACHYTARPHETA foliis oblongis serratis acutis subtus villoso subcanescentibus; bracteis ovatis acuminatis, caule fruticoso.

Verbena aristata; foliis oblongis serratis, spicis elongatis, bracteis ovatis acuminatis semine longioribus, caule fruticoso. *Ecl. am.* 2. *p.* 2. *Ic.* 11.

Habitat in America *meridionali. von Rohr.* ♄

Rami *purpureo-subcinerascentes.* Folia *sesquipollicaria, utrinque attenuata, aequaliter profunde serrata, basi integerrima, villis minutis adspersa, supra glabriora nervosa, subtus nervoso-venosa, nervis praesertim incana.* Spica *interdum fere pedalis.* Bracteae *inferiores patulae, superiores imbricatae, unguiculares, subciliatae.* Calyx *bractea brevior, floriferus patentiusculus.*

jamaicensis. 4. STACHYTARPHETA foliis oblongo-ovatis dentato-serratis glabris, ramis hirtis, bracteis ovatis calyce brevioribus.

Valerianoides. *Borh. Lugdb.* 2. *p.* 270.

Verbena folio subrotundo serrato, flore coeruleo. *Sloan. cat.* 64. *hist.* 171. *t.* 107. *f.* 1.
Verbena foliis obtusis ovalibus, spica carnosa nuda. *Lin. hort. Cliff.* 10.
Verbena indica. *Mill. dict.*
Verbena jamaicensis; diandra, spicis longissimis carnosis nudis, foliis spathulato-ovatis serratis, caule hirto. *Lin. syst. veg.* 66. *Jacqu. obs.* 4. *p.* 6. *t.* 85.
Habitat in Caribaeis. ♄
Caulis *suffruticosus:* Rami *sparsi.* Folia *bipollicaria, grosse acuteque serrata, basi integerrima, obtusa, interdum acuta, costa pilis raris hirta: rudimenta ramulorum in axillis.* Spica *spithamaea, penna columbina parum crassior.* Bracteae *inferne margine membranaceae.*

5. STACHYTARPHETA foliis oblongo-ovatis serratis, ramis hispidis, bracteis lanceolatis longitudine calycis. † — dichotoma.
Verbena dichotoma; diandra, spicis longissimis terminalibus et ex dichotomiis, foliis ovatis oblongisque serratis. *Fl. per.* 1. *p.* 23. *t.* 34.
Habitat in sylvis Peru. ♄
Caulis *suffruticosus, tripedalis, erectus, parum ramosus:* Rami *superne secundum articulationem compressi.* Folia *acuta, serraturis acuminatis, venosa, subtus hispidula.* Spicae *pedales, arcuatae.* Semina *extus striata.* Fl. per. *l. c.*

6. STACHYTARPHETA foliis ovato-subrotundis dentato serratis glabris, dentibus margine cartilagineis, caule fruticoso. — marginata.
Habitat in India *occidentali. von Rohr.* ♄
Rami *teretes, glabri, uti reliqua planta.* Folia *pollicaria, firma, grosse serrata, serraturis mucronatis, obtussima, nervosa, avenia.* Spicae *semipedales, crassitie pennae columbinae.* Bracteae *lineari-lanceolatae, attenuatae, longitudine calycis, subtilissime striatae.*

7. STACHYTARPHETA foliis ovato-oblongis crenato-serratis ramisque pilosis. — strigosa.
Habitat in India *occidentali. Ventenat.*
Caulis *suffruticosus:* Rami *teretes, uti folia et petioli pilis albidis adspersi.* Folia *pollicaria,*

obtusissima, obtuse serrata; serraturis mucronatis, nervosa, avenia. Spicae *palmares et parum ultra, crassitie fili emporetici.* Bracteae *lineari-lanceolatae, attenuatae, longitudine calycis, subtilissime striatae.*

cajanensis. 8. STACHYTARPHETA foliis ovatis crenato-seratis glabris obtusissimis, caule frutescente.

Verbena cajanensis; frutescens, foliis brevi ovatis, obtusis basi angustatis, crenato-dentatis supra glabris, subtus minute hirsutulis, spicis gracilibus. *Act. soc. h. n. par.* 1. *p.* 105.

Habitat in Cajenna. *Richard.* ♄

Rami *teretes, apice, uti ramuli, petioli foliorum juniorum et pedunculi pilosi.* Folia *bipollicaria, grosse crenata, crenis mucronatis, nervosa, subvenosa.* Spicae *graciles, quadripollicares.* Bracteae *lineari-lanceolatae, attenuatae, uti calyces pilis adspersae eisque parum longiores.*

orubica. 9. STACHYTARPHETA foliis ovatis serratis scabris rugosis, caule fruticoso, bracteis ovatis calyce majoribus. †

Verbena orubica teucrii folio, primulae veris flore, siliquis et seminibus longissimis. *Parad. bat. prodr.* 383. *Plukn. alm.* 383. *t.* 228, *f.* 4. *et t.* 327. *f.* 7.

Verbena foliis ovatis acuminatis, spica foliosa. *Lin. hort. Clif.* 10.

Sherardia urticaefolio subtus incano, floribus violaceis. *Ehret. pict. t.* 5. *f.* 1.

Verbena orubica; diandra, spicis longissimis foliosis. *Lin. syst. veg.* 66.

Habitat in insula Oruba, Americae *meridionalis.* ♄

Caulis *tripedalis, crassitie digiti minimi, supernе ramosus.* Folia *profunde serrata, villis scabra.* Spica *sesquipedalis.* Bracteae *ad basin, extrorsum flexae, calyce multoties majores.* Corolla *violacea, nigra cum macula bifida, dilutiore umbilico ad latus superius umbilici.* Lin. *l. c.*

mutabilis. 10. STACHYTARPHETA foliis ovatis serratis rugosis caulequе subincano, bracteis lanceolatis calyce brevioribus. †

Verbena mutabilis. *Jacqu. coll.* 2. *p.* 334. *icon. rar.* 2. *t.* 207.
Habitat in America *meridionali.* ♄
Caulis *fruticosus*, *erectus*, *sexpedalis*, *tomentoso-subincanus*, *scabriusculus*: Rami *juniores villosi.* Folia *quinquepollicaria*, *acuta*, *supra villosa*, *asperiuscula.* Spica *tandem sesquipedalis*, *villosula.* Calyx *villosus.* Corolla *primum miniato-coccinea dein rosea.* Semina *atra nitida.* Jacqu. *l. c.*
An a Verb. orubica diversa?

11. STACHYTARPHETA foliis ovatis obtusis serratis, spicis laxis, bracteis subulatis calyce brevioribus. prismatica.
Verbena spicata jamaicana, Teucri pratensis folio, dispermos. *Pluk. alm.* 382. *t.* 321. *f.* 1.
Verbena prismatica; diandra, spicis laxis, calycibus alternis prismaticis truncatis aristatis, foliis ovatis obtusis. *Lin. syst. veg.* 67. *Jacqu. coll.* 2. *p.* 301. *icon. rar.* 2. *t.* 268.
Habitat in America *meridionali.*
Rami *glabri.* Folia *remota*, *pollicaria et ultra*, *obtusa*, *interdum acuta*, *scabriuscula*, *nervosa.* Spica *pedunculata*: *tri-quinquepollicaris.* Flores *magis distantes*, *pauciores*, *rachis multo tenuior fere filiformis et minus foveolata quam in reliquis.* Bracteae *ope lentis pilis brevissimis adspersae*, *uti folia.* Calyx *profunde quadridentatus*; *dentibus subulatis*
Verbena, *minima etc. Sloan. hist.* 172. *t.* 107. *f.* 2. *ad Salviam procumbentem Lamarckii pertinet.*

12. STACHYTARPHETA? foliis elliptico-lanceolatis serrulatis alternis, pedunculis axillaribus longissimis, caule fruticoso. † squamosa.
Verbena squamosa; diandra; spicis longissimis totis squamosis; foliis lanceolato acuminatis. *Jacqu. hort. schoenbr.* 1. *p.* 3. *t.* 5.
Habitat ——— ♄
Caulis *teres*, *calamo gracilior*, *erectus*, *simplex vel ramosus*, *villosus.* Folia *longiora semipedalia*, *utrinque attenuata*, *petiolata*, *rugulosa*, *scabriuscula*, *utrinque hirta.* Pedunculi *quinquedecimpollicares*, *hirsuti*, *toti squamis lanceolatis*, *ciliatis*, *adpressis tecti*, *apice simplicissimi vel breviter ramosi.* Spicae *solitariae vel*

ternae, pollicares. Flores *minuti.* Calyx *pentaphyllus:' foliolis lanceolatis, hirsutulis.* Corollae *tubus albus: Limbus coeruleus: labium superius oblongum, semibifidum, erectum: inferius tripartitum; laciniis linearibus, oblongis, emarginatis, intermedia obcordata.* Filamenta *tubo longiora.* Jacqu. *l. c.*

An hujus generis? an proprii generis, cum folia alterna?

Habitus. Rami *obsolete tetragoni, superne dichotome divisi.* Folia *opposita, petiolata, basi acuminata, per petiolum decurrentia.* Spicae *e dichotomia et apice ramorum, solitariae, elongatae, teretes, attenuatae, acutae.* Flores *alterni.* Bracteae *in setam attenuatae.* Calyx *tubulosus, angulatus, longitudine foveolae rachidis, quadridentatus.* Corolla *hypocrateriformis: tubus superne parum recurvatus, calyce longior: Limbus semiquinquefidus; laciniae subrotundae, infima minor.* Filamenta *quatuor, duo sterilia tubo superne inserta, eique breviora.* Antherarum *locula altera infra alteram.* Stigma *peltatum.* Semina *duo, linearia, longitudine calycis.*

49. LYCOPUS. *Cal.* tubulosus, ±-fidus. *Cor.* tubulosa, subaequalis, ±-fida: lacinia superiore latiore, emarginata. *Sem.* 4. retusa.

europaeus. 1. LYCOPUS foliis ovato-lanceolatis villosis sinuato-serratis.

Marrubium aquaticum. *Trag.* 9.

Marrubium aquaticum vulgi, sideritis secunda Matth. *Lobel. ic.* 524.

Lycopus europaeus; foliis sinuato-serratis. *Lin. syst. veg.* 68. *Poll. palat. n.* 2-. *Flor. dan.* 1081.

laciniatus. β. Marrubium palustre hirsutum tenuius laciniatum. *Bauh. prodr.* 110.

Habitat in Europae *ripis humentibus.* 4

Caulis *erectus, bi-s-tripedalis, ramosus, villosus.* Folia *bi-s-tripollicaria; inferiora petiolata, basi subpinnatifida; superiora sessilia, breviora et angustiora, profunde serrata, utrinque acuta, villosa, interdum parum glabriora.* Verticilli *multiflori.*

2. LYCOPUS foliis basi pinnatifido-serratis; laciniis integerrimis subserratisque. exaltatus.

Marrubium aquatile foliis tenuius dissectis. *Moris. prael.* 131.

Pseudo-marrubium aquaticum glabrum foliis dissectioribus. *Moris. hist.* 3. *p.* 378. *s.* 11. *t.* 9. *f.* 11.

Lycopus exaltatus; foliis basi pinnatifido-serratis. *Lin. suppl.* 87.

Lycopus pinnatifidus. *Pall. phys. top. Gem. v. Taur.* 93.

Habitat in Italia. 2

Caulis *altitudine hominis, glaber, ramosus.* Folia *petiolata, bi-s-tripollicaria, basi pinnatifida, extrorsum profunde serrata, utrinque acuta, costa et nervis subtus subvillosa.* Flores *copiosi.* Corollae *albae: laciniis rubro-punctatis.*

3. LYCOPUS foliis lanceolatis inferioribus basi virginicus. pinnatifidis, superioribus remote serratis caulesque glabro.

Lycopus foliis lanceolatis tenuissime serratis. *Gron. Virg.* 8.

Lycopus virginicus; foliis aequaliter serratis. *Lin. syst. veg.* 68.

Habitat in Virginia. 2

Caulis *humilior et tenuior quam in praecedentibus, erectus, geniculis subvillosis.* Folia *inferiora petiolata, basi utrinque laciniis tribus pinnatifida, superiora sessilia, utrinque dentibus tribus-quinque serrata, basi apiceque integerrima; omnia utrinque attenuata, avenia, subtus nervosa, minora quam in praecedentibus.* Verticilli *pauciflori.*

4. LYCOPUS foliis lanceolatis subserratis glabris, pumilus. stolonibus procumbentibus.

Lycopus uniflorus; pusillus, radice tuberosa: caulibus simplicibus: foliis ovalibus, obtusis, obsolete dentatis: axillis unifloris. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 14.

Habitat in Canada. *Michaux. Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *digitalis, basi ramosus, glabriusculus.* Stolones *foliosi.* Folia *petiolata, pauciserrata, avenia; stolonum minuta.*

obtusifolius. 5. LYCOPUS foliis lanceolatis remote obtuse serratis.

Habitat ad fretum Hudsonis. *Michaux. Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *erectus*, *palmaris*, *simplex*, *superne canescens.* Folia *petiolata*, *vix semipollicaria*, *obtusa*, *glabriuscula.* Verticilli *pauciflori.*

Habitus. Caulis *omnibus herbaceus.* Folia *opposita*, *utrinque resinoso-punctata.* Flores *verticillati*, *sessiles.* Calyces *spinula innocua terminati.*

50. AMETHYSTEA. *Cal.* subcampanulatus, 5-fidus. *Cor.* subaequalis, 5-fida, lacinia infima longiore concava. *Sem.* 4. gibba.

coerulea. 1. AMETHYSTEA. *Lin. amoen. ac.* 1. *p.* 386. *ed. sibiricae p.* 110. *Gmel. sib.* 3. *p.* 248.

Amethystina montana, erecta, foliis exiguis digitatis, trifidis, serratis, flosculis cum coma e coeruleo janthinis. *Amm. ruth. n.* 70. *Hall. in act. ups.* 1742. *p.* 51. *f.* 1. *comm. götting.* 1751. *p.* 209. *t.* 10.

Habitat in Sibiriae *montanis.* ☉

Caulis *sesquipedalis*, *erectus*, *tetragonus*, *glaber*, *ramosus.* Folia *opposita*, *petiolata*, *tripartita*; *laciniis lanceolatis*, *profunde serratis*, *attenuatis*, *glabris.* Pedunculi *ex axillis superioribus et apice caulis*, *oppositi*, *trifidi*: *pedicellus intermedius uniflorus*; *laterales bi-triflori.* ✻

51. HOSLUNDIA. *Cal.* tubulosus, 5-dentatus. *Cor.* ringens: labio superiore concavo. *Stam.* 4: 2. fertilia. *Sem.* 4. intra calycem baccatum.

opposita. 1. HOSLUNDIA foliis oblongo-ovatis oppositis.

Habitat in dumetis Aquapim Guineae. *Thonning.* ♄

Rami *brachiati*, *inter folia linea villosa.* Folia *bipollicaria et ultra*, *extrorsum remote serrata*, *basi integerrima.*

Frutex *orgyalis*, *ramosissimus.* Folia *odorata.* Calyx *monophyllus*, *tubulosus*, *quinquedentatus striatus.* Corolla *ringens*, *alba*, *calyce fere duplo longior*: *faux compressiuscula*: *Limbi labium superius erectum*, *ovatum*, *gibbum*; *inferius*

hians, trifidum, recurvum. Stamina *quatuor, tubo adnata: duo brevissima, vix longitudine faucis; antheris minutissimis, sterilibus: duo corolla longiora; antheris reniformibus, fuscis.* Germen *superum, quadripartitum: stylus filiformis, longitudine staminum fertilium: stigma bifidum.* Bacca *spuria, e calyce facta, magnitudine Ribeos, subrotunda, decemangulata; dentibus calycis umbilicata, aurantia, pubescens, intus cava.* Semina *quatuor, ovata in fundo calycis.* Thonning.

Hoslundiam *in memoriam* Olai Hoslundii Smith *dixit* Petrus Thonning, *qui una cum illo Guineam historiae naturalis causa petiit, at fato infausto morbo correptus in excursione versus Aquapim praematura morte periit juvenis, botanices ardentissimus cultor et longiori vita dignus.*

1. HOSLUNDIA foliis lanceolatis ternis. verticillata.

Habitat ad Senegal. *Dupuis quondam praefectus horti Thuillerii Pariensis.*

Folia *sesquipollicaria, utrinque attenuata, serrata, basi apiceque integerrima, subtus pallidiora.* Petioli *breves, pubescentes.* Panicula *minus ramosa quam in antecedente.* Calyx *et reliquae partes fructificationis ut in praecedente.*

Habitus. Caulis *fruticosus ramosus:* Rami *teti agoni, striati, leviter pubescentes, superne canescentes.* Folia *petiolata, indivisa, supra glabra, avenia, obsolete nervosa; subtus nervoso-subvenosa, nervis venisque majoribus canescentibus, adspersa punctis resinosis lucidis ope lentis videndis.* Panicula *terminalis, erecta brachiata, canescens: pedunculi partiales tres vel quatuor, unicus vel duo reflexi, reliqui patentes; pedicelli oppositi, patentissimi.* Bracteae *minutae, subulatae sub ramificationibus.* Flores *parvi, extus villoso-canescentes. Primo intuitu Cornutiae similes sunt.*

52. CUNILA. *Cal.* cylindricus, 5-dentatus. *Cor.* ringens: labio superiore erecto, plano, emarginato. *Stam.* 4: 2. sterilia.

1. CUNILA foliis ovatis serratis sessilibus, corymbis axillaribus terminalibusque dichotomis. mariana.

Calamintha erecta virginiana, mucronato folio glabro. *Moris. hist.* 3. *p.* 413. *s.* 11. *t.* 19. *f.* 7.
Calamintha mariana, mucronatis rigidioribus et crenatis foliis, flosculorum calyculis villis argenteis. *Pluk. mant.* 3. *t.* 344. *f.* 1.
Hedyosmos. *Mitchel. E. N. c.* 1748. *app.* 211.
Satureja origanoides; foliis ovatis serratis, corymbis terminalibus dichotomis. *Lin. spec. pl. ed.* 1. *p.* 568.
Cunila mariana; foliis ovatis serratis, corymbis terminalibus. *Lin. syst. veg.* 68.
Habitat in Virginia. 4
Caulis *erectus*, *ramosus*, *purpurascens*, *pili nonnulli ad genicula*, *coeterum glaber.* Folia *sessilia*, *pollicaria*, *extrorsum remotiuscule serrata*, *utrinque punctata*, *subtus obscure nervosa.* Pedunculi *bis-bifidi: pedicellus uniflorus in dichotomiis; laterales biflori.*

capitata. 2. CUNILA foliis ovatis, verticillis axillaribus terminalibusque, pedunculis unifloris.
Cunila capitata; foliis ovatis, floribus terminalibus, umbella subrotunda. *Lin. suppl.* 87.
Ziziphora clinopodioides; foliis ovatis, verticillis axillaribus et terminalibus, calycibus pilosis subincanis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 63.
Habitat in Sibiria.
Caulis *palmaris et ultra.* Folia *vix semipollicaria*, *integerrima*, *inferiora obtusiuscula*, *superiora acutiora*, *glabra*, *subtus obscure nervosa.* Flores *plures*, *interdum tantum in umbella terminali*, *interdum cum verticillo approximato in axillis penultimis tam in planta spontanea quam in culta.* Pedunculi *breves.* Calyx *pilosus.* Corolla *purpurea.* Antherae *nigrae.*
Ziziph. clinopodioides Lamarckii nullo modo discrepat, *specimen enim ab ipso cel. viro mecum communicatum*, *uti et ex horto parisino in omnibus conveniunt cum specimine e Sibiria a cel. Rudolphi misso.*

glabella. 3. CUNILA foliis inferioribus oblongis superioribus lanceolatis extrorsum remote serratis, pedunculis terminalibus ternis.
Cunila glabella; perennis erecta, glabra: caule tetragono fistuloso: foliis inferne angustatis, ovali-lanceolatis: floribus paucioribus pedicel-

latis; calycis oblongi dentibus brevibus, aristatis. *Michaux fl. bor. am.* 1. *p.* 13.

Habitat in America *septentrionali. Ex herbario Richardi.* 2

Tota glabra. Caulis *erectus*, *vix pedalis*, *simplex.* Folia *petiolata*, *sesquipollicaria*, *superiora pauciserrata*, *suprema integerrima.* Pedunculi *brevissimi.*

4. CUNILA foliis oblongis subserratis, pedunculis axillaribus multifloris. pulegioides.

Melissa floribus verticillatis glomeratis secundum longitudinem caulis, foliis tomentosis. *Gron. virg.* 167.

Melissa pulegioides. *Lin. spec. plant. ed.* 1. *p.* 593.

Cunila pulegioides; foliis oblongis bidentatis, floribus verticillatis. *Lin. spec. pl. ed.* 2. *p.* 30.

Habitat in Virginiae, Canadae *siccis.* ⊙

Caulis *spithamaeus*, *erectus*, *inferne ramosus*, *pubescens*: Rami *simplices.* Folia *petiolata*, *semipollicaria*, *lanceolato-oblonga*, *acuta*, *utrinque in medio serratura una alterave*, *suprema integerrima*, *versus marginem vix villosa*, *subtus pallidiora.* Pedunculi *secundum totam longitudinem plantae*, *gemini ex singulis axillis*, *apice diphylli*, *tri-vel quinqueflori.* Calyx *curvatus*: *striis laciniisque piloso-ciliatis*: *Labium superius adscendens*; *inferius dentibus duobus setaceis.* Corolla *alba*, *fauce violacea.*

5. CUNILA foliis ovalibus integerrimis, floribus verticillatis, caule tetragono. *Lin. spec. pl. ed.* 2. *p.* 31. ♃ thymoides.

Acinos thymifolio et facie floribus inexpansis. *Moris. hist.* 3. *p.* 404. *s.* 11. *t.* 19. *f.* 6.

Thymus pulegioides. *Lin. spec. pl. ed.* 1. *p.* 592.

Habitat Monspelii. ⊙

Caulis *spithamaeus*, *erectus*: Ramis *paucis*, *brevibus*, *simplicibus.* Folia *obtusa.* Verticilli *secundum totam longitudinem plantae.*

Sub nomine C. thymoidis plantam habui, *in omnibus similem Thymo piperellae*, *nisi quod omnibus partibus triplo minorem*, *num vero eadem ac Lin. thymoidis sit*, *asseverare non audeo*, *utpote planta genuina Linnaei mihi non nota.*

Habitus. Caulis *tetragonus, herbaceus:* Rami *oppositi, simplices.* Folia *petiolata, opposita, indivisa, utrinque punctata.* Calyx *decemstriatus; fauce villosa.*

53. ZIZIPHORA. *Cal.* tubulosus, 5-dentatus. *Cor.* ringens: labio superiore reflexo integro.

capitata. 1. ZIZIPHORA fasciculis terminalibus, bracteis ovatis, foliis elliptico-lanceolatis.
Clinopodium fistulosum pumilum Indiae occidentalis, summo caule floridum. *Plukn. alm.* 111. *t.* 164. *f.* 4.
Thymus humilis latifolius. *Buxb. cent.* 3. *p.* 28. *t.* 51. *f.* 1.
Ziziphora capitata; fasciculis terminalibus, foliis ovatis. *Lin. syst. veg.* 68.
Habitat in Syria, Armenia. ⊙
Caulis *palmaris et ultra, erectus, ramosus, pubescens.* Folia *integerrima, glabriuscula.* Pedunculi *terminales, septem vel plures, breves, cincti foliis quatuor, ovatis, attenuatis, ciliatis, nervosis.* Calyces *pilosi, striati: laciniae aequales.* ✲

hispanica. 2. ZIZIPHORA floribus racemoso spicatis, bracteis obovatis nervosis acutis, foliis ovatis. *Lin. am. ac.* 4. *p.* 263.
Habitat in Hispania. ⊙
Caulis *palmaris, erectus, brachiatus, durus:* Rami *erecti, uti caulis villoso-cinerei.* Folia *semiunguicularia, acuta, integerrima, pilosiuscula, subtus punctata.* Flores *a medio caulis, frequentes, utrinque terni, breviter pedunculati, approximati.* Bracteae *foliis fere majores, sessiles, rhombeo-subroundae, imbricatae, acuminatae, ciliatae, undecimnerves, subtus punctatae.* Calyx *bractea parum longior, pilosus.*

spicata. 3. ZIZIPHORA floribus racemoso-spicatis imbricatis, bracteis ovatis acutis nervosis, foliis lanceolatis subdentatis.
Ziziphora spicata; spicis densis terminalibus foliosis oblongis, fasciculis imbricatis. *An. hist. nat. madr. v.* 4. *n.* 12. *p.* 254.
Habitat in Hispania. ⊙

Caulis *decem-ad octodecimpollicaris, basi ramo uno alterove altitudine caulis.* Folia *nervosa, inferiora petiolata, superiora sessilia.* Flores *plures, breviter pedicellati, approximati.* Bracteae *latae, integerrimae, acutae, ciliatae.* An. h. n. *l. c.*

An mera varietas hispanicae? differe videtur foliis caulinis lanceolatis floralibus angustioribus; floralibus ovatis nec obovatis.

3. ZIZIPHORA floribus lateralibus, foliis lanceolatis. *Lin. syst. veg.* 68. ramulor.

Habitat in Syria. ⊙

Caulis *spithamaeus, erectus, basi ramosus, uti rami hirtus.* Folia, *duo paria infima ovata, obtusa, reliqua lanceolata, attenuata, acuta, semipollicaria, integerrima, ciliata, obsolete quinquenervia, subtus punctata.* Flores *inde a basi fere, tres vel quatuor utrinque, folio duplo breviores.* Calycis *striae punctis elevatis piliferis adspersae.*

4. ZIZIPHORA floribus lateralibus, foliis ovatis calycibus cauleque hispidis. acinoides.

Clinopodium supinum incanum. *Amm. ruth. n.* 66.

Ziziphora acinoides; floribus lateralibus; foliis ovatis. *Lin. spec. pl.* 31.

Habitat in Sibiria. ⊙

Planta hi pido-canescens. Folia *vix unguicularia, basi attenuata, acumine brevi terminata.* Flores *utrinque duo ad quatuor, inferiores remotiores, superiores confertiores, breviter pedunculati, folio breviores.*

Habitus. Caulis *herbaceus:* Rami *oppositi, simplices.* Folia *petiolata, nervosa, subintegerrima.* Pedunculi *uniflori.* Calyces *striati, fauce villosi.*

54. MONARDA. *Cal.* tubulosus, 5-dentatus. *Cor.* ringens: labio superiore lineari filamenta involvens.

1. MONARDA foliis oblongo-lanceolatis cordatis fistulosa. villosis planis. *Hort. kew.* 1. *p.* 36.

Origanum fistulosum canadense. *Corn. canad.* 13. *t.* 14.

Origanum spurium flore fistuloso. *Riv. mon.*
Monarda fistulosa capitulis terminalibus, caule obtusangulo. *Lin. syst. veg.* 60.

mollis. β. Clinopodium majus virginiense foliis minus hirtis acutioribus, floribus fistulosis. *Moris. hist.* 3. *p.* 374.
Monarda mollis. *Lin. am. acad.* 3. *p.* 399.

Habitat in Canada. 2
Caulis *obtuse angulatus.* Folia *bipollicaria, serrata.* Capitulum *terminale.* Involucri *foliola quatuor, ovata.* Calyces *pilosi.* Corollae *punctatae.* ✲
β. *Differt: caule duplo altiore, foliis non pilosis.* Lin. *l. c.*

oblongata. 2. MONARDA foliis oblongo-lanceolatis basi rotundato-attenuatis villosis planis. *Hort. kew.* 1. *p.* 36. *Wilden. spec. pl.* 125.
Monarda longifolia; foliis oblongo-lanceolatis serratis nudiusculis, corollis punctatis. *Lamarck. dict.* 4. *p.* 256. *illust.* 1. *p.* 65.

Habitat in America *septentrionali.* 2
Caulis *purpurascens, villis raris adspersa, ad articulos frequentioribus.* Folia *tripollicaria, attenuata, remote serrata, rare villosa.* Involucra *cordato-ovata, attenuata, basi tinctura viridi-coerulescente.* Calyx *apice villosus.* Corollae *punctatae.* ✲

clinopodia. 3. MONARDA foliis ovato-lanceolatis basi rotundatis inaequalibus glabris. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 125.
Monarda foliis ovato-lanceolatis, verticillis lateralibus dichotomis corymbosis, foliis inaequaliter serratis. *Gron. Virg.* 3.
Monarda clinopodia; floribus capitatis, foliis laevissimis serratis. *Lin. spec. pl.* 32.

Habitat in Virginia. 2
Caules *acutanguli, superne, uti petioli, folia floralia et bracteae subtus rare pilosi.* Folia *bipollicaria et parum ultra, ovato-oblonga, attenuata, grosse remote serrata, floralia angustiora, basi colorata.* Capitulum *terminale, multiflorum.* Bracteae *exteriores ovatae, purpureo-violaceae, longitudine calycis.* Calyces *apice purpureo-violacei, glabriusculi.* Flores *pallidi.*

Statura M. didymae: at folia angustiora, magis elongata: bracteae purpureo-violaceae nec puniceae: flores diandri, nec subdidynami. ✲

4. MONARDA foliis ovatis glabris, capitulis verticillatis, floribus subdidynamis, caule acutangulo. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 125. didyma.

Monarda caule acute angulato, capitulis terminalibus. *Lin. hort. cliff.* 495. *Gold. noveb.* 7.

Monarda didyma; floribus capitatis subdidynamis, caule acutangulo. *Lin. syst. veg.* 68.

Monarda floribus capitatis verticillatisque, caule acute angulato, foliis lanceolato-serratis glabris. *Büttn. cun.* 226. *Trew. Ehret.* 32. *t.* 66.

Habitat in Pensylvania, Noveboraco. ♃

Caulis *glaber.* Folia *bipollicaria vel ultra, serraturis mucronatis, adspersa pilis minutissimis raris.* Flores *superne in verticillo et capitulo terminali.* Involucra *lanceolato-ovata, uti calyces et corollae puniceae.* ✲

5. MONARDA foliis ovato-lanceolatis cordatis glabris rugosis. *Hort. kew.* 1. *p.* 36. *Wilden. spec. pl.* 1. *p.* 125. rugosa.

Habitat in America *boreali.* ♃

Similis antecedenti: at Folia *longiora, glabra, rugosiuscula, fere more Salviae: et* Flores *albi.* Wild. *l. c.*

M. glabra Lamarck. Dict. 4. *p.* 256. *et illustr.* 1. *p.* 65. *huc forte spectat.*

6. MONARDA foliis oblongis serratis, capitulis terminalibus, calycibus limbo barbatis. † allophylla.

Monarda allophylla; foliis oblongis, acute serratis: capitulo terminali: calycibus ad limbum barbatis, corollis graciliter elongatis, carneis. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 16.

Habitat in America *septentrionali.*

7. MONARDA foliis ovatis attenuatis, caule verticillisque hirsutis, bracteis ovatis calycem aequantibus. ciliata.

Clinopodium angustifolium non ramosum, flore coeruleo: labio trifido, atropurpureis maculis ornato. *Moris. hist.* 3. *p.* 374. *s.* 11. *t.* 8. *f.* 6. *Plukn. alm.* 10. *t.* 164. *f.* 3.

Monarda spica interrupta, involucris longitudine verticillorum lanceolatis. *Gronov. Virg.* 9.

Monarda ciliata; floribus verticillatis, corollis involucro longioribus. *Lin. syst. veg.* 69.

Habitat in Virginia, Carolina. *Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *ramosus, e pilis longis albidis hirsutus, praesertim superne.* Folia *hipollicaria, basin versus integerrima, villis raris minutis adspersa.* Verticilli *superne, duo ad quinque, inferiores remoti, globosi albido-hirsuti.* Bracteae *in aristam attenuatae.* Flores *parvi, hirsuti, coccineo-punctati.*

Facies aliena a reliquis. Odor menthae.

punctata. 8. MONARDA foliis lanceolatis, floribus verticillatis involucris ovato-lanceolatis verticillo longioribus.

Clinopodium virginianum angustifolium, lamii flore, luteo maculato. *Moris hist.* 3. *p.* 375. *s.* 11. *t.* 9. *f.* 9.

Clinopodium angustifolium virginianum, quovis verticillo duodecim foliolis rubentibus cincto. *Plukn. alm.* 111. *t.* 211. *f.* 1.

Monarda punctata; floribus verticillatis, corollis punctatis, bracteis coloratis. *Lin. syst. veg.* 69.

Habitat in Virginia. ♂

Caulis *erectus, ramosus, villoso-subcanescens, obtuse angulatus.* Folia *sesquipollicaria, versus medium serrata, glabra, nervosa.* Verticilli *superne, duo ad quinque.* Involucri *foliola quatuor longiora, duo breviora, basi ciliata supra violacea.* Calyx *punctatus, defloratus dentibus recurvis.* Corollae *hirsutae, flavae, rubro punctatae.*

Variat foliis magis minusve serratis, supremis integerrimis vel serratis.

Habitus. Caulis *herbaceus, tetragonus:* Rami *oppositi.* Folia *petiolata, opposita, indivisa remotiuscule serrata, resinoso-punctata.* Verticilli *vel capitula multiflori, involucrati.* Bracteae *setaceae.* Calyx *striatus.*

55. ROSMARINUS. *Cal.* : labiatus : labio superiore integro. *Cor.* ringens: labio superiore bipartito. *Filam.* longa, curva, simplicia cum dente.

1. ROSMARINUS foliis sessilibus. *Wilden. spec.* officinalis.
pl. 1. p. 26.
β. foliis linearibus obtusis, utrinque virentibus. *latifolia.*
Mill. dict.
Rosmarinus sylvestris major. *Cord. hist.*
Rosmarinus officinalis. *Lin. syst. veg.* 69. *Rivin.*
mon. ir. t. 39.
γ. Rosmarinus. *Fuchs. hist.* 478. *angustifolia.*
Rosmarinus foliis linearibus, marginibus reflexis, subtus incanis. *Mill. dict.*
Habitat in Hispaniae, Galliae narbonensis, Italiae, Helvetiae, Orientis, Africae *septentr. collibus; in* Istriae *montanis inque* Iaponia. ♄
Frutex *quadri-quinquepedalis:* Rami *erecti, stricti, tetragoni, canescentes; rudimenta ramulorum ex axillis foliorum.* Folia *opposita, subtus rugosa.* Racemi *pauciflori, breves, ex apice ramulorum lateralium: pedicelli oppositi, cani, uti calyces.*

2. ROSMARINUS foliis petiolatis. *Molin. hist. nat.* chilensis.
chil. 12. †
Habitat Chili. ♄

56. SALVIA. *Cal.* subcampanulatus 2-labiatus: labio superiore 3-dentato. *Cor.* ringens. *Filam.* transverse pedicello affixa.

1. SALVIA foliis lineari-lanceolatis denticulatis rugosis, bracteis ovatis mucronatis. aegyptiaca.
Horminum aegyptium minimum ramosissimum Lippi. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 66.
Salvia aegyptiaca; foliis lanceolatis denticulatis, floribus pedunculatis. *Lin. syst. veg.* 69. *Jacq. hort. t.* 103.
Melissa perennis; floribus verticillatis utrinque ternis pedunculatis, foliis oblongis crenatis. *Forsk. descr. p.* 108.
Habitat in Ægypto. Canariis. ♃
Caulis *suffruticosus, rigidus, palmaris, ramosissimus, incanus e pilis brevibus reversis.* Folia *sessilia, unguicularia, margine reflexa, undulato-denticulata, villosa, canescentia, utrinque parum attenuata; inferiora in petiolum.* Bracteae *ovatae, acuminatae, parvae.* Flores *tres utrinque, breviter pedicellati, parvi.*

Calycis *labium superius indivisum: inferius profunde bifidum; oculo armato resinoso punctatis.* Corolla *alba, parva.*
Planta e Canariis altior, ramis minus rigidis quam aegyptiaca.

cretica. 2. SALVIA foliis lineari-lanceolatis, floribus digynis, calycibus diphyllis. *Wild. spec.* 1. *p.* 128.
Salvia cretica angustifolia. *Clus. hist. p.* 343.
Salvia tenuifolia. *Rivin. monop. t.* 128.
Salvia cretica; foliis lanceolatis, calycibus diphyllis. *Lin. syst. veg.* 19. *Nov. act. nat. c. t.* 3. *p.* 479. *Etling. salv. no.* 3.
Habitat in Creta. ♄
Fruticulus *sesquipedalis, facie S. officinalis, basi ramosus:* Rami *erecti, villoso-tomentosi, canescentes.* Folia *longe petiolata, basi attenuata, crenulata, inferiora obtusiora, rugosa, bipollicaria vel ultra, subtus tomentosa.* Flores *verticillati, subspicati.* Bracteae *ovatae.* Calycis *foliola subaequalia: superius tridentatum, inferius semibifidum.* Corolla *calyce longior.*
Varietas forte S. officinalis ex mente Etling. *et* Wildenovii.

lavandulaefolia. 3. SALVIA foliis lineari oblongis crenulatis subtus incanis, pedunculis elongatis, caule fruticoso.
Salvia Hispanica, lavandulaefolia. *Tournef. inst. r. herb.* 181.
Habitat in monte Moncayo *inque montosis circa* Siguensam Hispaniae. ♄
Caulis *fruticosus, vix palmaris, erectus, aphyllus, teretiusculus, superne ramosus:* Rami *erecti, stricti, obscure tetragoni, canescentes, in pedunculos longos desinentes.* Folia *petiolata, vix pollicaria, semiunguem lata, acutiuscula, basi obtusissima, inferne in ramis conferta, duum parium superne remota, supra rugis minutis, glabra, subtus e tomento tenui incana; superiora parum majora, utrinque rugosa, villosa.* Pedunculi *simplices vel basi utrinque ramo aucti.* Verticilli *remoti, quadri-quinque flori: floribus sessilibus.* Bracteae *ovatae, acutae, parvae.* Calyces *tubulosi multistriati, purpureo-virides, subcanescentes, acute quinquedentati, bracteis triplo longiores.* Corolla *calyce duplo longior.*

Odorem fere camphorae spargit.
Maxime affinis S. officinali, *an modo varietas? cultura docebit.*

4. SALVIA foliis lanceolato-ovatis crenulatis, verticillis paucifloris, calycibus mucronatis bracteis longioribus. officinalis.
Salvia major. *Fuchs. hist.* 248.
Salvia officinalis; foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus spicatis acutis. *Lin. syst. veg.* 69.
β. Salvia minor. *Fuchs. hist.* 249. lobata.
Habitat in Europa *australi.* ♄
Caules *fruticosi, basi ramosi.* Folia *petiolata, uni-vel bipollicaria, rugosa.* Verticilli *sexflori: floribus breviter pedicellatis.* Bracteae *ovatae, attenuatae, nervosae, deciduae.* Calyx *striatus, incano-subpurpurascens: dentibus in mucronem attenuatis, subulatis.*

5. SALVIA incano-tomentosa, foliis cordato-ovatis rugosis, floribus axillaribus solitariis. maruibioides.
Habitat in Oriente? *Ex horto parisino.* ♄
Rami *obtuse tetragoni.* Folia *petiolata, vix pollicaria, obtusa, adultiora obscure crenulata, subtus albidiora, juniora integerrima, supra venosissima: rudimenta ramulorum ex omnibus axillis.* Pedunculi *axillares, brevissimi, solitarii, uniflori.* Calyx *folio quadruplo brevior, striatus, pilosus, pilis apice glanduliferis, quinquedentatus; dentibus acutis.* Corolla *calyce dimidio longior.* Stylus *corolla longior.* ✲

6. SALVIA foliis cordato-oblongis crenatis, verticillis multifloris, calycibus acutis bracteis brevioribus. *Etling. salv. n.* 2. grandiflora.
Salvia flore magno. *Rivin. monop. irr. t.* 127.
β. Salvia latifolia serrata. *Bauh. pin.* 237. latifolia.
Salvia serrato et crispo folio latiore. *Moris. hist.* 3. *p.* 394. *s.* 11. *t.* 15. *f.* 7.
Habitat in Oriente. ♄
Facies *S. officinalis, diversa caule altiore, tomento denso laxo, uti petioli lanato:* Foliis *inferioribus saepe palmaribus, crenis et rugis majoribus, viridioribus:* Verticillis *duodecimfloris:* Bracteis *rudioribus, calyce corollaque*

duplo majoribus: Calyce *hirto, dentibus ovatis, acutis.*
Cultura facie multum mutatur, ut fere diversa planta apparet.

triloba. 7. SALVIA tomentosa, foliis petiolatis rugosis subtrilobis, lobo intermedio productiore oblongo, lateralibus ovatis obtusis. *Lin. suppl.* °°.
Salvia coccifera sive baccata cretensis. *Lob. adv. p.* 239.
Salvia cretica pomifera. *Clus. hist.* 343. *Moris. hist.* 3. *p.* 399. *s.* 11. *t.* 15. *f.* 4.
Salvia quinquefolia. *Rivin. monop. irr. t.* 131.
Salvia auriculata; foliis lanceolatis saepe auriculatis subtus tomentosis, floribus spicato-verticillatis, calycibus ventricosis. *Mill. dict.*
Salvia baccifera; foliis ovato-lanceolatis crenulatis obtusis tomentosis, verticillis paucifloris, calycibus acutis. *Etling. salv. n.* 4.
Salvia Clusii; foliis lanceolato-ovatis, integris crenulatis, floribus spicatis calycibus acutis teretibus aequaliter dentatis. *Jacqu. hort. Schoenb.* 2. *p.* 37. *t.* 195.
Salvia Sipylea; frutescens tomentosa, foliis petiolatis lanceolatis auriculatis rugosissimis, calycibus plicato-striatis pilosis obtusiusculis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 68.

albiflora. β. Salvia cretica pomifera, flore albo. *Tournef. cor.* 10.

Habitat in insulis Archipelagi, Syria. ♄

Habitus S. officinalis. Tota cano-tomentosa. Folia *sesquipollicaria, summa saepe integra, inferiora plerumque triloba, interdum quinqueloba, interdum latere altero biloba, altero uniloba, rarius lobus alteri lateris distinctus: lobus intermedius multo major, ovatus vel ovato-lanceolatus: lateralia oblonga, omnia crenata, obtusa.* Bracteae *longitudine calycis, cordatae, crassae, pilosissimae.* Verticilli *octo-decemflori: floribus breviter pedicellatis.* Calyces *sulcati; sulcis punctis resinosis adspersis, pilosi; pilis plerumque glandulosis.*
β. Gaudet foliis inferioribus uni-vel bilobis: lobis lanceolatis, alterius lateris inferiore majore: foliis superioribus sessilibus, simplicibus.

8. SALVIA foliis ovato-lanceolatis rugosis crenulato-undulatis, calycibus ampliatis obtusis bracteis ovatis longioribus. pomifera.

Salvia cretica frutescens pomifera; foliis longioribus incanis et crispis. *Tournef. it.* 1. *p.* 92. *t.* 42. *cor.* 16.

Salvia crispa. *Rivin. monop. irr. t.* 125.

Salvia pomifera; foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus spicatis, calycibus obtusis. *Lin. syst. veg.* 69.

Salvia frugifera; foliis cordato-oblongis crenulatis obtusis tomentosis, floribus subspicatis, calycibus trifidis. *Etling. salv. n.* 5.

Habitat in Creta, Palaestina, Syria. ♄

Frutex *bi-s-tripedalis, inferne rubescens, ramosus:* Rami *crassitie pennae anserinae, tomentoso-albidi.* Folia *petiolata, bi-tripollicaria, lanceolata, basi ovata, obtusa, rugosa, utrinque incana.* Verticilli *approximati, sexflori.* Bracteae *deciduae, acutiusculae.* Flores *breviter pedicellati, magni.* Calyx *campanulatus, magnus, villosus, nervosus, apice coloratus, corollae tubo amplior, trifidus: lacinia superior rotundata; inferiores oblongae.* Corolla *pubescens.*

Aliud specimen in herb. Jussiaei *vidi foliis basi acutioribus, latioribus, altero latere baseos brevioribus.*

9. SALVIA tomentosa, foliis subcordato-oblongis obtusissimis crenatis calycibus hirtis, bracteis lanceolatis, caule herbaceo. multicaulis.

Habitat in Oriente. *Ex herbario Desfontainii.* ♃

Caules *plures, erecti, semipedales, basi foliosi, uti tota planta tomentoso-incani, superne inter verticillos pilosi.* Folia *petiolata, semipollicaria, venoso-subrugosa.* Petioli *folio longiores, incani, pilosi.* Verticilli *distantes, sexflori.* Bracteae *calyce breviores.* Calyx *fructiferus campanulatus, magnus, membranaceus, venosus: laciniis rotundatis.*

10. SALVIA foliis pinnatis serratis, caulibus procumbentibus hirsutis. *Etling. salv. n.* 15. incarnata.

Horminum arabicum alatis foliis, flore rubello. *Pluckn. alm.* 1[illegible]. *t.* 19. *f.* [illegible].

Horminum chalepense, alato folio, flore rubicundo. *Moris. hist.* 3. *p.* 394. *s.* 11. *t.* 13. *f.* 19.

Habitat in Oriente. ♃

Caules *quadrangulares, retrorsum villosi.* Folia *inferiora longe petiolata, pinnata, quinquejuga, superiora ternata, impari majore, aequaliter serrata, summa saepe sessilia, foliola oblonga, rugosa, interiora minora.* Flores *magni, carnei.* Semina *rotunda, nigra.* Etling. *l. c.*

An huc pertinet SALVIA bracteata; foliis pinnatis hirtis, calycis laciniis subulatis, bracteis foliaceis calyce longioribus, verticillis multifloris. *Russel hist. nat. alep. vers. germ. 2. p. 145?*

interrupta. 11. SALVIA foliis interrupte pinnatis, caule frutescente erecto. *Schousb. obs. 1. p. 18. t. 1.*

Habitat in Mauritania. *Schousboe.* ♄

Caulis *simplex, tri-quadripedalis, inferne glaber, superne villosus.* Folia *petiolata, spithamaea et ultra, interrupte pinnata: foliola quinque majora, subopposita, brevissime petiolata, oblonga vel lanceolato-oblonga; terminale bi-tripollicare; interiora triplo fere minora, altero latere baseos breviora: unicum, duo vel quatuor inter majora, subrotunda, sessilia multoties minora; omnia crenata, rugosa, subtus albido-tomentosa.* Bracteae *ovatae, obtusae, brevissimae.* Verticilli *remoti, sexflori: floribus pedicellatis.* Calyx *tubulosus, ampliatus, villoso-viscosus, sulcatus: Labium superius tridentatum, dente intermedio minore bifido.* Corolla *magna, albido-coerulescens: galea bifida, extus hirsuta.*

pinnata. 12. SALVIA hirsuta viscosa, foliis interrupte pinnatis, foliolis oblongis erosis inaequilateribus, calycibus inflatis.

Salvia orientalis foliis alatis obscure virentibus odore Salviae vulgaris. *Tournef. Cor. 11. secundum herbarium Vaillantii.*

Salvia orientalis latifolia hirsutissima viscosa pinnata, flore et calyce purpureis inodora. *Boerh. lugdb. 1. p. 167. t. 167.*

Salvia pinnata; foliis lyrato-pinnatis. *Lin. syst. veg. 72. Etling. salv. n. 14.*

Habitat in Oriente. ♃

Caulis *adscendens, tetragonus.* Folia *petiolata, sexjuga: pinnae alternae, petiolatae, remo-*

tae, oblongae, inaequaliter crenatae, latere interiori breviores, intimae minores, terminalis maxima. Pedunculi *terminales, elongati.* Flores *verticillato-racemosi, remoti, utrinque tres vel quatuor.* Bracteae *parvae, ovato-subrotundae, acutae.* Calyx *magnus, urceolatus, oblique truncatus, edentulus, coloratus.* Corolla *purpurea; labium inferius superiore multo majus.*

13. SALVIA foliis oblongis crenatis rugosis inferioribus ternatis, superioribus simplicibus, calycibus campanulatis patentibus. acetabulosa.

Salbey. *Rauw. hod.* 1. *p.* 121.

Salvia peregrina Rauwolfii. *Gesn. ap. Schmied. ed.* 1. *p.* 121. *t.* 12 *f.* 103.

Salvia orientalis, frutescens, foliis circinatis, acetabulis moluccae. *Tournef. cor.* 10.

Salvia acetabulosa; foliis obovatis dentatis, calycibus patentibus pilosis, caule fruticoso. *Lin. mant.* 28. *Etling. sal. n.* 5.

Habitat in Oriente. *Ex herbario Jussiaei.*

Caules *suffruticosi, adscendentes, pilosi.* Folia *inferiora longe petiolata, ternato-pinnata: foliola oblonga vel ovato-subrotunda, obtusa, utrinque villosa, subtus canescentia; terminale fere pollicare, lateralia triplo minora: folia sub infimo verticillo sessilia, ovato-lanceolata.* Verticilli *sex-septem, infra medium caulis incipientes, octoflori, viscosi.* Bracteae *cordatae, vix longitudine calycis.* Calyces *magni, nervosi, pilosi, trifidi: Laciniae ovatae, acutae, coloratae.* Corolla *calyce angustior, glabra.*

Aliud specimen in herb. Jussiaei vidi quoque cum sequente synonymo.

Salvia orientalis, foliis alatis, majoribus et serratis. *Tournef. cor.* 11.

An folia omnia interdum simplicia?

14. SALVIA foliis pinnatis incanis, foliolis serratis, calycibus ringentibus. *Smith. ic. ined.* 1. *p.* 5. *t.* 7. rosaefolia.

Salvia orientalis, foliis alatis minoribus et crenatis, odore mari. *Tournef. cor.* 11.

Habitat in Armenia. *Ex herbario Vaillantii.* ♃

Caulis *suffruticosus, palmaris vel ultra, adspersus pilis albidis, inferne ramosus:* Rami *simplices.*

Folia *petiolata*, *bijuga*: *foliola petiolata*; *terminale semipollicare*, *lateralia minora*, *obovata*, *supra lineata*, *villosa*, *subtus incana*. Spica *terminalis*, *brevis*. Flores *oppositi vel utrinque gemini*, *breviter pedicellati*. Bracteae *ovato-lanceolatae*, *incanae*, *inferiores calyce longiores*. Calyx *bilabiatus*, *canescens*: *Labium superius tridentatum*: *inferius bifidum*; *dentibus ovatis in setam brevem attenuatis*. Galea *villosa*.

Variat foliolis lanceolatis, *ultimis saepe concurrentibus*, *parum majoribus*.

scabiosaefolia. 15. SALVIA foliis pinnatis, foliolis lineari-lanceolatis integerrimis, bracteis ovatis attenuatis calyces aequantibus.

Salvia orientalis, foliis alatis non crenatis odore mari. *Tournef. cor.* 11. *fide herbarii Vaillantii.*

Salvia scabiosaefolia; villosa, foliis subbipinnatis: pinnulis bi-s-tripartitis, lineari-lanceolatis, integris dentatisve; verticillis spicatis. *Lamarck. in diar. hist. nat. 2. p. 44. t. 27.*

Salvia taurica. *Habl. taur.* 207. *n.* 33.

Salvia vulnerariaefolia; foliis pinnatis integerrimis, foliolo terminali maximo. *Wilden. spec. pl.* 1. *p.* 149.

Salvia Habliziana; foliis pinnatis integerrimis, foliolis lanceolatis subaequalibus: superioribus geminatis. *Wilden. in diar. bot. Schrad.* 1799. *p.* 289. *t.* 2.

tenuifolia. β. foliolis angustissimis, inferioribus subbipinnatis.

Habitat in Tauria. *Meyer Pharm. aul. stettinensis*, *in* Armenia *hortus parisiensis et herbarium Vaillantii*, β. *Rudolph. Prof. Petrop.*

Caules *sesquipedales*, *simplices*, *obtuse tetragoni*, *superne e tomento tenuissimo incani*. Folia *petiolata*, *inferiora quinato-pinnata*; *foliola terminalia saepe quina*; *superiora ternata*; *suprema tripartita*: *pinnae subsessiles*, *villoso-subcanescentes*, *nervosae*, *ultima pollicaris*, *lanceolata vel oblonga*, *laterales saepe duplo vel triplo minores*. Petioli *villosi*, *subciliati*. Verticilli *remoti*, *bi-quadri-sexflori*. Bracteae *infimae calyce parum longiores*, *superiores ejus longitudinis*. Calyces *campanulati*, *villosi*, *interdum purpurei*, *nervosi*, *bilabiati*: *Labium*

superius tridentatum: inferius bidentatum; dentibus acutis. Corolla *fere pollicaris: galea villosa.* Vectis *crus superior longior: ambae antheriferae.*

Varietas β. differt: Foliis *angustissimis, inferioribus subbipinnatis, vel pinnis saepe tripartitis, facie fere Scabiosae columbariae: calycibus dentibusque majoribus minus villosis:* Corollis *majoribus. An haec S. pinnifolia.* Pallas. Taur.?

Planta horti Parisini, aeque ac specimina herbarii Vaillantii in omnibus conveniunt cum specimine ab amiciss. Meyero misso. Cum ex herbario Tournef. una cum synonymo in herbarium Vaillantii transiit, vix dubito, quin eadem sit ac S. vulnerariaefolia Wildenowii, suspicor enim quod descriptionem secundum specimen herbarii Gundelsheimerii adumbraverit. Sic quoque persuasus sum, quod Lamarckii S. scabiosaefolia non differat, cum frustra eam quaesivi tam in horto Parisiensi quam in herbario ipsius, nec aliam vidi quam supra descriptam. Foliola *quidem latiora et terminale subserratum secundum figuram l. c. sed haec differentia verosimile e cultura dependit. Patriam dat Peruviae, sed unicuique notum est quam perperam loci natales plantarum in hortis indicantur. Denum bracteae, calyces et corolla ut in S. Habliziana, et, si probe attenditur, foliola terminalia Lamarckii quina sunt in variis foliis aeque ac in illa.*

16. SALVIA foliis inferioribus bipinnatis, superioribus pinnatis, foliolis ovatis sinuato-dentatis, supremis indivisis lanceolatis. † japonica.

Tsjogusa. *Kaemph. am. exot. V. p.* 887.

Salvia japonica; foliis bipinnatis glabris. *Thunb. fl. jap.* 22. *t.* 5.

Habitat in Japonia. ⊙

Caulis *simplex, erectus, pedalis et bipedalis.* Folia *petiolata: pinnae subpetiolatae.* Panicula *trichotoma: pedicelli verticillati.* Bracteae *lanceolatae, glabrae.* Calyx *hispidus, bilabiatus, quinque dentatus.* Thunb. *l. c.*

17. SALVIA foliis obovato-cuneiformibus denticulatis caule frutescente. *Lin. mant.* 25 *et* 511. paniculata.

Salvia minor aethiopica foliis chamaeleagni asperis. *Breyn. cent.* 69. *t.* 5. *moris. hist.* 3. *s.* 11. *t.* . *f.* 9.

Salvia chamelaeagnea; foliis cuneiformibus carinatis basi attenuatis superne serratis, floribus racemoso-paniculatis. *Berg. cap.* 5.

Habitat in Cap. b. spei. ♄

Frutex *erectus*, *obtuse tetragonus*, *purpurascens*, *ramosus*: Rami *villosiusculi*, *scabri*. Folia *vix semipollicaria*, *breviter petiolata*, *basi attenuata*, *superne serrata*, *juniora integerrima*, *costa villosa*, *scabriuscula*, *parum acuminata*. Panicula *brachiata*; *pedunculis inferioribus ramosis*. Flores *oppositi*, *pedicellati*. Bracteae *oblongae*, *acutae*, *deciduae*. Calyx *majusculus*, *campanulatus*, *pilosus*, *purpurascens*: *dentibus labii inferioris ovatis*, *acutis*, *subcuspidatis*, *geminis*: *superioris ternis*. Corolla *purpureo-violacea*.

africana. 18. SALVIA foliis inferioribus spathulatis serratis basi truncatis dentatis, superioribus oblongis subintegerrimis, calycibus hirsutis.

Salvia africana frutescens, folio scorodoniae, flore violaceo. *Com. hort.* 2. *p.* 181. *t.* 91.

Salvia africana; foliis subrotundis serratis: basi truncatis dentatis. *Lin. syst. veg.* 71.

Habitat in Cap. b. spei *locis argillosis*. ♄

Rami *purpurascentes*, *subcanescentes*. Folia *vix unguicularia*, *inferiora subpetiolata*, *serrulata*, *basi dentato-subincisa*, *superiora et juniora sessilia subserrata vel integerrima*; *omnia subtus reticulata*, *tomento tenuissimo incana*, *supra viridiora*. Spicae *terminales*: *verticillis bi-triflorís*. Bracteae *rhomboideae*, *acuminatae*, *calyce breviores*, *extus pilosae*. Calyx *campanulatus*; *dentibus obtusis*.

colorata. 19. SALVIA foliis oblongis subintegerrimis incanis, calycibus pilosis fructiferis grandefactis venoso-reticulatis.

Horminum africanum frutescens, cisti feminae foliis subrotundis. *Moris. hist.* 3. *s.* 11. *t.* 16. *f. ult.*

Salvia colorata; foliis ellipticis subintegerrimis tomentosis, calycis limbo membranaceo colorato. *Lin. syst. veg.* 71.

Salvia integerrima. *Mill. ic.* 150. *t.* 225. *f.* 1.
Salvia barbata; foliis ovatis subintegerrimis rugosis tomentosis, calycibus dilatatis venoso-reticulatis hirsutissimis. *Lamarck. illust.* 1. *p.* 72.

Habitat in Cap. b. spei *arenosis maris littoribus.* ♄
Frutex *pedalis:* Rami *superiores obscure tetragoni, canescentes.* Folia *petiolata, vix pollicaria, subtus tenuissime venoso-subrogosa et magis canescentia, obtusissima: inferiora serrata, rarius auriculata: superiora integerrima.* Spicae *terminales.* Verticilli *quadriflori.* Bracteae *rhombeo-subrotundae, parum acuminatae.* Calyx *campanulatus, hirsutus, demum ampliatus, scariosus, reticulatus, sanguineus.*

20. SALVIA foliis incanis inferioribus basi truncatis dentatis superioribus oblongis integerrimis, calycibus fructiferis ampliatis. **aurea.**

Salvia africana frutescens, folio subrotundo glauco flore magno aureo. *Com. hort.* 2. *p.* 183. *t.* 92.
Salvia aurea; foliis subrotundis integerrimis: basi truncatis dentatis. *Lin. syst. veg.* 71.

Habitat in Cap. b. spei *juxta rivulos.* ♄
Frutex: Rami *inferne obscure tetragoni, e tomento tenui incani.* Folia *semipollicaria, in petiolum attenuata, obtusa vel acutiuscula, utrinque e tomento tenui glaucescentia, coriacea, avenia; rudimenta foliacea ramulorum ex omnibus axillis.* Racemus *terminalis, erectus.* Flores *oppositi.* Bracteae *ovatae.* Calyx *campanulatus, trifidus, villosus, canescens: laciniis ovatis, obtusis; fructiferus amplior, limbo rubicundo, venis copiosis reticulatus.* Corolla *magna.*

21. SALVIA fruticosa, foliis lanceolatis integerrimis albo-tomentosis, ramis divaricatis. *Thunb. prodr. p.* 96. **nivea.**

Salvia lanceolata; foliis lanceolatis integerrimis brevissime tomentosis, calycibus obtusis corollarum tubo brevioribus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 72.

Habitat in Cap. b. spei. *Ex herbario Lamarckii et Royeni.* ♄

Frutex *ramosus*, *rigidus*: Rami *superne tetragoni*, *incani*. Folia *inferiora petiolata*, *superiora sessilia*, *pollicaria*, *laevia*, *avenia*, *enervia*, *acuta*. Racemi *terminales*. Flores *oppositi*, *oppositionibus tribus-quatuor*, *secundi*, *brevissime pedicellati*. Bracteae *parvae*, *lineares*. Calyx *infundibuliformis*, *semipollicaris*, *striatus*, *villosus*, *tubo corollae amplior*: *laciniis oblongis*, *obtusis*. Corolla *pollicaris*: *galea pubescens*, *recta*. Stylus *galea longior*.

dentata. 22. SALVIA foliis lineari-oblongis serratis, verticillis bifloris, calycibus obtusis. *Hort. kew.* 1. *p.* 37.

Salvia rigida; fruticosa, foliis lanceolatis dentatis tomentosis, ramis erectis virgatis. *Thunb. prodr.* 96.

Habitat in Cap. b. spei. ♄

Fruticulus *semipedalis*, *ramosus*: Rami *superne tetragoni*, *subcanescentes*. Folia *petiolata*, *unguicularia*, *angusta*, *utrinque incana*. Spicae *terminales*. Bracteae *rhomboideae*. Calyx *aetate membranaceus*, *campanulatus*, *magnitudine Sal. africanae*, *minime coloratus*, *pilis aureis villosus*, *praesertim basi*, *bilabiatus*: *lobis ternis*, *obtusis*.

serotina. 23. SALVIA foliis subcordatis obtusis glabriusculis inaequaliter obtuse serratis, calycibus villoso viscosis corollam subaequantibus.

Salvia foliis cordato-ovatis serratis rugosis, bracteis subverticillatis senis, calycibus tridentatis. *Ard. spec.* 1. *p.* 10. *t.* 2.

Salvia serotina; foliis cordatis serratis mollibus, floribus racemoso spicatis, corollis vix calycem excedentibus. *Lin. mant.* 25. *Jacqu. collect.* 1. *p.* 140. *Ic. rar.* 1. *t.* 3.

Habitat in Chio? *specimen mecum communicavit Arduini.* ♂ ♄

Caulis *basi frutescens*, *sesquipedalis*: Rami *villosi*, *subcanescentes*. Folia *petiolata*, *pollicaria et ultra*, *tactu mollia*, *oculo armato villis rarissimis adspersa*, *tenella parum villosiora*, *magis rugosa*, *adultiora supra planiora*, *obtusa*, *ovata vel subcordata*. Verticilli *septem-novem*: *floribus pedicellatis*, *circiter octo in singulo verticillo*. Bracteae *minutae*. Calyces *parvi*,

nervosi, dorso viridiores; floriferi tubulosi, fructiferi parum ampliores nutantes. Semina *oblonga, glabra, laevia.* ✲

24. SALVIA foliis cordatis obtusis crenatis rugosis dominica, subtus incanis, calycibus villoso-viscosis corollam subaequantibus.

Salvia dominica; foliis cordatis obtusis crenatis subtomentosis, corollis calyce angustioribus, *Lin. syst. veg.* 70. *Swartz. obs.* 18. *t.* 1. *f.* 1.

Habitat in campis et fruticetis Indiae *occidentalis.* 2

Caulis *basi frutescens, erectus, striatus, pubescens, purpurascens, ramosus.* Folia *petiolata, unguicularia vel parum ultra, interdum ovata, mollia, utrinque villosa, subtus magis.* Flores *verticillato-racemosi.* Verticilli *remoti, bi-sexflori.* Bracteae *minutae.* Semina *ut in praecedente.*

Calyx *dorso coloratus, bilabiatus: labium inferius bifidum; superius indivisum, floriferus tubulosus, fructiferus compresso-clausus.* Corolla *candida: tubus calyce brevior, compressiusculus: Labium superius calyce vix longius, subfornicatum, emarginatum, inferius multoties majus, trifidum; laciniae laterales planiusculae, intermedia majore, lobata.* Filamenta *spuria veris medio adnexa.* Stigma *lanceolatum, lobo altero erecto, altero breviore, apice patulo.* Richard.

Varietatem S. serotinae credit Richard, *quod quoque suspicatur cel.* Swartz, *certe tam affines sunt, ut vix limites inveniantur, vel alii, quam quibus planta spontanea a culta distinguitur.*

25. SALVIA foliis ovatis crenatis incanis, pedunculis axillaribus verticillatis. calaminthaefolia.

Habitat in Domingo. *Desfontaine.* ♄

Fruticulus: Ramis *tenuibus, subpurpurascentibus, superne canescentibus, tetragonis.* Folia *petiolata, vix unguicularia, sursum sensim minora, utrinque mollia, subtus magis canescentia e tomento fere imperceptibili, tri-quinquenervia, avenia, margine utrinque crenis tribus vel quatuor parvis, obtusa, rudimenta ramulorum in axillis inferioribus.* Pedunculi *axillares, utrinque tres-quatuor, folio triplo breviores, uni-*

flori. Calyx *superne parum amplior, nervosus, subcanescens, bilabiatus: Labium superius indivisum: inferius bidentatum; dentibus acutis* Corolla *calyce duplo longior, coerulea: Labium inferius trilobum, subtus, uti galea, pubescens; lobi laterales lineari-oblongi, intermedius latior et longior, obcordatus. Genitalia corolla parum longiora.* Stylus *superne barbatus, bifidus: lacinia altera brevior, parum latior revoluta, altera erecta.*

occidentalis. 26. SALVIA foliis ovatis serratis, spicis laxis, bracteis cordatis aristatis, calycibus glanduloso-pilosis.

Verbena minima chamaedrys folio. *Sloan. jam.* 64. *hist.* 1. *p.* 172. *t.* 107.

Salvia spicata repens, melissae minoris folio, floribus fasciculatis alternis. *Brown. jam.* 117.

Salvia occidentalis; foliis ovatis serratis, spicis laxis, bracteis cordatis subtrifloris. *Swartz. prodr.* 14. *fl. ind. occid.* 1. *p.* 47.

Salvia procumbens; foliis ovato-rhomboidibus serratis, calycibus pilis glandulosis hispidis, caule procumbente. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 72.

Habitat in Antillis. ⊙

Caulis *adscendens, ramosus, pedalis, diffusus, tetragonus, glaber.* Folia *petiolata, vix pollicaria, basi saepe acuminata, supra pilis raris adspersa, subtus glabra.* Petioli *pubescentes, rubri.* Bracteae *parvae.* Calyx *striato-angulatus, parvus, tridentatus.* Corolla *coerulea.*

tenella. 27. SALVIA foliis cordatis, caule filiformi repente, spicis adscendentibus. *Swartz. prodr.* 14. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 45. *t.* 2.

Habitat in glareosis et graminosis montium altissimorum Jamaicae. ⊙

Caulis *quadri-quinquepollicaris, inferne repens, subdivisus, adscendens, striatus, pubescens.* Folia *petiolata, semipollicaria vel parum ultra, remota, profunde serrata, obtusa, supra subnervosa, villis raris adspersa, subtus venosa pallidiora glabra oculo armato punctata.* Verticilli *tri-quadriflori: floribus pedicellatis, minutis, coeruleis.* Bracteae *ovatae, minutissimae.* Calyx *tridentatus, pilosus: pilis glanduliferis.*

28. SALVIA foliis cordatis rugosis crenato-aequaliter serratis acutis, calycibus glabriusculis aristatis. *Symb. bot.* 3. *p.* 7. tiliaefolia.

Habitat — — — ♃

Caulis *erectus*, *villosiusculus*, *obtuse tetragonus*. Folia *petiolata*, *bipollicaria*, *vix pubescentia*, *subtus praesertim venoso-reticulata rugosa*. Petiolus *longitudine fere folii*. Verticilli *sex-octoflori*. Bracteae *subulatae*, *deciduae*. Calyx *campanulatus*, *lineis octo elevatis pilosis*: *laciniis ovatis*, *acuminatis*, *superior indivisa*. Corolla *calyce parum longior*, *coerulea*. ✲

29. SALVIA foliis cordatis crenatis bullatis margine undulatis obtusis glabris, bracteis ovatis calyce brevioribus. micrantha.

Habitat in America *calidiore?* ♃

Caulis *erectus*, *pedalis*, *parum ramosus*, *viridicanescens*. Folia *petiolata*, *pollicaria*, *venosissima*: *inferiora cordato-subrotunda*, *minora*; *superiora apice declinata*: *rudimenta ramulorum ex axillis omnibus*. Verticilli *sexflori*. Flores *pedicellati*, *minuti*. Calyces *patentes*, *striati*, *villoso-glandulosi*: *Labium superius integrum*: *inferius bidentatum*, *parum longius*. Corolla *coerula*: *Labium superius bifidum*; *laciniis declinatis*: *inferius superiore duplo longius*, *disco albidum*; *lacinia intermedia longior*, *bifida*. ✲

30. SALVIA foliis subcordato-ovatis crenatis, pedunculis axillaribus verticillatis, caule fruticoso ferrugineo-subtomentoso. † plumosa.

Salvia plumosa: foliis subcordatis acutis crenatis, pedunculis quatuor-quinque axillaribus unifloris, stylo plumoso. *Fl. per.* 1. *p.* 26. *t.* 37. *f. a.*

Habitat in praeruptis provinciae Tarmae. ♄

Caulis *orgyalis*, *erectus*, *ramosus*: Rami *brachiati*, *lanuginosi*. Folia *petiolata*, *acuta*, *venosissima*, *rugosa*, *subtus leviter lanuginosa*. Pedunculi *quatuor-quinque in singula axilla*, *petiolis longiores*. Calyx *bifidus*, *nervosus intus scaber*. Corolla *purpurea*, *extus hirsuta*: *Labium superius emarginatum*. Stylus *purpurascens*. Fl. per. *l. c.*

patens, 31. SALVIA foliis subhastatis crenato-serratis subtus incanis, floribus axillaribus terminalibusque oppositis. †

Salvia patens; foliis subhastatis crenato-serratis subtus incanis, floribus oppositis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 32. *t.* 454.

Habitat in nova Hispania.

Caulis *tetragonus, bipedalis, villosus.* Folia *subtus tomentosa, inferiora petiolata, floralia subsessilia.* Flores *superne, pedunculati.* Calyx *campanulatus, pilosus, bilabiatus: Labio superiore integro, acutissimo: inferiore bifido.* Corolla *coerulea: Labium superius elongatum, concavum, pilosum: inferius dependens, tripartitum; laciniae laterales obtusae, breves; intermedia lata, obcordata.* Antherae *exsertae.* Stylus *superne barbatus.* Cavan. *l. c.*

Regla 32. SALVIA foliis deltoidibus crenatis, pedunculis terminalibus geminis unifloris, calycibus tubulosis coloratis. †

Salvia Regla; foliis deltoideis crenatis, calycibus tubulosis coloratis. *Cavan. ic.* 5. *p.* 33. *t.* 455.

Habitat in regno Mexicano 2.

Caulis *orgyalis, ramosus.* Folia *petiolata, subvillosa, praesertim tenera.* Pedunculi *breves.* Calyx *semipollicaris et ultra, purpureo-viridis, trifidus: laciniae ovatae, acutae, novemnerviae, venosae.* Corolla *coccinea, infra labiorum incisuras ventricosa: Labium superius elongatum, concavum, apice emarginatum: inferius dependens, tripartitum; laciniae obtusae, media paullo longiore.* Cavan. *l. c.*

Leonuroides. 33. SALVIA foliis cordatis crenatis, floribus axillaribus verticillatis, caule fruticoso.

Salvia leonuroides; calycis labio superiore integerrimo, stylo bifariam barbato, floribus axillaribus interrupte verticillatis, foliis cordato-ovatis crenatis. *Gloxin. obs. bot. p.* 15. *t.* 2.

Salvia formosa; foliis subcordatis, corollarum galea barbata, calycibus trilobis, caule frutescente. *L'Heret. stirp. nov.* 1. *p.* 41. *tab.* 2.

Salvia nodosa, foliis cordatis superioribus ovatis deltoidibusque serratis, pedunculis axillaribus nodosis, galea hirsuta. *Fl. per.* 1. *p.* 25. *t.* 41. *f. a.*

Habitat in Peru. ♄

Caulis *ramosus*, *bracliiatus*: Rami *obscure tetragoni*, *glabri*. Folia *petiolata*, *bipollicaria*, *obtusiuscula*, *obsolete nervoso-venosa*, *subtus rugosula*, *subcanescentia*. Pedunculi *axillares*, *quatuor-quinque utrinque*, *breves*, *uniflori*. Calycis *lobi tres*, *ovati*, *acuti*; *basi multistriatus*, *glaber*. Corolla *coccinea*: *galea barbata*.

34. SALVIA foliis cordato-ovatis crenatis subtus incanis, corollarum galea villosa, caule herbaceo. fulgens.

Salvia fulgens; foliis ovato-acutis cordatis crenatis, rugosis; floribus verticillatis fulgidis. *Cavan. ic.* 1. *p.* 15. *t.* 23.

Habitat in Mexico. ♃

Caules *tripedales*, *tetragoni*, *scabriusculi*: Rami *erecto-patuli*, *villis reversis canescentes*. Folia *petiolata*, *pollicaria et ultra*, *obtusiuscula*, *utrinque villosa mollia*, *vix rugosa*, *subtus canescentia*, *obscure nervosa*. Petioli *longitudine fere folii*. Racemus *terminalis*, *palmaris et ultra*. Verticilli *tres-sex*, *quadri-vel sexflori*. Bracteae *caducae*. Calyx *campanulatus*, *striatus*, *villosus*: *Labium superius indivisum*: *inferius bifidum*. Corolla *sesquipollicaris*, *coccinea*, *fulgentissima*: *Labium superius*, *integrum*, *rectum*: *inferius trifidum*; *laciniis lateralibus revolutis*, *intermedia tricrenata*. Stylus *apice bifariam barbatus*. ☼

35. SALVIA foliis cordatis acutis tomentosis serratis, corollis calyce duplo longioribus angustioribus. coccinea.

Hort. ketv. 1. *p.* 43.

Salvia coccinea; foliis cordatis acutis serratis, verticillis subnudis. *Ettling. salv. n.* 11.

Salvia coccinea; foliis cordato-oblongis obtuse serratis, calycibus tripartitis: labio corollae inferiori amplissimo. *Murr. in comment. gött.* 1778. *p.* 86. *t.* 1.

Salvia coccinea; foliis cordatis ovatis acutis serratis, subtus mollissime tomentosis, racemo terminali verticillato. *Lin. suppl.* 88.

Habitat in Florida. ♃

Caulis *incanus*. Folia *petiolata*, *pollicaria et ultra*, *patentia*, *attenuata*, *acuta*, *venosa*, *sub-*

tus mollissima, aequaliter obtuse serrata, serraturis mucrone parvo terminatis. Petiolus *folio brevior; rudimenta foliorum in axillis.* Verticilli *racemosi, sexflori.* Bracteae *ovatae, attenuatae, deciduae.* Calyx *viridi-purpureus, angulatus, villosus, trilobus: lobis mucronatis.* Corolla *pulcherrime rubra: lacinia intermedia labii inferioris multoties major, obcordata.* Filamenta *exserta.* Stylus *sursum parum incrassatus, altero latere subbarbatus.* ✲

An Salvia americana flore coccineo. *Moris hist. 3. p. 398. s. 11. t. 1'. f. 9. huc pertinet?*

pseudococcinea. 36. SALVIA foliis ovatis acutis serratis utrinque villosis, caule piloso.

Salvia pseudococcinea; foliis ovatis acutis serratis, utrinque villosis, racemo terminali verticillato, caule piloso. *Jaqu. ic. rar. 2. t. 209. Coll. 2. p. 302.*

Habitat in America *calidiore.* ♄

Caulis *erectus, ramosus, tripedalis, e pilis longis mollibus dense hirsutus.* Folia *petiolata, bipollicaria, basi acuminata, acuta, venosa.* Racemus *terminalis, elongatus.* Verticilli *remoti, sexflori.* Bracteae *ovatae, valde acuminatae, calyce breviores.* Calyx *tubulosus, striatus, dorso coloratus.* ✲

incarnata. 37. SALVIA foliis ovatis acutis serratis glabriusculis, bracteis ovato-lanceolatis caducis, calycibus brevissimis quinquedentatis. †

Salvia incarnata; foliis ovato-acutis serratis: bracteis floralibus brevibus caducis: calycibus parvis quinquedentatis. *Cavan. in ann. hist. nat. 2. n. 4. p. 112.*

Habitat in nova Hispania, *ob pulchritudinem in hortis culta.*

Caulis *quadripedalis, subpurpurascens, glaber, exceptis ramis junioribus:* Rami *frequentes.* Folia *petiolo longiora, venosa, supra obscure viridia, subtus pallidiora, parum villosa.* Spicae *semipedales.* Verticilli *quadriflori: flores breviter pedicellati.* Calyx *tubulosus, villosus vix lineam dimidiam longus, bilabiatus; dentes quinque, interdum sex, acuti.* Corolla *incarnata, plusquam pollicaris, extus parum villosa: La-*

bia aequalia: superius integrum. Genitalia *corolla longiora.*

Differt a reliquis Salv. Americanis, calycibus multo minoribus respectu corollae quam in omnibus calycibusque quinquedentatis. Cavan. *l. c.*

38. SALVIA foliis cordatis acutis serratis, labiis calycinis incurvis, corollae galea bifida. *Fl. per. t. p. 2. t. 42. f. b.* † incurvata.

Habitat in Peru.

Caulis *herbaceus, bipedalis, erectus, superne ramosus.* Folia *longe petiolata, deflexa, venosissima, rugosa, subtus levissime pubescentia, subincana.* Verticilli *racemosi, quadri-sexflori.* Bracteae *ovatae, deciduae.* Calyx *tubuloso-campanulatus: Labium superius indivisum; inferius bifidum.* Corolla *calyce duplo longior, purpureo-coerulea: Labium superius concavum: inferius obtuse trifidum.* Fl. per. *l. c.*

39. SALVIA foliis cordatis acutis serratis subtus lanatis, verticillis nudis, calycibus trifidis, corollis pubescentibus. *Smith. ic. ined. 2. p. 27. t. 27.* † amethystina.

Habitat in nova Granada. ♃

Caulis *suffruticosus, hirtus.* Folia *petiolata, cordato oblonga, rugosa, supra viridia, hirta, subtus densissime lanata alba.* Petioli *hirti.* Verticilli *remotiusculi, sub sexflori: floribus pedicellatis, hirtis.* Calyx *campanulatus, angulatus, apice coloratus, intus scaber.* Corolla *calyce duplo longior, viridissime violacea: Labium superius fornicatum, integrum, extus dense barbatum, margine tantum nudum: inferius trilobum, extus pubescens.* Stylus *hirtus.* Smith. *l. c.*

40. SALVIA foliis cordatis crenatis subpilosis, floribus racemosis secundis subgeminatis, pedicellis calycibusque lanatis. tubiflora.

Salvia tubiflora; foliis cordatis crenatis subpilosis, calycibus trifidis, corollis longissimis tubulosis, staminibus exsertis. *Smith. ic. ined. 2. p. 26. t. 26.*

Habitat Limae *Dombey. Ex herbario Thouinii.*

Caulis *suffruticosus, striatus, superne villosus.* Folia *petiolata, venosa, supra glabriuscula, subtus pallidiora, nervis margineque pilosa.*

Racemi *terminales.* Bracteae *ovatae, mucronatae, nervosae, pilosae, deciduae.* Calyx *tubulosus, parum ventricosus, nervosus, trifidus: laciniae subaequales, acutae, intus scabrae.* Corolla *calyce triplo longior, tubulosa, incurva, coccinea, extus pilosa: laciniis subaequalibus.* Stamina *exserta.*

cuspidata. 41. SALVIA foliis cordatis inaequaliter serratis subtus punctatis, verticillis remotis, labiis calycinis tricuspidatis. †

Salvia cuspidata: foliis cordato-sagittatis inaequaliter serratis, spicis longis, verticillis multifloris remotis, calycibus cuspidatis. *Fl. per. 1. p. 23. t. 40. f. b.*

Habitat in collibus Cheuchin. 4

Caulis *suffruticosus, orgyalis, erectus, obtuse tetragonus:* Rami *bracliiati, pubescentes.* Folia *breviter petiolata, venosissima, rugosa, subtus miniato-punctata.* Racemi *terminales: verticilli sex-decemflori.* Bracteae *ovatae, acuminatae, concavae, punctatae, deciduae.* Calyx *bilabiatus, obscure coeruleus, extus hirsutus, incarnato-punctatus: Labio inferiore bifido; cuspide intermedio longiore.* Corolla *coerulea, calyce duplo longior.* Fl. per. *l. c.*

acutifolia. 42. SALVIA foliis cordato-oblongis obtuse serratis utrinque tomentosis, caule fruticoso, floribus secundis. †

Salvia acutifolia; foliis cordatis obtuse serratis, spicis verticillatis. *Fl. per. 1. p. 24. t. 38. f. b.*

Habitat in pratis humidis Cheuchin. ♄

Caulis *erectus, ramosus:* Rami *tomentosi, sulcati.* Folia *petiolata, acuta, interdum biserrata, venosissima, supra rugosa.* Verticilli *sex-duodecimflori, approximati: flores pedicellati.* Bracteae *ovato-lanceolatae, acutae, caducae, tomentosae.* Calyx *tomentosus, intus scaber: Labio superiore integro: inferiore bifido.* Corolla *purpurea.* Stigma *villosum, exsertum.* Fl. per. *l. c.*

pilosa. 43. SALVIA foliis cordatis obtusis serratis utrinque racemisque pilosis, bracteis lineari-lanceolatis pedicellis brevioribus.

Habitat in Peru *Dombey. Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *herbaceus, erectus, superne bifidus, pilis raris adspersus.* Folia *breviter petiolata, remotissima, pollicaria vel ultra, obtuse serrata, supra nervosa, nervis subcanescentibus, subtus palliliora venosa, utrinque pilis raris adspersa.* Pedunculi *e bifurcatione caulis et apice ramorum.* Verticilli *tri-octoflori.* Flores *erecti.* Pedicelli, *uti calyces pilosi, vix unguiculares.* Calyx *nervosus, longitudine pedicelli, trifidus: lobi ovati, acuti.* Corolla *calyce parum longior: galea pilosa, parum curvata, staminibus et pistillo parum brevior.* Semina *glabra, oculo armato venosa.*

An eadem ac S. rhombifolia. Fl. per.?

44. SALVIA hirsuta, viscosa, foliis cordatis ovatis obtusis serratis rugosis supra asperis, racemis nutantibus. † excisa.

Salvia excisa; foliis cordatis obtusis basi inaequalibus serratis, spicis nutantibus, floribus oppositis binis verticillatisque. *Fl. per.* 1. *p.* 25. *t.* 36. *f. a.*

Habitat in Peruviae *montibus arenosis.*

Caulis *herbaceus, bipedalis, erectus, inferne ramosus, obtuse tetragonus.* Folia *petiolata, obtuse serrata, cum acumine brevi, venosissima, basi interdum inaequalia.* Racemi *longissimi: pedicelli breves, inferne saepe quatuor-quinque-sex, superne oppositi.* Bracteae *lanceolatae, concavae, coloratae, deciduae.* Calyx *duodecimstriatus: dentibus acutis.* Corolla *coccinea, extus hirsuta, calyce triplo longior.* Stamina *exserta.* Fl. per. *l. c.*

45. SALVIA foliis cordatis serratis tomentosis, floribus racemosis oppositis secundis, bracteis ovato-lanceolatis. † biflora.

Salvia biflora; foliis cordatis serratis tomentosis, spicis erectis, floribus secundis binis. *Fl. per.* 1. *p.* 24. *t.* 38. *f. a.*

Habitat in Peruvia. ♃

Caulis *suffruticosus, bipedalis, erectus, villosissimus.* Folia *petiolata, profunde serrata; serraturis acumine brevi terminatis, subtus venosissima.* Racemus *terminalis, bipalmaris.* Bracteae *acutae, nervosae, deciduae.* Calyx *tubulosus, parum ventricosus, trifidus, extus*

villosus, duodecimnervis, intus scaber. Corolla *tubulosa, coccinea, extus hirsuta: lacinia superiore productiore: lacinia media labii inferioris concava.* Fl. per. *l. c.*

In variis convenit cum S. tubiflora, differt vero in aliis.

amarissima. 46. SALVIA foliis cordatis crenatis, petiolis bicallosis, caule calycibusque hirto-viscosis, bracteis ovatis ciliatis.

Salvia amarissima; foliis cordatis acutis crenatis rugosis, spicis erectis, corollae labio inferiori amplo. *Ort. dec.* 4.

Salvia circinata; foliis cordatis, ovato-acutis, crenatis: calycinis lobis obtusis. *Cavan. ic.* 4. *p.* 9. *t.* 318.

Habitat in regno Mexicensi. 4

Caules *plures, erecti, alti, bipedales et ultra, tetragoni, quadrisulcati, ramosi:* Rami *purpurei.* Folia *petiolata, remota, bi-tripollicaria, supra obscure viridia, nervis canescentibus, oculo armato villis raris adspersa, subtus pallidiora, nervis pilosis, coeterum glabra; juniora subtus villosa, subcanescentia.* Petioli *villosi, folio dimidio breviores, subtus ad basin bicallosi.* Racemus *terminalis, erectus, pedalis et ultra.* Verticilli *copiosi, inferiores remoti, superiores contigui, octo-decemflori.* Bracteae *deciduae, semiunguiculares, acutae, excepto margine glabrae.* Calyx *campanulatus, bilabiatus, longitudine bractearum, nervosus; nervis pilosis: Labio superiore indiviso: inferiore bidentato.* Corolla *saturate coerulea: Labium superius brevissimum, emarginatum: inferius trilobum; lobis rotundatis, intermedio maximo.* Stylus *superne barbatus.* ✲

acuminata. 47. SALVIA hirsuta, viscosa, foliis cordatis acute serratis attenuatis rugosis, bracteis coloratis longitudine calycis. †

Salvia acuminata; foliis cordatis serratis acuminatis, spicis terminalibus, floribus verticillatis, corolla calyce duplo longiore. *Fl. per. 1. p. 24. t. 37. f. b.*

Habitat in praeruptis Pilao *et* Cantuae. 4

Caulis *orgyalis, erectus, ramosus, sulcatus:* Rami *brachiati, assurgentes.* Folia *longe petio-*

lata, ampla, patentia, subtus venosissima. Verticilli *sex - decemflori: pedicelli inaequales.* Bracteae *oblongo-obovatae, acuminatae, incarnatae, caducae.* Calyx *tubulosus, nervosus, trifidus.* Corolla *incarnata, calyce duplo longior.* Stylus *exsertus.* Fl. per. *l. c.*

48. SALVIA pubescenti-viscosa, foliis cordatis acutis bicrenatis, racemis nutantibus, corollis longissimis, caule fruticoso. † longiflora.

Salvia longiflora: foliis cordatis acutissimis bicrenatis, spicis longis nutantibus, bracteis calycibusque coloratis, corollis longissimis. *Fl. per.* 1. *p.* 23. *t.* 40. *f. a.*

Habitat in praeruptis profundis Tarmae. ♄

Caulis *subtriorgyalis, erectus, ramosissimus, hispidus; villi longiores setacei, articulati, breviores glandula terminati.* Folia *patentia deflexaque, petiolata, attenuata, rugosa, subtus venosa, hirsuto-tomentosa.* Racemi *terminales, longi; pedicelli calyce duplo breviores.* Verticilli *bi-quadriflori (pedicelli plures in figura).* Bracteae *ovatae, acutae, concavae, coloratae, deciduae.* Calyx *ovatus, inflatus, coloratus: Labium inferius bifidum.* Corolla *omnium longissima, extus hirsuta, laccae colore: Labium superius falcatum: inferius trifidum; lacinia media concava.* Glandula *ad latus superius receptaculi.* Fl. per. *l. c.*

49. SALVIA villoso-viscosa, foliis hastatis inaequaliter crenatis subtus incanis, racemis compositis secundis. sagittata.

Salvia sagittata; foliis sagittatis crenatis acutis. *Fl. per.* 1. *p.* 23. *t.* 37. *f. a.*

Habitat in Peru. *Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *herbaceus, erectus, tetragonus, villosus, incanus, inferne ramosus: villi longiores articulati, breviores glanduliferi.* Folia *petiolata, bi-quadripollicaria, sagittato-subhastata, venoso-rugosa, supra glabra, subtus tomentosa: auriculae ovatae.* Petioli *villosissimi, incani.* Racemus *terminalis: pedicelli oppositi.* Bracteae *parvae, oblongae, deciduae.* Calyx, *uti racemus villoso-viscosus, purpureo-violaceus, bilabiatus: Labium superius ovatum: inferius*

bifidum. Corolla *coerulea, semipollicaris.* Stamina *et* Stylus *corolla multo longiora.*

racemosa. 50. SALVIA foliis cordato-sublanceolatis serratis, racemis terminalibus compositis, bracteis ovatis attenuatis. *Fl. per.* 1. *p.* 25. †

Habitat in versuris et ruderatis Huanuchi.

Hirsuta. Caulis *suffruticosus, erectus, ramosus, subteres, inferne nudus:* Rami *brachiati, tetragoni.* Folia *longe petiolata, acuta, saepe purpurea, livido-maculata.* Racemi *terminales: racemuli plures.* Flores *ante explicationem tecti* Bracteis *ovatis, acuminatis, coloratis, caducis.* Corolla *obscure coerulea.* Fl. per. *l. c.*

rosea. 51. SALVIA foliis ovatis glabris obtuse serratis, verticillis racemosis, corollarum galea labio inferiore breviore.

Habitat in India *orientali, culta in horto missionis Tranquebariae. Röttler.* ♄

Rami *tenues, subvillosi, acute tetragoni.* Folia *petiolata, pollicaria, acutiuscula, basi integerrima, vix venosa.* Petiolus *filiformis, longitudine folii.* Racemus *terminalis, palmaris.* Verticilli *distantes, inferiores sexflori, superiores biflori: pedicelli, uti pedunculus pubescentes viscosi.* Bracteae *minutae, lineares, deciduae.* Calyces *subcampanulati, leviter pubescentes, nervosi, bilabiati: Labium superius ovatum, integrum: inferius bifidum; dentibus acutis.* Corolla *purpurea, ope lentis pubescens, calyce quadruplo longior: Labium superius lineari-emarginatum: inferius lacinia intermedia longior et latior.* Genitalia *labio superiore longiora.*

grata. 52. SALVIA foliis ovatis serratis rugosis obtusis, racemis terminalibus floribus oppositis. ♃

Salvia oppositiflora; foliis ovatis crenatis rugosis, spicis terminalibus floribus oppositis. *Fl. per.* 1. *p.* 26. *t.* 43. *f. a.*

Habitat in aridis et ventosis Tarmae.

Grate odora. Caulis *suffruticosus, bipedalis, erectus:* Rami *brachiati.* Folia *petiolata.* Corolla *coccinea, extus pubescens, calyce quadruplo longior.* Fl. per. *l. c.*

53. SALVIA foliis ovatis acutis serratis tomentosis subtus incanis, verticillis racemosis secundis. ♃ mitis.

Salvia mitis: foliis ovatis acutis serratis tomentosis, spicis terminalibus, intermedia longiore aphylla, verticillis multifloris. *Fl. per.* 1. *p.* 27.

Habitat in praeruptis provinciae Cantae.

Caulis *suffruticosus*, *pedalis*, *erectus*: Rami *brachiati*, *leviter pubescentes*. Folia *petiolata*, *venosissima*, *rugosa*. Racemi *terminales*, *intermedius longior*, *aphyllus*. Verticilli *sexduodecimflori*. Bracteae *oppositae*, *ovales*, *acuminatae*, *pubescentes*, *caducae*. Calyx *duodecimnervis*, *subcampanulatus*, *pubescens*, *lividus*. Corolla *albo-coerulea*, *calyce paulo longior*. Fl. per. *l. c.*

54. SALVIA foliis ovatis serratis subtus canescentibus, corollarum tubo elongato villoso. tubifera.

Salvia tubifera; foliis ovatis acutis serratis mollibus: floribus spicatis erectis, tubo longissimo. *Cavan. ic.* 1. *p.* 16. *t.* 25.

Habitat in Mexico. *Ex herbario Jussiaei.* ♃

Caulis *herbaceus*, *tetragonus*, *orgyalis*, *erectus*, *ramosus*, *villosus*, *ad petiolos hirsutus*. Folia *petiolata*, *bi-quadripollicaria*, *aequaliter serrata*, *acuta*, *nervosa*, *supra glabra*, *exceptis nervis*, *arenia*, *altero latere baseos parum brevior*. Petiolus *bipollicaris*. Racemus *terminalis*, *elongatus*. Verticilli *sexflori*: *floribus erectis*. Calyces *striati*, *infundibuliformes*. Corollae *coccineae*, *angustae*, *villosae*: *Tubus pollicaris*: *Labium superius integrum*: *inferius trifidum*; *laciniis reflexis*. Stylus *apice barbatus*. ♃

55. SALVIA foliis subrhombeo-ovatis serratis, labio inferiore dependente tripartito, laciniis lateralibus revolutis. ♄ papilionacea.

Salvia papilionacea; foliis ovato-lanceolatis serratis utrinque acutis: corollarum limbo quadrifido. *Cavan. ic.* 4. *p.* 9. *t.* 319.

Salvia nitidifolia; foliis ovatis utrinque nitidis, verticillis duodecim trigintifloris, corollae laciniis lateralibus revolutis. *Ortega dec.* 53.

Habitat in nova Hispania. ♃

Foetida. Caules *plures, orgyales et ultra, erecti, obtuse tetragoni, canaliculati, molliter pubescentes:* Rami *brachiati.* Folia *patentia, petiolata, utrinque acuta, obtuse serrata, basi integerrima, rugosa, leviter pubescentia.* Petioli *folio duplo breviores, basi bicallosi.* Racemi *terminales, erecti, bipalmares.* Verticilli *duodecim-triginti flori, distincti.* Bracteae *ovatae, concavae, acuminatae, caducae.* Flores *patentes: pedicelli calyce duplo breviores.* Calyx *pubescens: Labio superiore integerrimo, acuminato: inferiore bifido, acuto.* Corolla *sesquipollicaris, coerulea, calyce duplo longior: Labium superius fornicatum, extus villosum: inferius obovatum; laciniis lateralibus linearibus, intermedia vix emarginata. Rudimenta filamentorum duorum minima.* Stylus *villosus.* Cavan. et Ortega *l. c.*

mexicana. 56. SALVIA foliis subrhombeo-ovatis serratis nervosis subtus mollissimis.

Salvia mexicana; foliis ovatis utrinque acuminatis serratis. *Lin. hort. cliff.* 13. *Cavan. ic.* 1. *p.* 16. *t.* 20.

Jungia. *Heist. praef. ad epist. Burkh.* 92. *t.* 1.

Sclarea mexicana altissima, facie Heliotropii. *Dill. Elth.* 339. *t.* 254. *f.* 330.

Habitat in Mexici *humentibus.* ♃

Caulis *erectus, ramosus:* Rami *sulcati, canescentes.* Folia *petiolata, bipollicaria, patentissima, apice attenuata, basi acuminata, inferne versus integerrima, nervi supra villosi, simpliciter venosa.* Petioli *folia aequantes.* Racemus *spithamaeus.* Verticilli *sex-duodecimiflori.* Bracteae *ovatae, attenuatae, calyce breviores.* Calyx *longus, infundibuliformis, striatus, villosus: Labium superius indivisum, ovatum: inferius bifidum, uti superius laciniis cuspidatis.* Corolla *pollicaris, coerulea: galea recta, obtusa, hirsuta: Labium inferius extus hirsutum.* ☆

involucrata. 57. SALVIA foliis ovatis serratis glabris, bracteis coloratis maximis, corollarum tubo superne ventricoso. ♄

Salvia involucrata; foliis ovatis serratis, spicis terminalibus, bracteis maximis coloratis. *Cavan. ic.* 2. *p.* 31. *t.* 195.

Habitat in Mexico. 4

Caules *glabri, tri-quadripedales.* Folia *petiolata.* Verticilli *sexflori, approximati.* Bracteae *subrotundae, acutae, concavae, roseae, deciduae.* Calyx *rubescens, campanulatus, striatus: Labium superius unidentatum: inferius bidentatum.* Corolla *sesquipollicaris, saturate rosea: Tubus inferne albus, superne ventricosus compressus: Labium superius fornicatum, tomentosum: inferius trifidum; laciniis lateralibus ovatis; media concava, orbiculata, crenata.* Cavan. *l. c.*

58. SALVIA foliis ovatis serratis attenuatis glabris, petiolis basi biglandulosis, calycibus tomentosis coloratis. purpurea.

Salvia purpurea; foliis ovatis acutis serratis glabris, calycibus tomentosis coloratis. *Cavan. ic. 2. p. 52. t. 166.*

Habitat in Mexico. *Ex herbario Jussiaei.* 4

Caulis *orgyalis, ramosus, striatus, villosulus.* Folia *petiolata, sesquipollicaria, pallide viridia.* Verticilli *superne, contigui. octo decemflori: flores pedicellati.* Bracteae *breves, acutae, deciduae.* Calyces *breves, violaceo-vel albido-tomentosi, tridentato-bilabiati: dentibus subulatis.* Corolla *violacea, pollicaris: Labium superius rectum, fornicatum, tomentosum.* ✲

59. SALVIA foliis ovatis serratis villosis, ramis bracteis calycibusque piloso-glandulosis. † glandulifera.

Salvia glandulifera; foliis ovatis serratis: verticillis subsexfloris: calycibus bracteis ramisque glanduliferis. *Cavan. in an. hist. nat. 2. n. 4. p. 111.*

Habitat in Chimborazo.

Caulis *uni-tripedalis, alterne ramosus, pilis rigidis glanduliferis adspersus, praesertim in ramis junioribus, bracteis et calycibus.* Folia *petiolata, pollicaria, lineas quinque lata, utrinque villosa.* Verticilli *sexflori: flores pedicellati.* Bracteae *acutae, breves.* Calyx *pedicello longior, bilabiatus: Labium superius integrum: inferius bifidum; laciniis obtusiusculis.* Corolla *calyce vix duplo longior, violaceo-purpurea: Labium superius inferiore brevius: inferius tripartitum; laciniis intermedia lateral-*

bus multo majore Stamina *labio superiore multo longiora.* Cavan. *l. c.*

violacea. 60. SALVIA foliis ovatis serratis rugosis, floribus verticillato-racemosis: labio inferiore corollae dependente. †

Salvia violacea foliis ovatis crenatis, floribus spicatis, verticillis sexfloris labio corollae dependente. *Fl. per.* 1. *p.* 26. *t.* 43. *f. b.*

Habitat in praeruptis Tarmae. ⊙

Caulis *bipedalis, erectus, hirsutus, ramosus.* Folia *obtusa.* Racemus *terminalis.* Verticilli *sexflori.* Bracteae *ovatae, concavae.* Corolla *coeruleo-violacea, calyce triplo longior: Labium inferius latius, galea longiore, dependens.* Fl. per. *l. c.*

polystachya. 61. SALVIA foliis ovatis serratis subtus glaucis, racemis compositis, floribus secundis, petiolis basi biglandulosis.

Salvia polystachya; caule orgyali tetragono: foliis ovato-acutis serratis, inferne glaucis, spicis numerosis terminalibus. *Cavan. ic.* 1. *p.* 17. *t.* 27.

Salvia polystachya; caule orgyali obtuse tetragono, foliis cordato-ovatis acutis serratis, spicis numerosis terminalibus. *Ortega dec.* 55.

Habitat in nova Hispania. *Ex herbario Jussiaei.* 4

Caules *plures, erecti, retrorsum villosi, subcanescentes, sulcati, ramosi.* Folia *petiolata, sesquipollicaria, venosa, supra glabra, subtus mollia.* Racemi *terminales, erecti.* Verticilli *distantes, quadri-vigintiflori.* Bracteae *cordatae, acuminatae, utrinque unidentatae, deciduae, calyce breviores.* Calyx *brevis, incanus; dentibus tribus ovatis.* Corolla *dilute coerulea, unguiculatis: Labium superius rectum, fornicatum, incanum: inferius trifidum; lacinia media multo latiore.* ✲

procumbens. 62. SALVIA foliis ovatis ellipticis lanceolatisque extrorsum serratis glabris, caule ramosissimo radicante, verticillis spicatis. †

Salvia procumbens: foliis ovatis elliptico-lanceolatisque serratis, caule ramosissimo nodoso-

radicante, spicis gracilibus assurgentibus. *Fl. per.* 1. *p.* 2. *t.* 36. *f. a.*

Habitat in versuris et ruderatis Limae. 2

Foetida. Caulis *inferne ramosissimus, striatus, supra articulationes geniculatus radicans:* Rami *leviter pubescentes, subpurpurei, adscendentes, graciles.* Folia *petiolata, venosissima.* Spicae *terminales, longae, graciles; ramorum solitariae; caulis ternae, intermedia longior.* Verticilli *remoti, multiflori.* Bracteae *ovatae, acutae.* Flores *parvi.* Calyx *villoso-glandulosus.* Corolla *calyce duplo longior: Tubus albus: Labium inferius coeruleum: superius album, integrum.* Fl. per. *l. c.*

63. SALVIA hirsuta, foliis serratis, inferioribus rhombeo-ovatis petiolatis, superioribus cordatis subsessilibus, racemis terminalibus ternis. † rhombifolia.

Salvia rhombifolia; foliis rhombeis cordatisque serratis, spicis terminalibus ternis, verticillis quadri-octofloris. *Fl. per.* 1. *p.* 2[illegible]. *t.* 36. *f. b.*

Habitat in Peruviae *collibus arenosis.*

Caulis *herbaceus, pedalis, erectus:* Rami *bracliiati livido-purpurei.* Folia *obtuse serrata, venosa, utrinque hirsuta.* Verticilli *approximati, quatuor-sex, interdum octofiori.* Racemi *caulis solitarii, terminales terni.* Bracteae *lanceolatae, deciduae.* Calyx *violaceus, viscosus: Labio inferiore bifido.* Corolla *violacea, calyce triplo longior, extus hirsuta; fauce plicata.* Semina *triquetra, venoso-reticulata.* Fl. per. *l. c.*

64. SALVIA foliis oblongis crenatis glabris, caule calycibusque hirto-viscosis, staminibus longissimis. hirtella.

Habitat in Peru, *lecta a Jos. Jussieu. Ex herbaria Jussiaei.*

Caulis *herbaceus, adscendens, e pilis longis articulatis glanduliferis, uti calyces hirtus, praesertim superne, pedalis.* Folia *petiolata, distantia, pollicaria, acuta, basin versus integerrima, supra aveniia, subtus venosa, utrinque glabra.* Verticilli *quatuor vel quinque, quadriflori: floribus pedicellatis, an secundis?* Bracteae *ovatae, acutae, calyce dupla*

breviores. Calyces *semipollicares, multistriati, bilabiati: Labium superius indivisum.* Corolla *pollicaris, coccinea; galea villosa.* Genitalia *corolla dimidio longiora.*

galeata. 65. SALVIA foliis oblongo-ovatis subsessilibus serratis, corollis labio superiore inferne involuto, caule fruticoso, ☩

Salvia galeata: foliis ovalibus serratis, calycis labio superiori galeato, corollae labio superiori convoluto. *Fl. per.* 1. *p.* 27. *t.* 42. *f. a.*

Habitat in locis aridis Peru.

Caulis *tripedalis, ramosissimus:* Rami *brachiati, exsiccatione ferruginei.* Folia *deflexa, venosissima, rugosa, aspera, leviter pubescentia.* Racemi *terminales, terni, erecti, intermedius longior.* Verticilli *sex-duodecimflori.* Bracteae *ovatae, caducae.* Calyx *ringens, superne dilatatus, ventricosus: Labio superiore galeato: inferiore bifido, inflexo.* Corolla *albo-violacea, calyce duplo longior: Labium superius angustum, inferne marginibus conniventibus superne patulum.* Fl. per. *l. c.*

sideritidis. 66. SALVIA foliis ovato-oblongis villosis serratis, bracteis rhombeo-ovatis acuminatis ciliatis floribus subaequantibus.

Salvia phlomoides; foliis ovatis serratis: verticillis sexfloris: bracteis orbiculatis acutis ciliatis. *Cavan. ic.* 4. *p.* 10. *t.* 320.

Habitat in regno mexicensi. 4

Caulis *bipedalis, villosus, quadrisulcatus.* Folia *petiolata, remota, pollicaria, interdum angustiora lanceolata, interdum latiora ovato-oblonga, remote serrata, acuta, subtus subcanescentia.* Spica *terminalis, erecta.* Bracteae *nervosae, acumine inermi terminatae, villosae, pilis longis ciliatae.* Calyx *striatus, pilosus.* Corolla *coerulea ex albo variegata: laccinia intermedia labii inferioris biloba.* ✲

punctata. 67. SALVIA villoso-viscosa, foliis oblongis extrorsum serratis, calycibus glanduloso-punctatis: labio superiore tricuspidato. ☩

Salvia punctata; foliis ovato-oblongis serratis, spicis multifloris, calyce punctato: labio su-

periore tricuspidato. *Fl. per.* 1. *p.* 27. *t.* 39. *f. b.*

Habitat in collibus Huanuci. ♃

Foetida. Caulis *suffruticosus*, *erectus*, *ramosus*, *superne ferrugineo-hirsutus*: Rami *brachiati*, *erecti*. Folia *petiolata*, *patentia*, *rugosa*, *venosissima*, *juniora interdum integerrima*, *supra viscosa*, *subtus magis pubescentia*. Racemi *erecti*, *terminales*, *solitarii*, *hirsuti*, *viscosi*. Verticilli *sex-duodecimflori*. Bracteae *ovatae*, *acuminatae*, *deciduae*. Calyx *violaceo-coeruleus*, *campanulatus*, *hirsutus*. Corolla *alba*, *interdum lutescens et violaceo-alba*, *calyce triplo longior*, *extus pubescens*. Flor. per. *l. c.*

68. SALVIA foliis ovatis crenatis rugulosis incanis, calycibus stellato-villosis, caule decumbente. chamaedryoides.

Salvia chamaedryoides; caule decumbente, foliis ovatis crenatis subtus tomentosis. *Cavan. ic.* 2. *p.* 77. *t.* 197.

Habitat in Mexico. *Ex herbario Jussiaei.*

Caules *suffruticosi*, *ramosi*, *sesquipedales*, *incani*. Folia *petiolata*, *unguicularia*, *utrinque tenuissime venosa*, *obtusa*. Verticilli *quadri-sexflori*, *distantes*. Flores *pedicellati*. Bracteae *ovatae*, *acutae*, *deciduae*. Calyx *oblongus*. Corolla *saturate coerulea*: *Tubus longitudine calycis*: *Labium superius rectum*, *fornicatum*, *margine villosum*. ☼

69. SALVIA fruticosa, foliis oblongis integerrimis viscoso-resinosis, aveniis, bracteis lanceolatis. † integrifolia.

Salvia integrifolia; foliis ovatis integerrimis aveniis subrepandis, spicis brevibus corollis longis, staminibus exsertis. *Fl. per.* 1. *p.* 26. *t.* 35. *f. b.*

Habitat in Peruvia *inter rupes et juxta aquas thermales.* ♄

Caulis *bipedalis*, *erectus*, *aphyllus*, *teres*, *ramosissimus*: Rami *tetragoni*, *resinosi*, *subpurpurei*, *foliosi*. Folia *petiolata*, *erecta*, *acuta vel obtusa*, *avenia*. Flores *verticillati*, *pedicellati*, *utrinque duo-tres*. Bracteae *acutae*. Calyx *tubulosus*, *duodecimnervis*. Corolla *calyce tri-*

plo longior, *crocea*, *tubulosa*, *extus villosa: galea emarginata: lacinia media labii inferioris parum longior*, *oblonga*, *acuta*. Fl. per. *l. c.*

corrugata. 70. SALVIA fruticosa, foliis subovato-lanceolatis crenatis supra rugosissimis glabris subtus lanatis, calycibus subhirtis.

Habitat in Peru. *Ex herbario Jussiaei.* ♄

Rami *obtuse tetragoni*, *rigidiusculi*, *superne incani*. Folia *frequentia*, *in ramulis approximata*, *petiolata*, *bipollicaria et ultra*, *acuta*, *basi obtusa*, *supra rugis elevatis copiosissimis*, *subtus lana derasa foveolata*. Racemus *terminalis*, *erectus*, *bipollicaris*, *ante explicationem imbricatus more strobili*. Verticilli *circiter octoflori*, *approximati*. Bracteae *oblongae*, *unguiculares*, *acuminatae*, *deciduae*, *uti calyces subhirtae*. Calyx *tubulosus*, *sursum sensim amplior*, *striatus*, *coloratus*, *tridentatus*; *dentibus inermibus*, *acutis*. Corolla *calyce parum longior*, *hirta*.

leucantha. 71. SALVIA foliis lanceolatis serratis rugosis subtus incanis, calycibus densissime incano-violaceo-tomentosis.

Salvia leucantha; foliis lanceolatis, longis, rugosis, crenulatis, floribus spicatis, calycibus tomentoso-violaceis. *Cavan. ic.* 1. *p.* 16. *t.* 24.

Habitat in Mexico. *Ex herbario Jussiaei.* 4

Caulis *erectus*, *tetragonus*, *quinquepedalis*: Rami *incani*. Folia *petiolata*, *bipollicaria*, *angusta*, *rugosa*, *subtus incano-tomentosa*, *enervia*. Spica *terminalis*, *elongata*. Verticilli *sexflori*. Calycis *labium superius integrum*: *inferius bifidum*. Corolla *alba*: *Labium superius indivisum*, *rectum*, *tomentosum*: *inferius trifidum*. ✲

revoluta. 72. SALVIA foliis lineari-lanceolatis crenatis margine revolutis, floribus secundis, caule fruticoso, calycibus corollisque tomentosis. ♄

Salvia revoluta; foliis lineari-lanceolatis crenatis, floribus spicatis, verticillis secundis. *Fl. per.* 1. *p.* 28. *t.* 41. *f. b.* (*linearis.*)

Habitat in praeruptis Cantae. ♄

Caulis *subtripedalis*, *erectus*, *teres*, *fuscus*, *glaber*, *inferne scaber*, *rimosus*; Rami *obtuse te-*

tragoni, tomentosi. Folia *breviter petiolata, rugosa, venosissima, venis superne profundis.* Racemi *terminales, solitarii, subpalmares, erecti.* Verticilli *quadri-sexflori.* Bracteae *ovatae, lanceolatae, caducae.* Calyx *tubulosus, nervosus: Labio superiore concavo.* Corolla *calyce duplo longior, albo-violacea: laciniae labii inferioris revolutae; intermedia majori, emarginata.* Stylus *superne hirsutus.* Fl. per. *l. c.*

73. SALVIA foliis lanceolatis inferioribus extrorsum serratis cauleque canescentibus; labio inferiore latissimo, calycibus acutis. angustifolia.

Salvia angustifolia; foliis lanceolatis oblongis, inferioribus parce serratis, superioribus subintegris, verticillis sexfloris. *Cavan. ic. 4. p. 9. t. 317.*

Salvia virgata; foliis linearibus, caulibus virgatis, spicis gracilibus, floribus oppositis. *Ortega dec. 3.*

Habitat in regno Mexicensi. *Ex herbario Jussiaei.* 2

Caulis *virgatus, villosus, canescens.* Folia *petiolata, pollicaria, lineari-lanceolata, acuta, glabra, inferiora extrorsum remote serrata; superiora sessilia, angustiora, integerrima: omnia viridi-canescentia.* Racemi *semipedales.* Bracteae *lineares.* Flores *pedicellati, remoti, utrinque tres (oppositi Ortega).* Calyx *bilabiatus, basin versus sensim angustatus, striatus: laciniis lanceolatis, acutis, superiore integra.* Corolla *vix pollicaris, coerulea: Tubus compressus, longitudine calycis: Labium superius inferiore multo brevius et angustius, compressum, pubescens: inferius latissimum, trilobum; lobis subrotundis.* ✲

Maxime affinis S. azureae, *at foliis parum latioribus, calycibus acutis, praesertim vero magnitudine labii inferioris ab illa differt.*

74. SALVIA foliis lineari-lanceolatis inferioribus extrorsum serratis cauleque glabris, laciniis calycinis, rotundatis. azurea.

Salvia azurea. *Lamark in diar. hist. nat. 1. p. 409.*

Salvia acuminatissima; foliis radicalibus cuneatis, caulinis lineari-lanceolatis, utrinque at-

tenuatis, acuminatis, caule altissimo. *Venten. hort. Cels.* 50. *t.* 50.

Salvia angustifolia; erecta, glabra: foliis longo-linearibus, integriusculis, laevibus: spicis nudis: calyce pubente, brevissime trifido: corolla longiuscule exserta. *Michaux fl. bor. am.* 1. *p.* 15.

Habitat in Carolina. *Richard.*

Caulis *erectus, ramosus, tetragonus, tri-vel quadripedalis.* Folia *remota, breviter petiolata, bi-tripollicaria, utrinque attenuata, sursum sensim breviora et angustiora, supra glabra, obscure nervosa, subtus venosa, venis majoribus oculo armato villosis, punctata, superiora integerrima.* Racemi *ex apice ramorum, elongati.* Verticilli *remoti.* Flores *pedicellati, plerumque utrinque terni, interdum gemini, raro solitarii, nutantes, azurei.* Bracteae *subulatae.* Calyx *infundibuliformis, ope lentis villosus, canescens, substriatus: Labium superius ovatum: inferius bifidum.* Corolla *calyce triplo longior: galea villosa.* Stylus *barbatus.*

hispanica. 75. SALVIA foliis ovatis serratis, petiolis utrinque mucronatis, spicis imbricatis, bracteis ovatis ciliatis attenuatis.

Salvia hispanica; foliis ovatis utrinque mucronatis, spicis imbricatis, calycibus trifidis. *Lin. spec. pl.* 37.

Habitat in Hispania. ⊙

Caulis *sesquipedalis, obtuse tetragonus, quadrisulcatus, retrorsum pilosus.* Folia *petiolata, bipollicaria, attenuata, per petiolum parum decurrentia, acute serrata, versus basin integerrima, rare villosa.* Petioli *utrinque mucrone obtuso.* Spica *tetragona, tripollicaris vel ultra.* Bracteae *longitudine calycum.* Calyces *saepe quinque sub singula bractea, villosi, canescentes, tridentati, oblongi, ventricosi.* Corolla *pallide coerulea, calyce parum longior: galea villosa.* ✲

Horminum. 76. SALVIA foliis obtusis crenatis, bracteis summis sterilibus majoribus coloratis. *Lin. syst. veg.* 70.

violacea. α. Horminum. *Matth.* 887. *Lob. ic.* 555.

Horminum coma purpureo-violacea. *Bauh. hist.* 3. *p.* 309.

β. Horminum coma rubra. *Bauh. hist.* 3. *p.* 309. *rubra.*

Habitat in Graecia, Apulia, Barbaria. ⊙

Caulis *erectus, obtuse angulatus, villosus, villis crispis.* Folia *petiolata, inferiora ovata, superiora oblonga, altero latere baseos parum breviora, venosa, rugosa, subtus pilis copiosioribus pallidiora.* Verticilli *remoti, sexflori.* Bracteae *rhomboideo-cordatae, integerrimae, acuminatae, pilosae, summae coeruleae vel roseae viridi-venosae.* Calyx *villosus.* Corollae *tubus longitudine calycis.*

77. SALVIA foliis oblongis, galea semiorbiculata, viridis. calycibus fructiferis reflexis. *Lin. syst. veg.* 69. *Jacqu. Miscell.* 2. *p.* 366. *ic. rar.* 1. *t.* 4.

Horminum Salviae foliis ac sativi facie, viscosum purpureo-violaceum. *Cup. hort. cath. suppl. alt.* 38.

Horminum orientale, annuum, sativo simile coma carens, flore violaceo. *Tournef. cor.* 10.

Salvia viridis; foliis cordato-ovatis, aequaliter crenatis; calycibus quadridentatis, teretibus; fructiferis nutantibus. *Desfont. fl. atl.* 1. *p.* 20. *t.* 1.

Habitat in Hispania, Italia, Barbaria, Oriente. ⊙

Similis praecedenti, ut vix nisi absentia comae differt. Caulis *palmaris vel pedalis, ramosus, simplex vel inferne ramo uno alterove, quadrisulcatus, lanuginosus.* Folia *inferiora longe petiolata, pollicaria, rugosa; floralia sessilia.* Verticilli *sexflori, inferiores remoti, superiores contigui.* Bracteae *cordatae, hirsutae, calyce longiores.* Calyx *villosus, striatus.*

Culta altior evadit, et verticillis remotioribus.

78. SALVIA caule ramisque verticillo terminatis flore medio erecto ceteris horizontaliter patentibus. *Scop. del. ins.* 3. *p.* 31. *t.* 15. † Spielmanni.

Habitat.

Species obscura. An varietas praecedentis.

79. SALVIA foliis serratis sinuatis laeviusculis, corollis calyce angustioribus. *Lin. syst. veg.* 70. *Etling. salv. n.* 19. verbenaca.

Hormini sylvestris quarti quinta species. *Clus. hist. 2. p.* 31.
Horminum verbenacae laciniis angustifolium. *Triumf. obs.* 66. *t.* 66.
Horminum sylvestre minus, inciso folio, flore azureo. *Barrel. ic.* 290.
Habitat in Europae, Barbariae, Orientis *pascuis.* ♃
Caulis *erectus, piloso-viscidus.* Folia *inferiora longiora, media breviter petiolata, suprema sessilia, in planta spontanea saepe tantum duo superne in caule reliqua radicalia, cordato-oblonga vel ovato-oblonga, subrugosa, glabriuscula, obtusa, suprema acuta: omnia sinuata, crenata.* Spicae *ternuae.* Bracteae *cordatae, attenuatae, pilosae, lateribus reflexae, calyce breviores.* Calyx *piloso-subhirtus: Labium superius adscendens, obsolete tridentatum: inferius mucronatum.* Corollae *tubus longitudine calycis: galea emarginata.*
Varietatem S. clandestinae credit Allioni.

clandestina. 80. SALVIA foliis serratis pinnatifidis rugosissimis, spica obtusa, corollis calyce angustioribus. *Lin. spec. pl.* 36. *Etling. salv. n.* 20.
Horminum sylvestre, inciso folio, caesio flore, italicum. *Barrel. ic.* 24. *t.* 220.
Salvia foliis pinnato-dentatis asperis hirsutis, verticillis pilosis, floribus apetalis. *Zinn. hort. gött.* 298.
Habitat in Hispania, Italia, Africa *boreali.* ♂
Caules *spithamaei vel ultra, erecti, obtuse tetragoni, villoso-viscidi; praesertim superne, interdum superne rami duo.* Folia *petiolata, duum parium in caule, sessilia, oblonga, angustiora quam in S. verbenaca, obtusa: laciniae lineares; inaequales, alternae, obtusae, crenatae.* Spica *truncata.* Verticilli *remoti, sex-octoflori.* Bracteae *cordatae, acuminatae, ciliatae.* Calyces *magni, striati, pilis glutinosis adspersi.* Corolla *coerulea, calyce duplo longior.*

oblongata. 81. SALVIA foliis lanceolato-oblongis obtusis glabris grosse aequaliter obtuse serratis, corollis calyce angustioribus.
Salvia betonicaefolia; foliis ovato-oblongis obtusis crenatis, verticillis spicatis subnudis, co-

rollis calyce angustioribus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 70.

Habitat — — — a Lamarckio mecum communicata. ⊙

Caulis *erectus, simplex, superne villosus subcanescens, obtuse tetragonus, tetraphyllus.* Folia *radicalia et infimum par caulinorum petiolata, remotissima, bi-s-tripollicaria, per petiolum margine angustissimo decurrentia, altero latere baseos saepe paululum breviora, undique ejusdem fere latitudinis, basi apiceque obtusissima, profunde serrata, vix venosa; suprema sessilia, acutiora, acutius serrata, cum rudimento ramuli ex singula axilla.* Pedunculus, *uti pedicelli brevissimi, canescentes.* Spica *erecta, obtusa.* Verticilli *approximati, sexflori.* Flores *parvi, S. verbenacae.* Bracteae *breviores, ovatae, acuminatae.* Calyx *pilosus: Labium superius rotundatum, bidentatum; dentibus, uti labii inferioris geminis, mucronatis.* Corolla *coerulea.* ✲

Facies omnino Bet. officinalis, at a S. viridi Linnaei toto coelo diversa. Affinis S. verbenacae, an modo varietas? differt: foliis non sinuatis, aequaliter profunde serratis.

82. SALVIA foliis radicalibus obovato-oblongis petiolatis, scapo piloso. — scaulis.

Habitat in India *orientali. Röttler.*

Folia *radicalia, plurima, sesquipollicaria, obscure crenata, supra subtusque in venis et margine uti scapus adspersa pilis albidis.* Scapus *semipedalis, erectus, tenuis.* Verticilli *quinque, infimi remotissimi, sexflori.* Bracteae *oblongae, longitudine calycum.* Calyx *campanulatus, nervosus, rare pilosus, bilabiatus: Labium superius tridentatum: inferius bidentatum; dentibus mucronatis.*

83. SALVIA foliis radicalibus lyratis dentatis, corollarum galea brevissima, caule subaphyllo retrorsum piloso. — lyrata.

Horminum virginianum, caule aphyllo, foliis quercinis, tubuloso longo flore. *Moris. hist.* 3. *p.* 395. *s.* 11. *t.* 13. *f.* 27.

Salvia lyrata; foliis radicalibus lyratis dentatis, corollarum galea brevissima. *Lin. syst. veg.* 69.

clandestina. β. Sideritis bugulae folio mariana, floribus purpureis longo tubulo donatis. *Pluken. mant.* 171.
Melissa atrorubens, bugulae folio. *Dill. Elth.* 219. *t.* 175. *f.* 216.
Horminum virginicum; foliis cuneiformi-oblongis, caule bifolio. *Lin. spec. pl.* 832.
Habitat in Virginia. ♃
Caulis *erectus, spithamaeus, adspersus, uti folia et calyces pilis albidis pellucidis.* Folia *pleraque radicalia, petiolata, tripollicaria, obtusa: laciniae oblongae, rare dentatae; duo in caule lineari-lanceolata, sessilia, acuta, integerrima.* Verticilli *tri-quadri sexflori: flores pedicellati.* Bracteae *ovatae, acutae, ciliatae, longitudine calycis.* Calyces *nutantes, striati; dentibus quinque, aristato-subspinosis.* Corolla *purpureo-violacea.*
β. Culta, *gaudet: caule altiore: foliis radicalibus obovatis sinuato-repandis, caulinis oblongis integerrimis: vidi in solo fertiliori caule pedali, tetraphyllo, foliis inferioribus petiolatis basi sublyratis extrorsum integerrimis, duobus superioribus sessilibus, pollicem latis, integerrimis.*

nilotica. 84. SALVIA foliis erosis rugosis inferioribus basi sublaciniatis, calycibus spinosis fauce angulisque ciliatis.
Salvia nilotica; foliis sinuatis angulatis crenato-dentatis, calycum dentibus spinosis angulis margineque faucis ciliatis. *Murr. in Comment. gött.* 1778. *p.* 88. *t.* 2.
Salvia abyssinica; foliis cordato-ovatis rugosis erosis, bracteis integerrimis laevibus. *Lin. suppl.* 88.
Salvia nilotica; foliis cordato-ovatis crenatis rugosis villosis, floribus verticillatis, calycibus mucronatis. *Jacqu. hort.* 3. *t.* 92.
Habitat in Ægypto? ♃
Caulis *erectus, pedalis, obtuse tetragonus, brachiatus, hirtus.* Folia *infima petiolata, palmaria, oblonga, obtusa, sinuato-sublyrata, media ovata, sinuato-angulata, suprema cordata, pilosa.* Spicae *terminales, ante anthesin tetragonae.* Verticilli *sexflori, remoti.* Bracteae *ovatae, acuminatae, longitudine calycum, fusco-virides, villosae.* Calycis *dentes quin-*

in spinulam desinentes. Corolla *calyce duplo longior, coerulea.* ✲

85. SALVIA scabra, foliis lyratis dentatis rugosis, caule paniculato-ramoso. *Lin. suppl. p.* 88. *Thunb. prodr. fl. cap.* 97. † scabra.

Habitat in Cap. b. spei.

Caulis *herbaceus.*

86. SALVIA foliis oblongis subcordatis inaequilateribus rugosis crenatis basi subauritis. *Hort. kew.* 1. *p.* 42. nubia.

Salvia nubia; foliis lanceolato-ovatis duplicato crenatis, tubo corollae incurvato. *Murr. in comment. gött.* 1778. *p.* 90. *t.* 3.

Habitat in Africa. ♃

Caulis *hirtus, uti petioli.* Folia *petiolata, bipollicaria, inferiora utrinque sinu auriculata, interdum auriculae duae ab altero latere, auricula altera parum longius per petiolum decurrens, acuta, inaequaliter crenata, suprema basi integra, sessilia.* Verticilli *racemosi, duodecimquatuordecimflori: pedicelli pubescentes.* Bracteae *ovatae, attenuatae, calyce parum breviores.* Calyx *striatus, pubescens; dentibus superioribus parum brevioribus, lanceolatis; inferioribus subulatis.* Corolla *calyce parum longior.* ✲

87. SALVIA villosa, foliis ovatis dentatis auriculatis, floribus verticillato-spicatis. *Lin. suppl.* 88. † aurita.

Salvia aurita; herbacea, villosa, foliis ovatis auriculatis dentatis. *Thunb. prodr.* 96.

Habitat in Cap. b. spei.

88. SALVIA villosa, foliis ovatis incisis crenatis, ramis flexuosis. *Thunb. prodr. fl. cap.* 97. † obtusata.

Habitat in Cap. b. spei.

Caulis *herbaceus.*

89. SALVIA foliis cordatis oblongo-lanceolatis eroso-crenatis rugosis pilosiusculis, staminibus corolla brevioribus. *Hort. kew.* 1. *p.* 42. † rugosa.

Salvia rugosa; herbacea, villosa foliis cordatis oblongis incisis rugosis. *Thunb. prodr.* 97.

Habitat in Cap. b. spei. ♄

Valde affinis S. disermas: differt tantum staminibus brevibus, faucem aequantibus. Flores *albi.* Hort. kew. *l. c.*

runcinata. 90. SALVIA scabra, foliis runcinato-pinnatifidis dentatis, floribus spicatis verticillatis. *Lin. suppl.* 89. *Jacqu. hort. schoenbr.* 1. *p.* 3. *t.* 3.

Salvia runcinata; herbacea scabra, foliis runcinato-pinnatifidis rugosis dentatis, ramis flexuosis. *Thunb. prodr. fl. cap.* 97.

Habitat in Cap. b. spei. ♃

Caulis *erectus*, *ramosus*, *brachiatus*, *pubescenti-viscosus.* Folia *inferiora petiolata*, *obtusa*, *superiora sessilia acutiora*, *pollicaria vel ultra*: *laciniae alternae vel oppositae*, *dentatae*, *terminalis major.* Verticilli *plures*, *remoti*, *sexflori*: *pedicelli breves*, *incani.* Bracteae *cordatae*, *spinula terminatae*, *calyce breviores.* Calyces *dentibus spinulosis.* Corolla *parva*, *coerulea.* ✲

verticillata. 91. SALVIA foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis subnudis, stylo corollae labio inferiore incumbente. *Lin. hort. Ups.* 11. *Etling. salv. n.* 24.

Horminum sylvestre tertium. *Clus. hist.* 2. *p.* 29.

lampsanaefolia. *β.* Gallitricho affinis planta. *Bauh. hist.* 3. *p.* 314.

Horminum sylvestre hirsutum, lampsanaefolio, flore caesio. *Barrel. ic.* 199.

Horminum spurium. *Rivin. monop. irr.*

Habitat in Germania, Austria, Helvetia *β in* Italia, Tataria. ♃

Caulis *erectus*, *villosus.* Folia *petiolata*, *cordata*, *saepe cordato-sagittata*, *acutiuscula*, *rugosa*, *villosa*; *petiolis praesertim foliorum infimorum saepe pinnarum parvarum subrotundarum pari auctis.* Bracteae *cordatae*, *attenuatae*, *parvae*, *marcescentes.* Verticilli *circiter vigintiflori*: *pedicelli inaequales*, *hirsuti.* Calyx *villosus*: *Labio superiori tridentato*; *dentibus obtusiusculis aequalibus*: *inferiore tridentato*; *dentibus acutis.* Corolla *pubescens*, *coerulea*: *Tubus inflatus*; *calyce longior*: *Galea fornicata*, *basi coarctata.* Vectis *crus infimum longitudine superioris*, *obtusum*, *glandulosum.* Etling. *l. c.*

92 SALVIA foliis cordatis crenato-dentatis, inferioribus hastatis lyratisque, verticillis subnudis, labio superiore breviore. *Hort. kew.* 1. *p.* 44. napifolia.

Horminum napifolium. *Moris. prael.* 273.

Salvia napifolia; foliis cordatis crenato-dentatis, verticillis subnudis, corollae labio superiori cordato-marginato. *Jacqu. hort.* 2. *p.* 71. *t.* 152.

Salvia napifolia; foliis inferioribus pinnatifidis, superioribus cordato-sagittatis dentatis, calycibus patulis. *Etling. salv. n.* 13.

Habitat in Gallia, Italia. ♃

Caules *adscendentes, obtuse tetragoni, hirsuti, subviscidi.* Folia *petiolata, villosa, inaequaliter dentata, infima pinnata, figura Brassicae, sequentia pinnatifida; pinnis vel laciniis oblongis, dentatis, irregularibus, versus basin petioli minoribus, terminalis maxima cordata; superiora cordato-sagittata, summa sessilia.* Verticilli *remoti, duodecim-viginti-flori.* Calyces *campanulati, post florescentiam reflexi, ut in multis e congeneribus, pubescentes, quinquedentati; dens intermedius labii superioris obliteratus.* Corolla *parva, coerulea, villosa, calyce angustior.* Vectis *crusculo superiore brevissimo, reflexo, sterili, inferiore longitudine labii inferioris; apice anthera nigricante.* Etling. *l. c.* ✲

93. SALVIA villoso viscosa, foliis ovato-oblongis dentatis, per petiolum decurrentibus. † urticifolia.

Horminum virginianum erectum, urticaefoliis, flore minore. *Moris. hist.* 3. *p.* 395. *s.* 11. *t.* 13. *f.* 31.

Salvia urticifolia; foliis ovato-oblongis duplicato serratis, calycibus tridentatis: lacinia summa tridentata. *Gron. virg.* 2. *Lin. syst. veg.* 69.

Habitat in Virginia, Florida. ♃

Caulis *erectus, villoso-viscidus.* Folia *petiolata, pilis raris capitatis adspersa, parum rugosa.* Spicae *laxae, verticillatae, ante florescentiam tetragonae.* Bracteae *ovatae, ciliatae, mucronatae, longitudine fere calycum: pedicelli brevissimi.* Calyx *basi striatus, villoso-viscidus; quinquedentatus.* Corolla *calyce parum longior.* Etling. salv. *n.* 23.

indica. 94. SALVIA foliis cordatis lateribus sublobatis, summis sessilibus, verticillis subnudis remotissimis. *Lin. mant.* 318. *Jacqu. hort. t.* 78.
Horminum hirsutum, flore violaceo punctis aureis notato. *Moris prael.* 272. *hist.* 3. *p.* 394. *s.* 11. *t.* 13. *f.* 16.
Salvia indica; foliis cordatis sinuato-dentatis, verticillis subnudis remotissimis. *Etling. salv. n.* 41.
Habitat in India. 2
Caules *tripedales*, *obtusi*, *hirsuti*, *inprimis basi et ad ortum foliorum densam et longam barbam proferentes.* Folia *inferiora petiolata*, *cordata*, *superiora amplexicaulia*, *subhastata*, *inaequaliter dentata*, *fere erosa*, *rugosa*, *hirsuta*, *acuta.* Verticilli *sexflori.* Bracteae *parvae*, *cordatae*, *acutae.* Flores *subsessiles*, *magni.* Calyx *compressus*, *piloso viscidus*: *Labio utroque bifido.* Corolla *labium superius coerulescens*, *falcatum*: *inferius brevius*; *lacinia intermedia externe alba*, *fundo purpureo maculato.* Etling. *l. c.*

glutinosa. 95. SALVIA villoso-viscosa, foliis cordato-sagittatis grosse serratis acuminatis.
Horminum sylvestre secundum. *Clus. hist.* 2. *p.* 29.
Horminum flore luteo. *Riv. monop. t.* 57.
Salvia glutinosa; foliis cordato-sagittatis serratis acutis. *Lin. syst. veg.* 71. *Etling. salv. n.* 38.
Habitat in Europae *lutosis.* 2
Caules *erecti*, *obtuse tetragoni.* Folia *petiolata*, *bi-s tripollicaria*, *profunde serrata*, *acumine longo integerrimo terminata*, *venosa.* Racemus *semipedalis.* Verticilli *sexflori.* Bracteae *ovato-lanceolatae*, *attenuatae*, *longitudine calycis.* Calyx *trilobus.* Corolla *magna*, *flava*, *fusco-punctata.* ✲

pratensis. 96. SALVIA foliis cordato-oblongis crenatis summis amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea glutinosis. *Lin. syst. veg.* 70. *Pollich. pal. n.* 28.
Gallitriche agreste. *Cube n.* 2. *t.* 208.
Orminum sylvestre. *Fuchs. hist.* 569.
Horminum pratense, foliis serratis. *Bauh. pin.* 238. *Rivin. monop. irr. t.* 36.

γ. Horminum sylvestre foliis profundius incisis. *Incisum. Bauh. pin.* 239.

γ. Hormini sylvestris 4. altera species. *Clus. hist. agrestis.* 2. *p.* 30.

Sclarea agrestis flore albo. *Hort. Eichst. vern. ord.* 9. *t.* 11. *f.* 3.

Salvia agrestis; foliis cordatis summis amplexicaulibus, corollarum galea labium aequante. *Lin. amoen. ac.* 3. *p.* 399.

Habitat in Europae *pratis.* 4

Caulis *erectus*, *subhirsutus*, *obtuse tetragonus.* Folia *ovata*, *cordata*, *acuta*, *saepe duplicato-crenata*, *interdum incisa*, *rugosa*, *subtus pallidiora*, *villosa*, *inferiora petiolata.* Bracteae *parvae*, *cordatae*, *acuminatae.* Verticilli *sexflori*: *flores breviter pedicellati.* Calyx *villoso-viscidus.* Corolla *coeruleo-violacea*: *galea magna*, *emarginata*, *punctis glutinosis adspersa.*

97. SALVIA foliis cordato-ovatis rugosis tomentosis, calycibus hispidis, radice tuberosa. *Lin. spec. pl.* 35. haematodes.

Horminum sanguineum asphodeli radice. *Triumph. obs.* 60. *t.* 69.

Horminum sylvestre majus haematodes glabrum, flore coeruleo, italicum. *Barr. rar.* 234. *ic.* 185.

Horminum sylvestre maculatum tuberosum. *Moris. hist.* 3. *p.* 394. *s.* 11. *t.* 14. *f.* 15.

Habitat in Italia. 4

Radix *longa*, *tuberosa.* Caulis *erectus*, *leviter hirsutus*, *viscidus.* Folia *inferiora petiolata*, *suprema sessilia*, *cordato-oblonga*, *crenata*, *rugosa*, *subtomentosa*, *maculis sanguineis saepe picta.* Racemi *laxe verticillati*: *pedicelli villosi.* Bracteae *cordatae*, *attenuatae*, *breves.* Calyx *pubescens*: *Labium superius obtusum*, *ciliatum*, *indivisum.* Corolla *coeruleo-purpurascens*: *galea basi coarctata*, *villosa.* ☼

98. SALVIA villoso-viscosa, foliis dentato-sinuatis obtusis, staminibus corolla duplo longioribus. pyrenaica.

Sclarea pyrenaica, glutinosa, foliis sinuatis. *Tournef. inst.* 179.

Horminum pyrenaicum glutinosum anguriae folio. *Herm parad.* 187. *t.* 187.

Salvia pyrenaica; foliis obtusis erosis, staminibus corolla duplo longioribus. *Lin. syst. veg.* 71.

Habitat in Pyrenaeis. *Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *bicubitalis et altior, ramosus.* Folia *inferiora petiolata, spithamaea, cordata, dentato-sinuata, venosa, supra glabra, subtus nervis rare villosa; superiora sessilia, oblonga.* Pedunculi *terminales, elongati, incani.* Verticilli *quadri-sexflori: floribus pedicellatis.* Bracteae *cordatae, attenuatae, reflexae.* Calyx *campanulatus, villosus: Labium superius adscendens, bidentatum: inferius trifidum; laciniis ovatis, intermedia subulata.* Corolla *coerulea, oculo armato sparse punctata pilis obsoletis: galea falcata, acuta.*

viscosa. 99. SALVIA villoso-viscosa, foliis cordato-oblongis rugosis acutiusculis crenulatis, bracteis cordato-subrotundis acuminatis.

Salvia viscosa; foliis oblongis obtusis eroso-crenatis viscidis, floribus verticillatis, bracteis cordatis acutis. *Jacqu. miscell.* 2. *p.* 328. *Ic. rar.* 1. *t.* 5.

Habitat in Italia. ♃

Caulis *erectus, sesquipedalis, parum ramosus, villis apice glandulosis, uti tota planta tectus.* Folia *petiolata, quadri-quinquepollicaria, remota, inferiora basi subcordata, crenulata, suberosa, superiora ovato-oblonga, suprema sessilia.* Verticilli *plures, remoti, sexflori: flores subpedicellati.* Bracteae *calyce breviores.* Calyx *quadridentatus; dentibus mucronatis.* Corollae *tubus albidus: Labium superius villoso-viscidum, purpureo-sanguineum; inferius dilutius coloratum.* ✲

virgata. 100. SALVIA foliis oblongis cordatis rugosis crenatis, pilis caulis calycisque apice glandulosis. *Hort. kew.* 1. *p.* 30.

Sclarea orientalis verbaci folio, flore partim rubro partim flavescente. *Tournef. cor.* 10. secundum. *Wildenow.*

Horminum creticum. *Rivin. monop. t.* 63.

Salvia virgata. *Jacqu. hort.* 1. *p.* 14. *t.* 37.

Salvia virgata, foliis oblongis erosis obtusis glabris, spicis virgatis. *Etling. salv. n.* 43.

Habitat in Oriente? 4

Caulis *quadripedalis, erectus, obtuse tetragonus, pilosus.* Folia *inferiora petiolata, altero latere saepe breviora, supra glabra, subtus venis uti petiolis hirsutis, suprema sessilia, acutiora.* Spicae *laterales et terminales, longissimae, rectae, divergentes.* Verticilli *remotissimi, sexflori.* Bracteae *cordatae, acuminatae, calyce longiores.* Calyx *hirsutus, sulcatus: Labio superiore tridentato: inferiore bifido; dentibus acuminatis.* Corolla *pallide rosea aut coerulescens; Labii inferioris laciniis lateralibus lanceolatis.* Etling. *l. c.*

101. SALVIA foliis cordato-oblongis bullatis, caule bullato piloso, bracteis cordatis acuminatis, staminibus corolla brevioribus.

Habitat in Lusitania. *Schousboe.* 4

Caulis *semipedalis et ultra, obtuse tetragonus, scabriusculus, in planta spontanea vix ramosus, aphyllus, in culta ramosus; ramis duobus vel quatuor, folia duum parium, praeter folia sub ramificationibus.* Folia *petiolata, bipollicaria vel ultra, obtusa, inaequaliter crenata, valde rugosa, supra glabra, subtus in costa et venis majoribus pilosa; superiora sub ramis sessilia, cordata, acuta vel acuminata.* Racemi *elongati.* Verticilli *remoti, sexflori.* Bracteae *longitudine calycis, subtus villosae, praesertim versus marginem, supra glabrae, patentissimae, suprema colorata.* Calyx *pubescens supra purpurascens, nervo elevato-carinatus, subtus striatus viridi-purpurascens: Labium superius acute tridentatum: inferius bifidum.* Corolla *purpurea, parva: galea recta, compressa, pubescens, uti calyx adspersa punctis albidis: Labium inferius concavum superiore brevius, lacinia intermedia subcrenulata, laterales breviores, lineari-oblongae, obtusae.* Stamina *longitudine labii inferioris.* Stylus *bifidus, galea parum longior.*

Affinis S. *disermadi*, *at folia latiora, pauca, sub ramificationibus cordata*, bracteae *cordatae.* Flores *purpurei.*

disermas. 102. SALVIA foliis cordato-oblongis erosis, petiolis marginatis, staminibus corollam aequantibus. *Lin. syst. veg.* 71.
Horminum sylvestre majus, flore albo, integris foliis. *Barrel ic.* 187.
Sclarea syriaca flore albo. *Tournef. inst.* 179.
Habitat in Syria. 2
Tota planta villis longis pubescenti-glutinosa. Caulis *erectus, basi ramosus.* Folia *bipollicaria, suprema sessilia, cordato-oblonga vel oblongo-lanceolata, per petiolum margine angusto decurrentia, villosa, rugosa, crenato-erosa.* Bracteae *cordatae, attenuatae, longitudine calycis.* Verticilli *remoti, sexflori.* Calyx *quinquedentatus.* Corolla *alba, villosa: Tubus longitudine calycis.*
An S. disermas Lin. mant. 318. *eadem ac S. timgitana.* Etling.?

nudicaulis. 103. SALVIA foliis radicalibus lanceolatis rugosis crenato-erosis, caule subaphyllo.
Salvia merjamie; floribus verticillatis sessilibus coeruleis, caule subnudo, foliis oblongis rugosis subcrenatis. *Forsk. descr. p.* 10.
Habitat in Arabia. *Forskâl.*
Caulis *herbaceus, semipedalis, erectus, villoso-incanus, superne divisus in ramos floriferos, diphyllos.* Folia *radicalia, brevissime petiolata, plura, pollicaria, acuta, rugosissima, subtus canescentia.* Verticilli *remoti, sexflori.* Bracteae *ovatae, acuminatae, calyce breviores.* Calyx *nervosus, bilabiatus: Labio superiore breviore, ovato, subtridentato: inferiore longiore, bidentato; dentibus acutis.* Corolla *parva.*

sylvestris. 104. SALVIA foliis cordatis rugosis biserratis, bracteis coloratis calyce brevioribus, pilis caulis calycisque simplicibus. *Hort. kew.* 1. *p.* 39.
Horminum sylvestre. *Matth.* 888.
Salvia sylvestris; foliis cordato-lanceolatis undulatis biserratis maculatis acutis, bracteis coloratis flore brevioribus. *Lin. spec. pl.* 349. *Jacqu. aust.* 3. *p.* 7. *t.* 212.
Habitat in Austriae *inferioris*, Bohemiae *agrorum marginibus, vineis inque* Germania. 2
Caulis *erectus, ramosus, villosus.* Folia *infima longe petiolata, superiora brevius, suprema se-*

miamplexicaulia, ovato-lanceolata, basi cordata, inaequaliter crenato-serrata, rugosa, subtus tomento tenui vestita. Spicae *ex alis supremis et apice, longae.* Verticilli *sexflori.* Bracteae *ovatae, acuminatae, purpureae.* Calyx *striatus, villosus; dentibus acutis.* Corolla *caerulea: Tubus longitudine calycis: galea pilis punctisque glandularibus albis adspersa.*

105. SALVIA foliis cordato-lanceolatis aequaliter serratis, bracteis longitudine calycis, corollae labio infimo reflexo. **nemorosa.**

Gallitrichum glabrum, folio Salviae, flore purpureo. *Bauh. hist.* 3. *p.* 312.

Sclarea, folio salviae, minor s. glabra. *Tournef. inst.* 180.

Salvia nemorosa; foliis cordato-lanceolatis serratis planis, bracteis coloratis, corollae labio infimo reflexo. *Lin. syst. veg.* 70.

β. Horminum orientale, betonicae folio acutissimo, flore coeruleo. *Tournef. cor.* 10. *coerulea.*

γ. Horminum orientale, betonicae folio acutissimo, flore albo. *Tournef. cor.* 10. *albiflora.*

Habitat in Austria, Tataria, *β. et γ. in* Armenia. 4

Varietas S. sylvestris secundum Crantz et Etlinger, *diversa vero: Ramis pauciioribus: caule calycibusque minus pilosis: foliis angustioribus aequaliter serratis, minus tomentosis: bracteis longitudine calycis.* Folia *in β. et γ. angustiora coeterum non diversae.*

Spicae *ante florescentiam tetragonae; bracteae coloratae, calyces glandulis resinosis flavis adspersi.*

106. SALVIA foliis cordato-lanceolatis semiamplexicaulibus inaequaliter crenatis, bracteis cordatis acuminatis calyce brevioribus. **amplexicaulis.**

Salvia amplexicaulis; foliis cordato-oblongis duplicato-crenatis subamplexicaulibus, floribus spicatis, bracteis flore brevioribus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 68.

Habitat — — — Ex horto parisino. 4

Caulis *pilosus.* Folia *caulina semiamplexicaulia, bipollicaria, vix pollicem lata, rugosa, ope lentis villosula, acuta.* Verticilli *sexflori, di-*

stantes. Calyces *pilosi: Labium superius brevius, obtusum.* ✲

parviflora. 107. SALVIA foliis cordato-ovatis crenatis rugosis, racemis terminalibus compositis, bracteis cordatis calyce brevioribus.

Horminum orientale, foliis sclareae, flore albo, parvo. *Tournef. cor. p.* 10.

Habitat in Oriente. *Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *herbaceus, acute tetragonus, incanus.* Folia *petiolata, bipollicaria, venosa, villosa, inaequaliter crenata.* Verticilli *bi-sexflori.* Bracteae *acutae.* Calyx *villosus; dentibus subulatis.* Corollae *parvae: galea recta, stylo brevior.*

valentina. 108. SALVIA foliis cordato-lanceolatis inaequaliter crenatis, bracteis cordatis attenuatis basi coloratis calyce longioribus.

Horminum hispanicum, foliis herbae venti, flore coeruleo. *Barr. ic.* 1317.

Habitat in regno Valentino *locis aridis et desertis. Ex herbario Jussiaei.* 2

Facies S. nemorosae. Caulis *herbaceus, ramosus villosus, superne canescens.* Folia *infima petiolata, superiora sessilia, lato-cordato-lanceolata, acuta, venosa, subrugosa, supra glabra, subtus villosa.* Spicae *terminales.* Verticilli *sexflori, distantes.* Bracteae *valde attenuatae, villosae.* Calyx *coloratus, striatus, villosus: Labium superius adscendens, ovatum; inferius bifidum; laciniis cuspidatis.* Corolla *parva, coerulea: galea villosa.*

canariensis. 109. SALVIA foliis hastato-triangularibus oblongis crenatis obtusis. *Lin. syst. veg.* 71.

Horminum hastatis amplioribus foliis s. ari modo alatis, caulibus et pediculis araneosa lanugine villosis. *Plukn. alm.* 185. *t.* 301. *f.* 2.

Horminum folio hastato. *Rivin. monop. ir. t.* 61.

Habitat in Canariis. ♄

Rami *lanati.* Folia *petiolata, bipollicaria, attenuata, rugosa, una cum petiolis tomentosa; auriculae lanceolatae.* Racemi *ex axillis superioribus et terminales, breves, laxi.* Bracteae *ovatae, coloratae, membranaceae, setaculatae, longitudine calycum: bracteolae duae vel quatuor minores, lineares.* Calyx *compres-*

sus, subvillosus, margine coloratus: Labio superiore obsolete tridentato: inferiore profunde bifido; laciniis oblongis, obtusis, emarginatis, mucronatis; fructiferi membranacei, venoso-reticulati. ✲

110. SALVIA villoso-hispida, foliis triangularibus dentatis, ramis patulis. *Thunb. prodr. fl. cap.* 96. ♄ triangularis.

Habitat in Cap. b. spei.

Caulis *herbaceus.*

111. SALVIA canescens, foliis cordato-triangularibus inaequaliter dentatis, bracteis cordatis reflexis. inamoena.

Habitat in Hispania. *Schousboe.*

Caulis *herbaceus, penna anserina parum crassior, uti bracteae et calyces extus villis apice glandulosis frequentissimis canescens, ramosus.* Folia *petiolata, palmaria, rudia, facie fere Cucumeris sativi, acuta, basi e dentibus majoribus subangulata, utrinque e villis brevibus crispis canescentia, praesertim subtus, scabriuscula, venae subtus exstantibus: ramorum floriferorum lanceolata, inferiora petiolata, superiora sessilia, villoso-pulverulenta.* Petioli *inferiorum longi.* Pedunculi *brachiati, elongati.* Verticilli *remoti, sexflori.* Flores *pedicellati, nutantes: pedicelli villoso-viscosi.* Calyx *campanulatus, nervosus, rudis, bilabiatus: Labiis divaricatis, bidentatis; dentibus in spinulam flavam, subpungentem desinentibus.* Corolla *magnitudine S. sclareae, extus pubescens.* Semina *oblongo-subglobosa, laevia.*

An Sclarea folio triangulari, dentato *Tournef. inst.* 180? *quae secundum Etling. ad* S. Barrelieri *pertinet, at mea planta a* S. Barrel. *recedit quantum e descriptione ipsius Barrelieri concludere licet; aliud quoque Synonymum e Tournef. ad suam plantam citavit Barrel. scilicet:* Sclarea maxima, boetica, annua, flore dilute coeruleo. *Tournef. inst.* 179.

112. SALVIA foliis hastato-lanceolatis inaequaliter serratis, caule folioso erecto. *Etling. salv. n.* 46. † Barrelieri.

Horminum lapathi unctuosi folio seu majus hastato folio. *Moris. prael.* 273.
Horminum sylvestre majus, hastato folio, flore caesio hispido. *Barrel. ic.* 186.
Habitat in Hispania.
Caulis *erectus*, *bi-s-tricubitalis.* Folia *petiolata*, *hastato-septemlobata*, *lobo medio producto*, *lanceolato*, *acuta*, *hirsuta.* Bracteae *parvae*, *ovatae*, *ciliatae*, *acutae.* Verticilli *sexflori.* Calyx *villosus*, *quinquedentatus.* Etling. *l. c.*

bicolor. 113. SALVIA foliis radicalibus cordatis palmatis integrisve, caulinis sagittato-lanceolatis inaequaliter dentatis, bracteis reflexis.

Salvia bicolor; foliis cordato-hastatis inaequaliter dentatis, spicis nudis praelongis, corollarum barba candida. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 69.

Salvia bicolor; foliis cordato-oblongis; ramis virgatis; bracteis reflexis; calycibus nutantibus; corollae lobo inferiore intermedio saccato. *Desfont. fl. Atl.* 1. *p.* 22. *t.* 2. *Schousb. obs. bot.* 1. *p.* 172.

Salvia bicolor; foliis rugosis villosis inferioribus oblongis lobatis crenatis, superioribus dentatis, racemo verticillato. *Jacqu. hort. Schoenbr.* 1. *p.* 4. *t.* 7.

Habitat in regno Algeriensi *et* Maroccano. 4
Caulis *erectus*, *bipedalis*, *ramosus*, *pubescens.* Folia *rare villosa*; *radicalia petiolata*, *spithamaea*, *more Rhei palmatae multifida*; *laciniae lanceolatae*, *subdentatae*, *acutae*, *scabrae*; *folia in culta indivisa*, *cordato-oblonga*, *uti caulina inaequaliter dentata*; *caulina inferiora petiolata*, *palmaria*, *sesquipollicem basi lata*, *inferne dentibus magnis sublaciniata*; *suprema sessilia*, *ovato-lanceolata.* Pedunculi *ex axillis supremis et apice caulis*, *terminales ramosi*, *villosi*, *sordide canescentes*, *interdum pedales.* Bracteae *cordatae*, *acuminatae*, *calyce breviores*, *extus villosae*, *intus glabrae*, *coloratae.* Verticilli *distantes*, *sexflori*: *flores pedicellati*, *nutantes.* Calyx *campanulatus*, *coloratus*, *villoso-viscosus*; *dentibus quinque mucronatis.* Corolla *magna*: *galea villoso-viscosa*, *coeruleo-violacea*, *oculo armato*

punctis aureis nitidis adspersa: Labium inferius album. Cultura saepe villositatem amittit.

314. SALVIA foliis glabris inferioribus ovato-oblongis crenatis, superioribus lanceolatis subintegerrimis, bracteis reflexis. **algeriensis.**

Sclarea africana praecox annua. *Tournef. inst.* [illegible].

Salvia algeriensis; foliis inferioribus ovatis, crenatis, in petiolum decurrentibus; calycibus dentato-spinosis, nutantibus; bracteis reflexis. *Desfont. fl. atlant.* 1. *p.* 23. *t.* 3.

Habitat in Atlante. ⊙

Caulis *erectus, piloso-viscosus, obtuse tetragonus, ramosus:* Rami *longi, virgati.* Folia *inferiora petiolata, obtusa, per petiolum parum decurrentia, media et superiora pauca, acuta, serrata, saepe integerrima.* Pedunculi *terminales, basi ramosi.* Verticilli *remoti, bi-sexflori: flores pedicellati, ante et post florescentiam nutantes.* Bracteae *ovatae, acutae, longitudine pedicellorum.* Calyx *campanulatus, striatus, villoso-viscosus; dentibus quinque setaceo-spinosis, superioribus brevioribus.* Corolla *magna coerulea: Labium superius falcatum, compressum, villosum, genitalibus brevius.*

315. SALVIA foliis remote-dentatis glabris, inferioribus oblongis basi attenuatis superioribus cordatis, pedunculis elongatis. **latifolia.**

Sclarea tingitana annua latifolia. *Herbar. Jussiaei.*

Habitat in regno Tingitano. *Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *herbaceus, erectus, rare pilosus, purpurascens, superne in ramos floriferos divisus.* Folia *radicalia petiolata, superiora sessilia, bi-s-tripollicaria, obtusissima, basi attenuata acutiuscula, nervoso-venosa, suprema minora, venosa, pilis rarissimis obsoletis adspersa.* Pedunculi *superne, terni, villosi, subviscosi.* Verticilli *remoti, quadriflori: pedicelli brevissimi.* Bracteae *cordatae, acuminatae, villosae, intus glabrae, calyce dimidio breviores.* Calyces *campanulati, striati, villosi, bilabiati: Labium superius adscendens, ovatum, acutum: inferius bifidum; dentibus setaceis.* Corolla *ca-*

lyce multo major: galea falcata, apice oculo armato villis nonnullis adspersa, stylo brevior. Filamenta *propendentia.*

Valde affinis S. ægeriensi, mihi diversa esse videbatur: foliis remote dentatis, supremis cordatis nec lanceolatis serratis: galea minore subvillosa, nec hirsuta: seminibus majoribus.

patula. 116. SALVIA viscosa, foliis radicalibus cordatis dentato sinuatis, caulinis sessilibus oblongis, bracteis calycem aequantibus.

Sclarea lusitanica, glutinosa, amplissimo folio. *Tournef. inst. p.* 179.

Salvia patula; foliis radicalibus cordatis, lanatis, sinuato-erosis, caule calycibusque villosis, glutinosis, bracteis concavis, mucronatis; floribus summis evanidis. *Desfont. fl. Atlant.* 1. *p.* 25.

Habitat in Lusitania. *Ex herbario Vaillantii, in* Barbaria. *Desfont.* ♂

Facies Sal. sclareae, tota villoso-viscosa. Caulis *crassitie fere pennae cygneae.* Folia *radicalia petiolata, spithamaea vel ultra, alia cordato-oblonga, dentato-sinuata, dentibus ovatis serratis; alia ovato-oblonga, obsolete dentato-sinuata: caulina inferiora oblonga, utrinque acuta, remote denticulata.* Petioli *villosissimi, canescentes.* Bracteae *cordatae, concavae, acuminatae, cuspidatae, integerrimae.* Verticilli *remoti, octoflori.* Calyx *bilabiatus: Labium alterum bifidum, alterum trifidum; dentibus vix pungentibus.* Corolla *S. sclareae: Labium superius lineare, staminibus et stylo breviore.*

Aliam in herb. Juss. vidi cum eodem Synonymo, diversam foliis superioribus cordato-lanceolatis, reliquis vero similem.

austriaca. 117. SALVIA foliis cordato-oblongis eroso-sinuatis, caule subaphyllo, verticillis villosissimis, staminibus longissimis.

Salvia foliis rugosis serrato-laciniatis, caule nudo fere, staminibus longissimis exsertis. *Crantz. austr. fasc.* 4. *p.* 238.

Salvia austriaca; foliis cordato-ovatis crenatis ad oras incisis vel lobatis supra nudis, caule calycibus bracteisque hirsutissimis. *Lin. syst. veg.* 70.

Habitat in Austria, Hungaria, Moldavia. 2
Caulis *strictus*, *obtuse tetragonus*, *villis longis griseis praesertim superne vestitus.* Folia *radicalia terrae adpressa*, *petiolata*, *palmaria et ultra*, *cordato-oblonga*, *vel lato-oblonga*, *supra glabra*, *venis villosis*, *subsinuata*: *lobis dentatis*, *sursum minoribus*; *caulina*, *par unicum vel alterum*, *sessilia*, *lanceolata*, *serrato-incisa.* Petiolus *villosus*, *folio brevior.* Racemus *pedalis.* Verticilli *sexflori*, *inferiores remoti.* Bracteae *cordatae*, *acuminatae.* Calyx *bracteis longior*, *dense villosus.* Corolla *ochroleuca*: *Labium superius erectum*, *compressum.* ☆

118. SALVIA foliis cordatis dentatis inferioribus repandis, bracteis cordatis brevibus acutis, calycibus tomentosis. *Lin. spec. pl.* 37. syriaca.
Salvia caule fruticoso, foliis ovatis sinuatis, crenatis rugosis hirsutis. *Ard. spec.* 1. *p.* 9. *t.* 1.
Habitat in Oriente, Palaestina. ♄
Statura S. pratensis. Caulis *fruticosus*, *obtuse angulatus.* Folia *petiolata*, *cordato-ovata*, *rugosissima*, *subtomentosa*, *repanda*, *dentata*, *obtuse crenata.* Panicula *brachiata*, *virgata.* Bracteae *calyce breviores.* Calyces *quinquefidi*, *aequales*, *acuminati*, *tomentosi.* Corollae *albae.* Stylus *galea duplo longior.* Lin. *l. c.*

119. SALVIA foliis cordatis inaequaliter crenatis rugosis subtus cauleque incano-tomentosis. varia.
Sclarea orientalis, foliis Salviae, flore partim albo, partim flavo. *Tournef. Cor.* 10.
Habitat in Armenia. *Ex herbario Jussiaei*
Caulis *herbaceus.* Folia *petiolata*, *tripollicaria vel parum ultra*, *cordata*, *ovata*, *obtusa*, *utrinque rugosa*, *supra oculo armato villosula.* Petioli *sesquipollicares.* Pedunculi *terminales*, *terni.* Verticilli *sexflori.* Flores *sessiles.* Bracteae *cordatae*, *acuminatae*, *longitudine calycis.* Calyces, *uti pedunculi et bracteae*, *incani*: *dentibus subulatis.* Corolla *parva*, *calyce parum longior.*

120. SALVIA foliis cordatis rugosis crenatis inferioribus subsinuatis, spicis ramosis hirsutissimis, bracteis cordatis. graveolens.
Sclarea aegyptiaca fruticans foetidissima. *Herb. Jussiaei.*

Habitat in Ægypto. *Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *fruticosus*: Rami *obtuse tetragoni, villosissimi.* Folia *petiolata, bipollicaria, sursum sensim minora, inferiora cordato-oblonga, superiora cordata, obtusa, inaequaliter crenata, utrinque rugosa, villosa, praesertim subtus, incana.* Spica *spithamaea, inferne simpliciter ramosa.* Verticilli *approximati, pilis sordide albis hirsutissimi, sexflori.* Bracteae *attenuatae, calyce breviores, supra glabrae.* Calyx *subsessilis, campanulatus, tridentatus; dente superiore ovato.* Corollae *galea lineari-falcata, pilosa, stylo brevior.*

tingitana. 121. SALVIA foliis cordatis oblongis eroso-dentatis rugosissimis, bracteis cordatis mucronatis ciliatis, calycibus spinosis.

Sclarea tingitana foetidissima, hirsuta, flore albo. *Tournef. inst.* 179.

Horminum tingitanum. *Riv. monop. t.* 62.

Salvia tingitana; foliis cordatis erosis, calycibus spinosis sulcatis strigosis, bracteis concavis mucronatis. *Etl. salv. n.* 30.

Salvia foetida; foliis cordatis inaequaliter dentatis, rugosissimis, bracteis cordato-acutis ciliatis longitudine calycum. *Lamarck. illustr. t. p.* 69.

Habitat in Africa *boreali.* ♄

Caulis *fruticosus, ramosus, erectus, villis longis tortilibus adspersus, intermixtis brevioribus glutinosis, in calyce et petiolis rigidioribus, albidis, pellucidis.* Folia *petiolata, bi-s-tripollicaria, rugosissima, villosa, interdum ovata.* Bracteae *longitudine calycis, concavae.* Calyx *amplus, villosus, punctis albidis saepe adspersus, post florescentiam compressus.* Corolla *alba.*

praecox. 122. SALVIA foliis ovato-oblongis subrepandis laevibus subpilosis, bracteis cordatis venosis acuminatis longitudine calycis.

Habitat in Africa *boreali. Ex herbario Jussiaei et musaei parisini.*

Similis S. tingitanae. Caulis *herbaceus, erectus, pilosus.* Folia *inferiora petiolata, tripollicaria, ovato-oblonga, basi attenuata, obsolete dentata, obtusa, venis rare pilosis; superiora sessilia, ovata, acuta, mucronata, inaequaliter*

dentato-subrepanda, coeterum inferioribus similia. Pedunculi *ex axillis superioribus et terminales, uti pedicelli villoso-viscosi.* Verticilli *remoti, quadri-sexflori.* Bracteae *venosae, in cuspidem attenuatae.* Calyx *bilabiatus, tubulosus, nervosus: Labium superius ovatum, longius: inferius bifidum; dentibus cuspidatis, innocuis.* Corolla *magnitudine S. Sclareae: galea villosula, linearis, stylo et labio inferiore brevior: Labium inferius concavum.* Antherae *propendentes.*

In herbariis supra dictis sub sequente Synonymo inveni: Salvia africana praecox. *Tournef. inst.* 177. *quod a Desfontainio ad algiriensem amandatur, sed haec certe diversa.*

123. SALVIA foliis lyrato-auriculatis, caule subaphyllo, corollae galea bifida. *Lin. mant. p.* 26. Forskåleel.
Salvia bifida; foliis radicalibus hastato-lyratis dentatis hispidis. *Forsk. descr. p.* 202.
Habitat in Oriente. ♃
Caulis *in planta culta, sesquipedalis, aphyllus, ultra dimidium verticillis florens:* Rami *duo oppositi, infra infimum verticillum.* Folia *radicalia ovata, lyrata, utrinque lobo baseos minore repando-crenata, obtusa, villosa, viridia.* Bracteae *calyce breviores, cordatae, acutae, integerrimae.* Verticilli *sex-decemflori; flores breviter pedicellati.* Calyces *piloso viscosi.* Corolla *coerulea, calyce triplo major: galea falcata, semibifida.* Lin. *l. c.*

124. SALVIA sublanata, foliis dentatis; radicalibus cordato-oblongis, bracteis subrotundo-cordatis muticis summis sterilibus. compressa.
Habitat in Oriente. *H. Celsii.*
Affinis S. aethiopis. Caulis *herbaceus, erectus, tetragonus, uti folia bracteae et calyces superne lana tenui vestitus.* Folia *radicalia petiolata, bipollicaria, cordato-oblonga; caulina sessilia, oblonga; floralia semiamplexicaulia, cordata: omnia subrugosa, inaequaliter dentata; dentibus parvis.* Paniculae *ex axillis supremis et apice, brachiatae.* Verticilli *compressi, copiosi, octo-vel decemflori, approximati.* Bracteae *exteriores subrotundo-cordatae, interiores oblongae, omnes calyce parum longiores, mem-*

branaceae, intus glabrae, vix venosae, apice purpureo-violaceae, acutae. Calyx *oblongus: laciniis obtusiusculis, muticis, apice purpureo-violaceis.* Corolla *alba, calyce dimidio longior.* ☆

Differt a S. aetiopis: foliis, bracteis muticis erectis: verticillis compressis, summis sterilibus. a S. argentea foliis et reliquis.

Sclarea. 125. SALVIA foliis rugosis cordatis oblongis villosis serratis, bracteis coloratis calyce longioribus. *Lin. syst. veg.* 72. *Etling. salv. n.* 27.

Gallitrichum. *Cube* 207.

Orminum sativum. *Fuch. hist.* 568.

Horminum. *Riv. monop. irr. t.* 33.

Habitat in Italia, Syria. ♂

Caulis *erectus, crassus, ramosus, villosus, viscidus.* Folia *inferiora petiolata, summa sessilia, reflexa, acute crenata, villis minutis vestita.* Panicula *brachiata.* Verticilli *triflori.* Bracteae *cordatae, ciliatae, acuminatae, concavae, calycibus longiores.* Flores *brevissime pedicellati.* Calyx *compressus, sulcatus, piloso-glutinosus, mucronatus; dens intermedius labii superioris brevior.* Etling. *l. c.*

spinosa. 126. SALVIA foliis oblongis repandis, calycibus spinosis, bracteis cordatis mucronatis concavis. *Lin. mant.* 26 (*aegyptiaca*). *Jacqu. coll.* 1. *p.* 139. *Ic. rar.* 1. *t.* 7.

Horminum syriacum. *Bauh. prodr.* 114.

Habitat in Ægypto. ♃

Caulis *pedalis vel ultra, obsolete quandrangulus, pilis adspersus saepe glutiniferis, brachiatus.* Folia *petiolata, rugosa, obtusiuscula, subpilosa, superiora sessilia, acuminata; suprema cordata, attenuata dentata.* Verticilli *sexflori.* Bracteae *cordatae, concavae, nervosae, supra glabrae, ciliatae, in spinulam attenuatae, calyce longiores.* Calyx *tubulosus, compressus, sulcatus, subaequalis; dentibus quinque aristatis.* Corolla *alba: tubus calyce parum longior: galea emarginata.* ☆

aethiopis. 127. SALVIA foliis oblongis erosis verticillisque lanatis, bracteis recurvatis subspinosis. *Lin. syst. veg.* 72. *Jacqu. aust. t.* 211. *Etling. sal. n.* 28.

Æthiopis. *Matth.* 1151.
Horminum syriacum album salviae folio lanuginoso. *Moris hist.* 3. *p.* 393. *s.* 11. *t.* 13. *f.* 4.
Æthiopis laciniatis foliis. *Barr.* 24. *ic.* 188.
β. Sclarea laciniatis foliis. *Tournef. inst.* 179. *laciniata*
γ. Marum aegyptiacum. *Alp. exot.* 252. *Vesling.* *Alpini.*
Horminum syriacum album salviae folio lanuginoso. *Moris. hist.* 3. *p.* 392. *s.* 11. *t.* 16. *f.* 3.
Habitat in Gallia, Austria, Illyria, Graecia, Barbaria, *inque* Cap. b. spei *Thunberg.* ♂
Caulis *erectus*, *obtuse tetragonus*, *ramosus*, *lanuginosus.* Folia *radicalia petiolata*, *saepe spithamaea*, *subsinuata*, *erosa*, *obtusa*, *lanugine densa vestita*, *rugosa*, *superiora angustiora*, *acutiora*. Panicula *brachiata.* Verticilli *triflori.* Bracteae *cordato-subrotundae*, *concavae*, *nervosae*, *aristatae*, *longitudine calycis.* Calyx *striatus*, *lanatus*, *superne ampliatus*; *bilabiatus*, *dentibus quinque spinula terminatis.* Corolla *candida*, *pubescens.* ✲
β. *Differt foliis profunde laciniatis* γ. *magis oblongis basi praesertim sinuatis.* Etling. *l. c.*

128. SALVIA foliis radicalibus oblongo-hastatis dentatis, bracteis cordatis, calycibus pungentibus brevioribus summis sterilibus. coarctata.

Habitat in Oriente. *Hort. Celsii.*
Affinis S. argenteae. Caulis *herbaceus*, *erectus*, *obtuse tetragonus*, *adspersus*, *uti petioli*, *folia suprema*, *bracteae*, *calycum nervi et ora pilis albis hyalinis*, *subulatis.* Folia *radicalia longe petiolata*, *quinquepollicaria*, *oblonga*; *inferne coarctata*, *aucta lobis duobus oblongis*, *obtusis*, *uti apex folii*, *obsolete dentatis*, *subrugosa*, *villis rarioribus adspersa*: *suprema cordato-lanceolata*, *sesquipollicaria*, *semiamplexicaulia*, *acuta*, *inaequaliter dentata*, *rugosa.* Panicula *brachiata.* Verticilli *remoti*, *quadrisexflori*, *summi steriles.* Flores *subsessiles.* Bracteae *cordatae*, *acuminatae*, *acutae*, *erectae.* Calyx *campanulatus*, *semipollicaris*, *bilabiatus*: *labiis divaricatis*; *dentibus quinque ovatis*, *spinula terminatis.* Galea *lineari-falcata*, *apice ope lentis rare villosa*, *punctis resinosis adspersa*, *staminibus longior.* ✲

argentea. 129. SALVIA foliis oblongis dentato-angulatis lanatis, verticillis summis sterilibus, bracteis concavis. *Lin. spec. pl.* 38.
Æthiopis tota argentea cretica lanuginosa. *Cup. hort. cath.*
Habitat in Creta. ♂
Caulis *erectus, subtomentosus, glutinosus.* Folia *inferiora petiolata, tri-sexpollicaria, subcordato-oblonga, lanata, superiora sessilia, lanceolata: omnia dentato-erosa.* Panicula *brachiata, pubescens, viscosa.* Bracteae *ovatae, calyce breviores, muticae.* Verticilli *sexflori.* Flores *breviter pedicellati, florentes secundi.* Calyx *villoso-viscosus, purpurascens; dentibus mucronatis.* Corolla *alba, magna: galea erecta, purpurascenti-pubescens.* ☆

candidissima. 130. SALVIA incana, foliis ovatis suberoso-dentatis, verticillis supremis sterilibus, bracteis ovatis calyce brevioribus.
Sclarea orientalis, foliis rotundioribus candidissimis. *Tournef. cor.* 10.
Habitat in Armenia. *Ex herbario Vaillantii.*
Habitus S. Sclareae, tota tomentoso-incana. Caulis *herbaceus, erectus, crassitie pennae anserinae et ultra.* Folia *petiolata, spithamaea, sursum sensim minora, remota, minime angulata, subtus praesertim tomentosa, radicalia aetate glabra.* Spicae *ramosae.* Verticilli *remoti, bi-tri-quadriflori.* Flores *secundi, pedicellati.* Bracteae *attenuatae in setam.* Calyx *campanulatus, striatus, villosus: Labium superius trifidum: inferius bifidum; laciniae seta terminatae.* Corolla *magnitudine fere S. Sclareae, glabra, punctis aliquot resinosis adspersa.* Stamina *et stylus, corolla longiora.*

phlomoides. 131. SALVIA foliis lanceolatis subintegris caulesque lanato-viscosis. *Symb. bot.* 1. *p.* 7.
Salvia phlomoides; foliis lanceolatis, dentatis, hirsutis, viscidis. *Asso introd. in oryct. Arrag.* 158. *t.* 4.
Habitat in Arragonia.
Tota planta lanato-tomentosa, viscosa, incana. Caulis *herbaceus, erectus, dodrantalis et ultra, rarius basi ramosus.* Folia *pleraque radicalia, in petiolum angustata, obtusa, saepe dentata,*

nonnulla interdum dentato-sinuata, plurima integerrima, bipollicaria, duo vel rarius quatuor in caule. Verticilli *quadri-sexflori.* Bracteae *cordatae, acuminatae, minime pungentes, apice rectae, duae minores caulem terminant, steriles.* Calyx *sulcatus, longitudine bractearum; dentibus quinque lanceolato-subulatis, inermibus.* Corolla *magnitudine S. Sclareae.*

132. SALVIA foliis rugosissimis lanatis radicalibus bipinnatifidis caulinis pinnatifidis, verticillis summis sterilibus. ceratophylla.

Horminum genus angustis lanuginosis profunde sectis foliis. *Rauw. hodoep.* 1. *c.* 9. *p.* 129.

Horminum rugoso verrucosoque folio cornu cervi exprimente. *Plukn. alm.* 186. *t.* 194. *f.* 5. *Moris. hist.* 3. *p.* 392. *s.* 11. *t.* 13. *f.* 6.

Salvia ceratophylla; foliis rugosis pinnatifidis lanatis, verticillis summis sterilibus. *Lin. syst. veg.* 172.

Salvia exasperata; foliis rugosis exasperatis; radicalibus bipinnatis petiolatis; superioribus pinnatis, sessilibus, connatis: caule paniculato ramosissimo. *Cavan. in an. hist. nat. madr. vol.* 3. *n.* 4. *p.* 113. *t.* 17. *Ic. vol.* 6. *p.* 38. *t.* 558.

Habitat in Mauritania, Syria, Persia. ♂

Caulis *crassitie pennae anserinae vel ultra, erectus, sulcatus, lanatus, superne pedunculis paniculatis brachiatus.* Folia *radicalia petiolata; caulina sessilia vel semiamplexicaulia: laciniae alternae, lanceolatae, inaequales, sinuato-dentatae, obtusae, e rugis copiosissimis verrucoso-squamosae, utrinque lana longa laxa vestitae.* Verticilli *remoti, sexflori.* Bracteae *cordatae, acuminatae, spinula pungente terminatae, tomentosae.* Calyces *sessiles, lanati; dentibus quinque, seta rigida terminatis.* Corollae *purpureo-violaceae.*

In solo pinguiori rugae parum obliterantur, magisque glabra evadit.

133. SALVIA foliis pinnatifidis rugosis petiolatis, verticillis omnibus fertilibus hirsutissimis. ceratophylloides.

Salvia. *Arduini spec.* 2. *p.* 12. *t.* 2.

Salvia ceratophylloides; foliis pinnatifidis rugosis, caule paniculato ramossimo. *Lin. Mant.* 26.

Habitat in Ægypto, Sicilia.

Planta spontanea Forskâlaei gaudet: Caule *basi frutescente, palmari, basi ramoso, e pilis albidis reversis canescente.* Foliis *petiolatis, supremis tantum sessilibus; laciniis alternis, linearibus, inaequalibus, obtusis, margine flexuoso-undulatis, pilosis.* Verticillis *sexfloris, approximatis; floribus pedicellatis.* Bracteis *cordatis, extus calycibusque hirsutissimis.* Corollis *parvis.*

Culta multo altior evadit, foliis latioribus rugis fere obliteratis, in spontanea folia rugis numerosissimis verrucosis, uti in antecedente. A S. ceratophylla differt, quod dense pilosa, nec lanâ crispatâ tecta.

nutans. 134. SALVIA foliis cordatis obsolete quinquelobis erosis, caule subrotundo, racemis nutantibus. *Etling. salv. n.* 47.

Salvia foliis cordatis, obtuse crenatis, spicis floruin nutantibus. *Kraschenninikow in nov. comment. petrop.* 1. *p.* 378. *t.* 14.

Salvia caule nudo, spica florente pendula. *Hall. in comment. götting.* 1. *p.* 210. *t.* 11.

Salvia nutans; foliis cordatis inaequaliter basi excisis, caule nudo, spicis ante florescentiam cernuis. *Lin. syst. veg.* 72.

Habitat in Imperio Rutheno. ♃

Caulis *pubescens, inferne et ad radicem foliosus, superne aphyllus.* Folia *radicalia, palmaria vel spithamaea, longissime petiolata, cordato-oblonga, sinu altero inferiore, acuta, supra glabra, subtus villosa, cinerascentia: caulina duum parium, petiolata, structura radicalium.* Racemi *ad apicem caulis, plures, oppositi, trivel quadripollicares.* Verticilli *sex-decemflori.* Bracteae *cordatae, nervosae, acuminatae.* Calyces *compressi, reflexi, villosi, striati.* Corollae *saturate coeruleae, interdum albae.* ✲

hastata. 135. SALVIA foliis hastato-lanceolatis crenatis, caule subnudo, racemis cernuis. *Etl. salv. n.* 48. †

Habitat.

Affinis nutanti. Caulis *erectus, obtusus pubescens, inferne et ad radicem foliosus, superne aphyllus ramosus.* Folia *infima basi inaequa-*

liter ersecta hastata: hamo hastae duplici; postico brevi retrorsum, antico majore antrorsum spectante, tertio minimo his saepe interjecto, lanceolato-triangularia, duplicate crenata, acutiuscula, rugosa, supra glabra, subtus leviter pubescentia. Petioli *lati.* Folia *ramis subjecta parva, angusta, cordato-lanceolata, fere integerrima, pubescentia.* Racemi *laterales plures et terminales, erectiusculi, nonnihil ad extus flexi.* Verticilli *sexflori.* Bracteae *calyce minores, cordatae, nervosae, acutae, pubescentes.* Corolla *S. nutantis.* Etling. *l. c.*

136. SALVIA foliis lanceolatis crenatis, caule subnudo, racemis cernuis. *Etling. salv. n.* 49. † — betonicifolia.

Habitat.

Convenit habitu cum S. nutanti, caule ad radicem et inferne tantum folioso, superne aphyllo, obtuso, pubescente. Folia *radicalia quoque longissime petiolata, omnia basi inaequaliter secta, at lanceolata, inaequaliter crenata, inferiora obtusa, suprema acutiuscula, rugosa, supra laevia, subtus levissime pubescentia. An modo varietas S. nutantis?* Etling. *l. c.*

An huc spectat: Sal. acutifolia; foliis cordato-lanceolatis acutis crenatis, spicis cernuis nudis, bracteis brevissimis. Lamark. illustr. 1. p. 583.

137. SALVIA foliis cordato-lanceolatis crenulatis, racemo nutante. — pendula.

Habitat. — — *Hort. hafn.* 2l.

Caulis *erectus, simplex, sesquipedalis, acute angulatus, pubescens, purpureo lineato-punctatus.* Folia *plurima radicalia, duo vel tria paria in caule, remotissima, petiolata, bi-s-tripollicaria, pollicem lata, superiora angustiora, cordata, sinu clauso, rugosula, supra glabra, subtus villosa, obtusa.* Racemus *terminalis, solitarius, tripollicaris, ante florescentiam nutans, sensim erectior.* Verticilli *sexflori.* Bracteae *cordatae, acuminatae, longitudine calycis, ciliatae, coloratae.* Calyx *multistriatus: Labium superius obtusum, obsolete tridentatum: inferius bidentatum; dentibus acutis.* Corolla *violacea, magnitudine S sylvestris:*

Labium superius compressum, vix pubescens, punctis minutis albidis adspersum: Labii inferioris lacinia intermedia subrotunda, depressa, concava, integerrima; laterales lineares, obtusae, ereciiusculae. Stylus *labio superiore longior.* ☆

Differt a S. nutante foliis statim basi ad insertionem petioli desinentibus nec per illum paululum decurrentibus; sinu baseos non aperto; crenis undique aequalibus; racemo brevi solitario.

Habitus. Folia *opposita, plus minusve venoso-rugosa.* Flores *plerumque verticillato-racemosi, bracteis stipati. Reliqua diversa in diversis.*

57. COLLINSONIA. *Cal.* 2-labiatus: labio superiore tridentato. *Cor.* inaequalis: labio inferiore multifido, capillari. *Sem.* 4: tria abortientia.

canadensis. 1. COLLINSONIA foliis ovatis caulibusque glabris. *Hort. kew.* 1. *p.* 47.

Collinsonia canadensis. *Lin. hort. cliff.* 14. *t.* 5.

Habitat in Virginiae, Canadae *sylvis.* 4

Caulis *erectus, bipedalis.* Folia *palmaria, attenuata, basi ovata.* Racemi *terminales, inferne saepe ramis duobus vel quatuor, oppositis aucti: pedicelli oppositi.* Bracteae *lanceolatae.*

scabriuscula. 2. COLLINSONIA foliis subcordatis pilosiusculis, caule pilosiusculo scabrido. *Hort. kew.* 1. *p.* 47.

Habitat in Florida *orientali.* 4

Folia *ovata, subcordata.* Pedunculi *villosi.* Racemi *inferne ramis duobus vel quatuor aucti.*

tuberosa. 3. COLLINSONIA foliis oblongo-ovatis utrinque acutis glabris.

Collinsonia serotina: panicula terminali ramosissima. *Walt. fl. carol.* 49.

Collinsonia tuberosa; radice tuberosa: foliis subrhombeo-ovalibus, utrinque angustato-acutis: calycis dentibus setaceis, tubo longioribus. *Michaux fl. bor. amer.* 1. *p.* 17.

Habitat in Carolina. *Bosc.* 4

Radix *tuberosa.* Caulis *inferne teretiusculus, superne obtuse tetragonus, interdum pedalis, ramosus, ope lentis rare villosus.* Folia *sesqui-*

pollicaria, nervoso-venosa, subtus pallidiora. Racemi *ex apice caulis et ramulorum axillarium, elongati: pedunculus, pedicelli et calyces, praesertim ope lentis ore pilosi.* Bracteae *parvae, subulatae.* Pedicelli *oppositi, remoti.* Calyces *et flores multo minores quam in canadensi.*

4. COLLINSONIA foliis infimis petiolatis, floralibus pluribus ovatis sessilibus, floribus lateralibus et terminalibus. *Walt. carol.* 65. praecox.

Habitat in Carolina.

Cum differentia Walteri plantam a Col. scabriuscula diversam indicare videtur, potius uti speciem distinctam tradere juvat usque dum melius dignoscitur.

Habitus. Caulis *herbaceus, tetragonus.* Folia *opposita, petiolata, grosse serrata, serraturis mucronatis, subtus oculo armato punctata.*

58. MORINA. *Cal.* 2-plex: exterior inferus, tubulosus: interior superus, 2-fidus. *Cor.* 2-labiata. *Sem.* 1. calyce interiore coronatum.

1. MORINA. *Lin. syst. veg.* 73. persica.

Morina orientalis, carlinae folio. *Tournef. cor.* 48. *It.* 3. *p.* 132. *t.* 132.

Habitat in Persia *ad Ispaham.* 4

Folia *cardui, radicalia, spithamaea vel ultra, linearia, dentato-sinuata: dentibus palmato spinosis, spinis pallidis, glabra.* Scapus *teres, sulcatus, villosus, erectus, crassitie pennae anserinae.* Flores *verticillati, plures in singulo verticillo.* Verticilli *distantes, quinque vel sex, involucrati: Involucra triphylla, basi connata, lanceolata, rigida, intus quinque vel sex-nervia, extus uninervia, villosa, ovato-lanceolata in spinam pollicarem validam desinentia, margine spinis quatuor vel quinque semipollicaribus, glabris, flavescentibus.* Calyx *uti* Corolla *extus villosa.*

59. BOERHAAVIA. *Cal.* inverse conicus, semen involucrans. *Cor.* 1-petala, plicata, apici calycis insidens. *Sem.* 1. calyce clauso corticatum (Stam. 1. 2. 3.).

erecta. 1. BOERHAAVIA caule tetragono glabro, internodiis viscosis, floribus paniculatis, foliis subangulatis subtus nigro-punctatis.

Boerhaavia erecta; caule erecto glabro, floribus diandris. *Lin. syst. veg.* 51. *Jacqu. hort.* 1. *t.* 5. 6.

Boerhaavia erecta; foliis ovatis acutis subundulatis glabris, caule erecto, fructibus turbinato-clavatis muticis. *Swartz. obs.* 10.

Boerhaavia erecta; caule tetragono glabro, internodiis viscosis, floribus corymboso-paniculatis. *Wild. phyt.* 1, *n.* 1. *Spec. pl.* 19.

Habitat in Vera cruce, Jamaica. ♃

Caulis *uni-bipedalis*, *erectus*, *ramosus*, *ad petiolos incrassatus*. Folia *basi ovata*, *acuminata*, *margine undulata*, *purpurascentia*, *subtus albida*. Petioli *pubescentes*. Pedunculi *in axillis foliorum terminalium*, *oppositi*, *longi*, *filiformes*; *partiales triflori*; *pedicelli brevissimi*. Corollae *campanulatae*. Filamenta *duo*. Semen *turbinatum*, *retusum*, *pentagonum*, *glabrum*. Swartz. *l. c.*

Folia *margine scabra*. Corollae *cylindricae*, *albae*, *quinquefariam rufescentes*. Wild. *l. c.*

Folia *basi saepe parum acuminata*, *oculo armato adspersa atomis copiosissimis nigricantibus*.

tetrandra. 2. BOERHAAVIA caule repente, floribus umbellatis tetrandris, foliis subrotundis emarginatis basi acutis.

Boerhaavia tetrandra; caule repente, floribus tetrandris. *Forst. prodr. n.* 5.

Habitat in insulis Societatis.

Caulis *teres*, *glaber*. Folia *integerrima*, *crassiuscula*, *glabra*, *utrinque fere concolora*.

decumbens. 3. BOERHAAVIA caule basi decumbente, paniculis axillaribus floribus capitatis, foliis ovato-subrotundis ciliatis.

Boerhaavia paniculata; imo decumbens, foliis suborbiculato-cordatis obtusis, panicula assurgente laxissima aphylla. *Act. soc. li. n. paris.* 1. *p.* 105.

Habitat in Guiana. *Richard*, *in insula* St. Crucis *West.*

Caulis *striatus*, *purpurascens*, *rarissime pilis paucissimis adspersus*. Folia *remotissima*, *pollica-*

ria, apice rotundata, obscure repanda, utrinque glabra, subtus pallidiora, absque punctis vel lineolis simpliciter venosa. Petioli *glabri.* Pedunculi *superne ramosi.* Involucrum *membranaceum, minutum, deciduum.*
Boerh. *obtusifolia.* Lamarck. *illustr.* 1. *p.* 10. *vix specie differt.*

4. BOERHAAVIA caule tereti-pubescente, floribus capitato-corymbosis. *Wild. phytogr.* 1. *n.* 2. *spec. pl.* 1. *p.* 20. diffusa.
Valeriana humilis; folio rotundo subtus argenteo. *Plum. catal. p.* 3.
Valerianella folio subrotundo, flore purpureo, semine oblongo striato aspero. *Sloan. cat.* 91. *Rai. hist. pl. suppl. p.* 244.
Boerhaavia diffusa; caule laevi diffuso, foliis ovatis. *Lin. syst. veg.* 51.
Boerhaavia diffusa; foliis ovatis caule diffuso glabro, floribus subumbellatis, fructibus clavatis sulcatis muticis. *Swartz. obs.* 10.
Habitat in ruderatis Indiae *occidentalis.* ♃ *annua secundum Sw.*
Caulis *decumbens, adscendens, pubescens.* Folia *subcordato-ovata, superiora oblonga, subrepanda, subciliata, succulenta, subtus argenteo-albida, nitentia.* Petioli *glabri.* Panicula *terminalis, di-trichotoma, diffusa: pedicelli ultimi filiformes, triflori.* Flores *minutissimi, sanguinei.* Filamenta *duo, raro unicum.* Semen *obconicum, retusum, quinquangulare, nudum. Sw. l. c.*

5. BOERHAAVIA foliis subrotundo-ovatis repandis glabriusculis, panicula terminali dichotoma. adscendens.
Boerhaavia adscendens; foliis oblongo-ovatis subcarnosis, floribus paniculatis, pedunculis biloris, caule adscendente. *Wild. spec. pl.* 1. *p.* 19.
Habitat in Guinea. *Isert, Thonning.*
Caulis *herbaceus, bipedalis, procumbens, teres, nodoso-articulatus, pilosus; pilis articulatis:* Rami *oppositi, altero adultiore.* Folia *pollicaria vel parum ultra, latitudine et longitudine subaequalia, raro subcordata, superiora saepe oblonga, basi saepius inaequalia, costa margineque praesertim juniora pilosa, coeterum glaberrima, subtus albida, oleracea, subave-*

nia. Petiolus *folio brevior, sulco exaratus, subpilosus.* Panicula *subapiylla: ramis divergentibus, articulatis, glabris: pedunculis quadri-quinquefloris.* Flores *aggregati, subsessiles.* Bracteae *minutae, deciduae.* Corolla *Boerh. diffusae.* Filamenta *duo, rarius unicum vel tria.* Fructus *Boerhaaviae diffusae.* Thonning.

Quamvis in nonnullis recedit a Descriptione Wildenowii, nihilominus persuasus sum, quod specie non differt, Wildenowius enim plantam absque dubio ab Isertio habuit, et specimen quod in herbario Isertii asservatur omnino convenit cum planta Thonningii.

hirsuta. 6. BOERHAAVIA caule teretiusculo hirsuto, floribus capitatis. *Wild. phytog.* 1. *n.* 5.

Valerianella curassavica, semine aspero viscoso. *Herm. parad.* 237. *t.* 237. *Plukn. alm.* 381. *t.* 113. *f.* 7.

Boerhaavia coccinea; foliis ovatis, floribus lateralibus compactis, caule hirsuto procumbente. *Mill. dict.* 4.

Boerhaavia hirsuta; caule diffuso pubescente, foliis ovatis repandis. *Lin. mant. p.* 170. *Jacqu. hort.* 1. *t.* 7.

Boerhaavia hirsuta; foliis ovatis repandis, caule diffusso pubescente; fructibus clavatis sulcatis ciliatis. *Swartz. obs.* 11.

β. Boerhaavia diandra; glabra diffusa, floribus diandris. *Lin. spec. pl.* 4.

Habitat in siccis et arenosis Jamaicae. ♃

Caulis *minor quam in B. diffusa et hirsutus.* Folia *ovata, obtuse angulata, subrepanda, margine ciliata, superne glabra, inferne pilosa.* Paniculae *terminales: pedunculi laterales oppositi, solitarii subdivisi; ultimi floribus congestis quinque-sex, terminalibus, subsessilibus.* Corolla *sanguinea, minutissima.* Filamenta *duo.* Semen *sexangulatum, ciliatum; ciliis glutinosis.* Sw. *l. c.*

Pili caulis tenuissime articulati. Wild. *l. c.*

A B. diffusa vix nisi varietatem loci suspicatur Swartzius. *B. diffusam, hirtam, repentem Lin. et caribaeam Jacquini, uti unam eandemque plantam habet* Lamarck. illustr. 1. p. 10. *Boerhaa-*

via polymorpha; diffuse prostrata: foliis plerisque acutis: capitulis solitariis sparsis et fasciculato-terminalibus Rich. in act. soc. h. n. paris. 1. p. 105. compreliendit sub hoc nomine B. caribaeam Jacqu. diffusam et hirsutam Lin. uti ab Auctore ipso habui.

7. BOERHAAVIA villosa, caule diffuso, pedunculis bifidis floribus subcapitatis, foliis oblongo-cordatis obtusissimis. **patula.**

Habitat in Peru. *Dombey. Ex herbario Jussiaei et Thouinii.* ♄

Caulis *fruticosus, crassitie pennae anserinae, teres, villosus, uti tota planta, ramosus:* Rami *obtuse tetragoni.* Folia *semipollicaria vel parum ultra, mucronata, obscure repanda, crassa, supra nervosa, subtus simpliciter venosa.* Pedunculi *axillares, pollicares, bifidi: pedicelli tres in singulo ramulo, subtriflori.* Semen *sulcato-angulatum, angulis obtusis, apice eglandulosum.*

8. BOERHAAVIA foliis subcordatis, orbiculato-acutis subtus pubescentibus, floribus umbellatis triandris. ✝ **plumbaginea.**

Boerhaavia plumbaginea; foliis subcordatis, orbiculato-acutis, geruinibus glandulosis. *Cavan. ic. 2. p. 7. t. 112.*

Habitat ad radices montis Orcellitani *in regno* Valentino. ♄

Caules *teretes, glaberrimi, erecti, partim procumbentes, ramosi, bipedales.* Folia *petiolo longiores.* Umbellae *axillares, longe pedunculatae.* Corolla *pallide rosea, superne extus maculis quinque lanceolatis.* Fructus *turbinatus, striatus, apice glandulis pedicellatis coronatus.* Cav. *l. c.*

9. BOERHAAVIA caule erecto, foliis ovatis acutis panicula nuda filiformi viscosissima. *Lamarck. Illustr. 1. p. 10.* ✝ **paniculata.**

Habitat in America *meridionali.*

10. BOERHAAVIA villoso-viscosa, floribus subcapitatis, foliis ovatis acutis integris. **glutinosa.**

Boerhaavia erecta. *Burm. fl. ind. p. 3. t. 1. f. 2.*

Habitat in insulis Nicobaricis *et* Java.

Tota planta villosò-viscosa, interdum caule foliisque parum glabrioribus. Folia *semipollicaria vel parum ultra, remotissima, suprema lanceolata, crassa, mucronata.* Pedunculi *ex apice ramorum, flores brevissime pedicellati.* Corolla *campanulata, parva.* Fructus *striatus.* Talu-Dama. *Rheed. mal. 7. p.* 105. *t.* 56. *minime huc pertinet.*

tuberosa. 11. BOERHAAVIA caule erecto, floribus umbellatis, foliis cordato-ovatis acutis integris.

Boerhaavia tuberosa; caule erecto frutescente, foliis cordatis radice tuberosa. *Lamarck. illustr. 1. p.* 10.

Habitat in Peru. *Lamarck.* ♄

Accedit ad Boerh. scandentem, habitu tamen omnino diversa. Caulis *frutescens.* Folia *longiora quam lata, venae majores in speciminibus exsiccatis evidentiores, latae, albidae, margine minime subrepanda, petioli fere triplo latiores, denique radice tuberosa secundum Lamarck.* Syn. Fevillei *allatum omisi, cum mihi dubium videtur, radix enim non tuberosa in Fevill. secundum descriptionem et folia diversam figuram habent.*

viscosa. 12. BOERHAAVIA villoso-viscosa, foliis ovatis acutis subrepandis, caule procumbente, floribus capitatis triandris.

Boerhaavia viscosa; caule diffuso, villoso, viscoso: pedunculis solitariis folio subaequalibus: floribus fasciculato-capitatis triandris. *Lagasca et Rodriguez in An. hist. nat. madrit. n.* 12. *p.* 256.

Habitat in Peru. *Cavanilles.* ♃

Radix *crassa, ramosa.* Caules *plures, herbacei, tri-vel quadripedales, procumbentes, teretes, uti tota planta villoso-viscosi:* Rami *alterni.* Folia *pollicaria, subundulata, crassiuscula, avenia, subtus albido-nervosa.* Pedunculi *axillares et terminales, solitarii, apice bi-trifidi.* Flores *plures in capitulo, sessiles, coccinei.* Fructus *quinque-sulcatus.* ✣

A Boerh. obtusifolia Lamarkii *diversa, accedit magis ad Boerh tuberosam.*

13. BOERHÁAVIA caule arborescente, foliis ovatis integerrimis villosis, floribus umbellatis subdecandris. *Lagasca et Rodriguez in an. hist. nat. madrit. n.* 12. *p.* 257. arborea.

Habitat in Hispania *nova* Cavanilles. ♄

Arbuscula *quinque-vel sexpedalis*: Rami *obscure tetragoni, apice bifidi, an dichotomi? superne villosi.* Folia *vix pollicaria, obtusiuscula, supra fere glabra, subtus margineque villosa, uti petioli, pedunculi et calyces.* Petioli *breves.* Pedunculi *e divisura ramorum et apice, bipollicares, filiformes.* Flores *breviter pedicellati, circiter tredecim vel plures.* Filamenta *sex ad duodecim, corolla longiora.* Germen *turbinatum, pentagonum.* ✲

14. BOERHAAVIA caule erecto, floribus umbellatis diandris, foliis omnibus cordatis. *Wild. phytogr.* 1. *n.* 4. *spec. pl.* . *p.* 21. scandens.

Solanum bacciferum americanum, fructu corymboso ex insula Jamaicensi. *Plukn. alm.* 340. *t.* 226. *f.* 7.

Boerhaavia scandens; floribus diandris; foliis acutis cordatis. *Lin. mant.* 315. *Jacqu. hort.* 1. *t.* 4.

Boerhaavia scandens; foliis cordatis subrepandis, caule glabro scandente, floribus umbellatis verticillatisque, fructibus clavatis apice tuberculatis. *Swartz. obs.* 12.

Habitat in saxosis maritimis Jamaicae, *aliarumque insularum* Indiae *occidentalis.* ♄

Caulis *fruticosus, teres, glaber*: Rami *herbacei, alterni.* Folia *pollicaria, acuta vel obtusa, obsolete repanda vel integra, crassa, glaberrima, subavenia.* Pedunculi *axillares et terminales.* Flores *umbellati: umbellae interdum proliferae, sexflorae.* Involucri *foliola setacea.* Corolla *viridis.* Semina *clavata, apice glanduloso-muricata.* ✲

15. BOERHAAVIA caule erecto, floribus umbellatis triandris, foliis inferioribus cordato-ovatis summis ovatis. *Wilden. phytog.* 1. *n.* 5. *spec. pl.* 1. *p.* 21. excelsa.

Patria ignota. ♄

Caulis *glaber.* Folia *ope lentis ciliata.* Pedunculi *superne: pedicelli tres-quinque.* Involu-

crum *minutum.* Genitalia *corolla longiora. Differt a B. scandenti: caule altiore: foliis summis ovatis: corollis purpureis duplo majoribus: staminibus tribus.* Wild. *l. c.*

periplocaefolia. 16. BOERHAAVIA scandens, floribus umbellatis triandris, foliis ovato-oblongis integris.

Habitat in Madagascar. *Commerson. Ex herb. Jussiaei et Thouinii.* ♄

Caulis *ramosus:* Rami *teretes, glabri.* Folia *remotissima, sesquipollicaria, ovata, attenuata, acuta, mucrone terminata, integerrima, simpliciter venosa, laevia, utrinque glabra, subtus oculo armato adspersa, uti germina, lineolis albis.* Petiolus *unguicularis.* Pedunculi *axillares.* Flores *circiter novem, umbellati: umbellae interdum proliferae.* Corollae *unguiculares, villosulae.* Genitalia *corolla longiora.* Semen *clavatum, laeve, apice coronatum glandulis sessilibus.*

A. B. repanda differt: foliis angustioribus, attenuatis, margine non sinuato-repandis. Similitudinem quandam cum Burm. B. diandra fl. ind. habet.

dichotoma. 17. BOERHAAVIA caule scandente, floribus umbellatis triandris, foliis ovatis obtusis integris.

Valeriana scandens. *Forsk. descr. p.* 12.

Habitat in Arabia felici. *Forskål.*

Caulis *teres, glaber, dichotome ramosus:* Rami *tetragoni.* Folia *sesquipollicaria, integerrima, mucronata, supra glabra, subtus lineolis albis sparsis, simpliciter venosa.* Pedunculi *axillares et terminales.* Flores *umbellati, circiter septem: umbellae saepe proliferae.* Involucrum *membranaceum, deciduum.* Corolla *semiunguicularis, uti germen lineis albidis adspersa.* Semina *obconica, laevia, apice glandulis coronata.*

repanda. 18. BOERHAAVIA caule erecto, floribus umbellatis triandris, foliis cordatis repando-sinuatis.

Wilden. spec. pl. 1. *p.* 22.

Valeriana chinensis; floribus triandris; foliis omnibus cordatis repando-lanceolatis. *Lin. spec. pl.* 47. *Burm. ind.* 15. *t.* 6. *fig.* 3.

Habitat in China *et* Coromandel.

Caules *herbacei, erecti, plusquam pedales: ramis floriferis oppositis.* Folia *acuta, glabra, lobis lateralibus utrinque binis obtusis.* Rami *et caules terminati umbella. A Boerh. scandenti, cui similis, differt: foliis lobato repandis.* Lin. *l. c.*

Rami *floriferi interdum alterni.* Folia *subtus oculo armato lineolis albis copiosissimis adspersa.* Umbellae *proliferae, plerumque sexflorae.* Involucrum *polyphyllum; foliolis linearibus, attenuatis.* Semina *clavata, apice glandulis sessilibus coronata, laevia. Genitalia corolla longiora.* Corollae *glabrae.*

19. BOERHAAVIA caule diffuso hirto, foliis cordato-rotundis, racemis dichotomis terminalibus. *Lour. fl. cochinch.* 16. † africana.

Habitat in Mozambic.

Caulis *herbaceus, diffusus, teres, pilosus, bipedalis, ramosus.* Folia *cordato-subrotunda, obtusa, repanda, glabra, crassa.* Flores *purpurei.* Calyx *(involucrum?) triphyllus, inferus, deciduus.* Corolla *campanulata nec plicata: Limbus quinquefidus; laciniis emarginatis.* Stam. *unicum.* Fructus *sulcatus.* Lour. *l. c.*

20. BOERHAAVIA caule erecto, foliis lanceolatis basi obtusis undulatis, floribus umbellatis pulverulento-villosis. pulverulenta.

Habitat ad Senegal. *Dupuis quondam Hortulanus horti Thuillierii.*

Rami *herbacei, teretes, glabri, laeves.* Folia *remotissima, semipollicaria vel parum ultra, integra, carnosa, avenia, enervia, inferiora glabra, suprema, uti pedunculi apice et flores ope lentis villis brevissimis pulverulento-subcanescentia.* Pedunculi *axillares, tripollicares, erecto-patentes, alterni.* Umbellae *simplices vel proliferae, quinqueflorae.* Flores *magnitudine B. repandae.* Involucrum *polyphyllum: foliolis ovatis, minutis, caducis.* Semen *clavatum, laeve, glandulis sessilibus coronatum.*

21. BOERHAAVIA caule repente. *Lin. S. V.* 52. † repens.

Boerhaavia nubica minor. *Vaill. ser.* 53.

β. Boerhaavia nubica minima. *Vaill. ser.* 55.

Habitat in Nubia *inter* Mocho *et* Tangos. ♃

Caules *tenelli, succulenti, pedales.* Folia *figura Betae, semipollicaria, parum undulata, supra venis purpurascentibus picta, subtus villosa, canescentia.* Stamina *tria.* Fructus *sulcatus, viscosus.* Vaill. *l. c.*

β. *differt quod omnibus partibus minor, caule tripollicari, foliis quadrilinearibus* Vaill. *l. c.*

angustifolia. 22. BOERHAAVIA foliis linearibus acutis. *Lin. syst. veg.* 52. †

Habitat — — —

chaerophylloides. 23. BOERHAAVIA foliis radicalibus simplicibus incisis caulinis pinnatis, foliolis pinnatifido-laciniatis.

Valeriana chaerophylloides; floribus triandris, foliis omnibus pinnatis: foliolis pinnatifidis laciniatis, pedunculis axillaribus. *Smith. ic. ined.* 3. *p.* 53. *t.* 53.

Valeriana laciniata; floribus triandris, foliis radicalibus simplicibus, caulinis impari-pinnatis: foliolis laciniatis, pedunculis quinque-duodecimfloris. *Fl. per.* 1. *p.* 42. *t.* 69. *f. a.*

Habitat in Peru *et* Lima. *Dombey. Ex herbario Jussiaei et Thouinii.* ⊙

Succosa, nitida. Caulis *bipedalis, erectus, subanceps, superne bis bifidus cum flore sessili in divisura, cavus, hyalinus, striatus, ad geniculla villosus, coeterum, uti tota planta, glaber.* Folia *petiolata, radicalia subrhombea: caulina quinquepollicaria, remota, imparipinnata, bi-trijuga: foliola petiolata vel sessilia, alterna, semipollicaria, inaequaliter inciso-serrata, incisuris utrinque dente unico.* Petioli *basi pubescentes.* Pedunculi *superne, axillares, folio parum breviores, quinque ad duodecimflori.* Stigmata *tria.*

Habitus. Caulis *teres, ramosus.* Folia *petiolata, opposita, altero minore.* Pedunculi *axillares et terminales.* Flores *umbellati, involucrati: umbellae interdum ramosae.* Calyx *turbinatus.* Cum *filamenta ad basin germinis inseruntur, et germen a calyce omnino distinctum, meliori jure inter flores inferos locum obtinet genus quam inter superos, uti jamdudum monuit*

Cel. Jussiaeus *aeque ac alii. Fructus ex mente* Gaertneri *modo per analogiam inferus est. Flores in paucissimis monandri, plurimi vero diandri, in diandria igitur potius locavi, consentiente* Swartzio *uti et aliis in scientia peritis viris.*

60. ACÆNA. *Calyx* 1-phyllus, aristis glochidatis armatus. *Cor.* 4-petala, apici calycis inserta. *Stam.* 2-4-5. *Stig.* penicillatum. *Sem.* 1. calyce corticatum.

1. ACÆNA foliolis oblongis serratis, floribus racemosis, fructibus undique armatis, caule erecto. ☨ lappacea.

Acaena lappacea; caule erecto, foliis impari pinnatis, foliolis oblongis obovatisque, racemis paucifloris. *Fl. per.* 1. *p.* 66. *t.* 103. *f. a.*

Habitat in locis calidis et praeruptis Tarmae. ♄

Caules *suffruticosi, plurimi, pedales, parum ramosi, teretes, villosi.* Folia *conferta: foliola quadrijuga, breviter petiolata, nonnulla alterna, profunde serrata, villosa, in planta culta glabra.* Pedunculi *axillares, folio quadruplo longiores, quinque vel septemflori, teretes:* pedicelli *distantes.* Bractea *sub singulo pedicello, lanceolata, integra vel trifida, una alterave linearis versus medium pedicelli.* Calyx *interdum pentaphyllus: foliola ovata, concava.* Stamina *quatuor vel quinque.* Stigma *peltatum, dilacerato-penicilliforme.* Drupa *oblonga, tetragona, saepe trigona, undique lappacea: setae glochides.* Fl. per. *l. c.*

2. ACÆNA foliolis oblongis serratis subtus pubescentibus, spicis elongatis, fructibus undique armatis, caule erectiusculo. ☨ elongata.

Acaena elongata. *Lin. mant.* 200.

Habitat in Mexico. ♄

Caules *suffruticosi bipedales, plures:* Rami *longissimi.* Foliorum *serraturis apice barbatis.* Spicae *axillares, spithamaeae, erectae, rigidulae, ancipites.* Flores *subsessiles, alterni.* Bracteae *ovato-oblongae, concavae.* Lin. *l. c.*

3. ACÆNA foliolis oblongis incisis, pedunculis scapiformibus, spicis elongatis fructibus undique armatis, caulibus demersis. *Hort. kew.* 1. *p.* 16. ☨ latebrosa.

Agrimonia decumbens; foliis pinnatis hirsutis, caule procumbente, fructibus undique hispido uncinatis. *Lin. suppl.* 251.

Ancistrum decumbens; foliis pinnatis hirsutis, fructibus tomentosis glochidibus armatis. *Thunb. prodr.* 6.

Habitat in Cap. b. spei. 2

Folia *radicalia Potentillae anserinae: foliola circiter viginti, aequalia.* Caules *pedales, procumbentes, subaphylli, simplicissimi, transeuntes in racemum.* Lin. *l. c.*

Folia *villosa.* Calycis *foliola extus villosiuscula.* Germen *villosum, undique glochidibus obsitum.* Drupa *tomentosa, undique glochidibus pedicellatis armata. Nux lacunosa, per tegumentum drupae glochides exserens.* Hort. kew. *l. c.*

pinnatifida. 4. ACÆNA foliolis lineari-lanceolatis serrato-incisis subpinnatifidis subtus hirsutis, spicis cylindricis, caule erecto.

Acaena pinnatifida; scapis erectis, foliis impari-pinnatis: foliolis obovatis pinnatifidis, spicis longis interruptis. *Fl. per.* 1. *p.* 68. *t.* 104. *f. b.*

Habitat in collibus apricis Chili, *ad fretum* magellanicum. *Commerson. Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *simplissimus, foliis altior, teres, striatus, inferne pilosus, superne hirsutissimus canescens.* Folia *plurima, radicalia, pinnata, duo inferne in caule, totidem superne, infimum tripartitum, insequentia indivisa: foliola circiter decemjuga, intima alterna, integerrima, exteriora opposita, profunde serrata; dentibus linearibus, supra glabra.* Spica *terminalis, pollicaris et ultra, flores inferiores saepe remoti.* Fructus *undique armatus.*

Planta mea exacte quadrat cum icone et descriptione Ac. pinnatifidae modo quod minor, ideoque vix specie distincta.

sanguisorbae. 5. ACÆNA foliis remotis foliolis cuneatis serratis subtus sericeis, spicis globosis, caule decumbente.

Ancistrum anserinaefolium. *Forst. ch. gen.* 4. *t.* 2.

Ancistrum sanguisorbae. *Lin. suppl.* 89.

Ancistrum diandrum; floribus diandris. *Forst. prod. n.* 52.

Ancistrum anserinaefolium; foliolis cuneiformibus, profunde serratis subtus incanis; capitulo globoso. *Lamarck. illustr. 1. p. 76.*

Habitat in nova Zelandia. ♃

Facies Poterii sanguisorbae. Caulis *spithamaeus, flexuosus, purpurascens, pilosus: rudimenta ramulorum in axillis.* Foliola *septemjuga, profunde serrata, obtusissima, subtus pilosa.* Pedunculus *terminalis, bipollicaris, canescens.* Spica *magnitudine pisi.* Calycis *aristae quatuor.*

6. ACÆNA foliolis oblongis subcuneatisque subtus villosis, spicis globosis, caule repente. ovalifolia.

Acaena ovalifolia; caule repente, foliis imparipinnatis: foliolis ovalibus profunde serratis lineatis, spicis globosis. *Fl. per. 1. p. 67. t. 103. f. c.*

Ancistrum repens; caulibus repentibus; foliolis ovato-oblongis, argute serratis lineatis; capitulis globosis. *Vent. hort. Cels. 6. t. 6.*

Habitat in Peruviae *locis humidis et umbrosis. Ex horto Celsii.* ♃

Caulis *ramosissimus, teres, pilosus.* Folia *approximata: foliola quadrijuga, supra glabra, subtus pallidiora, nervis villosis.* Pedunculi *axillares terminalesque, villosi, superne folio uno alterove.* Spica *piso parum major, villoso-canescens.* Bracteae *duae lineares ad basin singuli floris.* Calyx *tri-vel quadriaristatus.* ✲

Valde affinis A. sanguisorbae.

7. ACÆNA foliolis ovato-oblongis serratis subtus sericeis, spicis globosis, caule repente. † argentea.

Proquin. *Feuill. Chil. 3. p. 55. t. 41.*

Acaena argentea; caule repente, foliis imparipinnatis: foliolis ovato-oblongis, spicis globosis. *Fl. per. 1. p. 67. t. 103. f. b.*

Habitat in uliginosis et arvis, Chili. ♃

Caulis *ramosissimus, teres, tenuis, purpurascens, villosus:* Rami *bipedales.* Foliola *tri-vel quadrijuga, interdum par minimum inter infima, sessilia, supra glabra, lucida, subtus sericeo-argentea.* Pedunculi *axillares et terminales, solitarii, foliis duplo longiores, teretes, villoso-canescentes; foliolis duobus vel tribus alternis,*

distantibus, trifidis vestiti. Bracteae *duae lineares ad singulum florem.* Calyx *tetragonus, apice aristis duabus, tribus vel quatuor.* Petala *lineata, extus villosa.* Stamina *duo, saepius quatuor.* Fl. per. *l. c.*

lucida. 8. ACÆNA foliis tri-quinquepartitis laciniis linearibus subtus villosis, spicis oblongis, caule subdemerso.

Ancistrum lucidum; caulibus subdemersis, pedunculis scapiformibus, spicis ovatis, foliolis oblongis integerrimis acutis subfasciculatis. *Hort. kew.* 1. *p.* 15.

Ancistrum lucidum; foliolis minimis, bipartitis, acutis, superne nitidis, spica ovata, calycibus muticis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 77. *t.* 22. *f.* 3.

Habitat in insulis Falklandiae. *Ex herbario Jussiaei.*

Caules *brevissimi, decumbentes.* Folia *plurima ex apice caulis, bipollicaria: foliola octo-vel novemjuga, vix semiunguicularia, exteriora serraturis quinque profundis partita, interiora tripartita, intima integra, supra glabra, subtus apiceque villosa, saepeque incana, margine reflexa.* Pedunculus *palmaris et ultra, teres, villosus, interdum superne folio vestitus cum floribus paucis in axilla.* Spica *vix semipollicaris: flores inferiores interdum distantes.* Calyces *pilosi, quadriaristati.* Petala *oblonga, extus pilosa.* Variat *spicis tenuioribus et crassioribus.*

Specimen vidi ex horto Dr. Pitcarnii Londini foliolis omnibus tripartitis, fructibus muticis, at aristae certe adsunt in speciminibus spontaneis.

trifida. 9. ACÆNA tomentoso-canescens, foliolis cuneiformibus tri-quinquefidisque, spicis globosis, caule erecto. ☥

Acaena trifida; caulibus erectis, foliis imparipinnatis, foliolis cuneiformibus trifidis, spicis globosis. *Fl. per.* 1. *p.* 67. *t.* 104. *f. c.*

Habitat in regni Chilensis *pascuis, campis et collibus.* 2

Dense villosa. Caules *plures, inaequales, intermedius longior pedalis, teretes, leviter flexuosi, obsolete striati.* Foliola *septem-vel octojuga,*

tri-quadri-vel quinquefida, infima saepe integra. Pedunculi *terminales, saepe capitulum unicum vel duo infra terminale, sessilia.* Bracteae *lineares, solitariae ad singulum florem.* Calyx *interdum pentaphyllus.* Stamina *duo ad quinque.* Drupa *obovata, dense villosa, tetra-vel pentagona, glochides totidem ad angulos.* Fl. per. *l. c.*

10. ACÆNA foliolis obovatis serrato-incisis trifidis subtus canescentibus, spicis globosis, caule erecto glabro. magellanica.

Ancistrum magellanicum; foliolis ovatis, inciso-pinnatifidis, spica capitato-globosa. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 76. *t.* 22. *f.* 2.

Habitat ad fretum Magellanicum. *Commerson. Ex herbario Jussiaei.* ♄

Caules *suffruticosi, palmares, ramosi, glabri, interdum apice canescentes.* Folia *ad apices ramorum: foliola quinque vel-sexjuga, vix semiunguicularia, exteriora septem-vel novem dentata, interiora tridentata, intima integerrima.* Pedunculus *ex axillis supremis, erectus, purpurascens, superne subvillosus.* Capitulum *piso duplo majus.*

Valde affinis A. trifida, diversa glabritie caulis, ramis vaginis foliorum imbricatis, foliis caulinis approximatis nec remotis, bracteis glabris.

11. ACÆNA foliolis oblongis obovatisque serratis glabriusculis, spicis globosis, caule decumbente. adscendens.

Ancistrum magellanicum *ε.* foliolis latioribus serratis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 76.

Habitat ad fretum Magellanicum. *Commerson, Thouin.*

Caules *spithamaei, teretes, striati, glabri.* Foliola *quinque-vel septemjuga, opposita vel alterna, obtuse serrata, venosa, costa pilosiuscula.* Pedunculus *terminalis, elongatus.* Capitulum *magnitudine fere Cerasi.* Calyx *quadriaristatus.*

12. ACÆNA foliolis oblongis serratis subtus sericeis, pedunculis scapiformibus, spicis cylindricis, caulibus demersis. † cylindristachya.

Acaena cylindristachya; scapis prostratis, foliis impari pinnatis, foliolis oblongis argute serratis, spicis cylindricis. *Fl. per.* 1. *p.* 68. *t.* 104. *f. a.*

Habitat in collibus Tarmae. 2

Tomentoso-sericea. Folia *radicalia, numerosa: foliola decem-vel undecimjuga, sessilia, obtusa, utrinque lineato-plicata, subtus argentea.* Pedunculi *plures, uni-vel tripalmares, superne foliis duobus ad quinque, remotis, simplicibus, serratis vestiti.* Spica *semipollicaris.* Bracteae *tres, lineares, ad basin florum.* Calycis *foliola oblonga, patentia, intus purpurascentia, striata.* Stamina *duo.* Drupa *obovata, tetragona, saepius unilocularis, rarius bilocularis, aristis quatuor hamosis coronata.* Fl. per. *l. c.*

pumila. 13. ACÆNA foliolis ovalibus serratis glaberrimis supra nitidis, pedunculis scapiformibus, spicis teretibus, caule demerso.

Habitat ad fretum Magellanicum. *Commerson. Ex herbario Jussiaei.* 2

Caulis *vix pollicaris, apice foliosus.* Folia *plurima, tripollicaria: foliola duodecimjuga, Thymi serphylli parum majora, obtuse serrata, altero latere serraturis tribus, altero duabus, obtusa, supra lineata, subtus pallidiora, venosa.* Pedunculus *longitudine digiti intermedii, purpurascens, glaber, apice villoso-canescens, superne foliis duobus vel tribus pinnatis, inferioribus oppositis.* Spica *unguicularis.* Bracteae *lineares.* Fructus *undique armatus.*

Habitus. Folia *petiolata, alterna, saepe conferta, basi petiolorum caulem imbricantia, pinnata cum impari: foliola sessilia, terminale petiolatum, exteriora opposita majora, interiora alterna sensim minora, altero latere baseos breviora.* Petiolus *basi in membranam amplectentem dilatati, in caulescentibus in stipulam bifidam, saepe dentatam abiens.*

Quod Acaenae florae peruviamae Ancistris congeneres sint, patet tam ex earum habitu, quam ex fructificatione. Auctores praedicti operis inde verosimile seducti fuerunt, quod Acaena juxta descriptionem Linnei *patris in mantis-*

sa habet calycem superum absque corolla, Ancistrum vero secundum Forsterum *in nov. generibus et* Linneum *filium in supplement. gaudet calyce infero corollaque tetrapetala. Hinc genere diferre crediderunt. Character generis Ancistri horti* Kewensis *convenit cum charactere Acaenae* Linnei *patris. Ex observatione vero* Lamarckii, Ventenatii *et* Gaertneri *flores completi sunt; sic character Ancistri horum virorum non a* Forsteri *et* Linnei *filii recedit nisi in eo, quod calyx semini adnascitur, quod quoque naturae consentaneum esse ex propriis observationibus didici. Ex hisce omnibus concludere licet, quod alii petala superiori parti calycis inserta lacinias calycis nominarunt, et tubum calycis semini aetate accretum germen inferum; alii autem, qui flores juniores viderunt et calycem a germine distinctum, has lacinias petala ori calycis inserta dixerunt et germen distinctum superum. Hinc tota differentia autorum in eo consistit, quod ratione aetatis partes fructificationis alio modo consideratas aliter denominaverint. Ex his mihi videtur sequi, quod unius ejusdemque generis sunt Acaena et Ancistrum; si enim character Acaenae* Linnei *patris assumitur, omnia Ancistra ad Acaenam veniunt, si vero Acaenae considerantur secundum characterem Ancistri* Forsteri *et aliorum, qui petala dixerunt eas partes, quae* Linneo *patri laciniae calycis audiunt, omnes Acaenae etiam A. elongata* Lin. *species Ancistri erunt. Ancistrum igitur et Acaenas genere conjunxi, et nomen Acaenae retinui uti antiquius. Numerus staminum diversus in diversis speciebus, frequentius vero duo adsunt, ideoque in classe Diandria locum dedi. Situs partium floris fere idem ac in Boerhaavia.*

61. LITHOPHILA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala: nectario 2-phyllo. *Swartz.*

1. LITHOPHILA. *Sw. prodr. p.* 14. *fl. ind. occid.* muscoides. 1. *p.* 48. †

Habitat in rupibus desertae Navazae, insulae Oceani Indiae *occidentalis.*

Planta vix semipollicaris. Caules *plures, brevissimi, crassiusculi, subdivisi, squamosi; squamis emarcidis, albescentibus.* Folia *minuta, subsessilia, basi amplexicaulia, linearia, angustiora, obtusa, canaliculata, patentia.* Flores *congesti, albidi.* Pedunculi *axillares, terminales: floribus confertis, sessilibus, capitis aciculi minoris magnitudine.* Swartz. *l. c.*

Squamae tres sub calyce, calyx pentaphyllus, corolla nulla et capsula forte unilocularis. Jussieu.

Genus affine Illecebris.

62. COLUMELLA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata, supera. *Anth.* plicatae. *Caps.* 2-valvis, 2-locularis: valvulis duplicatis.

oblonga. 1. COLUMELLA foliis oblongis extrorsum serratis petiolatis, floribus corymbosis. ☩

Columella oblonga; foliis oblongis extrorsum serratis floribus corymbosis. *Fl. per.* 1. *p.* 28. *t.* 8. *f. a.*

Habitat in Peruviae *sylvis.* ♄

Arbor *quadriorgyalis, ramosissimus:* Rami *teretes, cortice cinereo.* Folia *approximata, supra glabra nitida, subtus pubescentia albicantia.* Corymbi *terminales.* Pedunculi *trifidi: pedicelli uniflori, foliola duo opposita in singulo.* Corollae *laciniae concavae.* Fl. per. *l. c.*

obovata. 2. COLUMELLA foliis obovatis serratis integerrimisque sessilibus, pedunculis subunifloris. †

Columella obovata; foliis obovatis serrato-dentatis integrisque, pedunculis uni-trifloris. *Fl. per.* 1. *p.* 28. *t.* 12. *f. b.*

Habitat in collibus aridis Peruviae. ♄

Frutex *octopedalis.* Caulis *erectus, teres.:* Rami *copiosi, brachiati, oppositi. Folia opposita, conferta, supra concava, nitida, glauca, subtus incana, minora integerrima.* Pedunculi *terminales, breves, uni-triflori; foliola duo sub calyce.* Fl. per. *l. c.* †

Habitus. Caulis *arborescens:* Rami *oppositi.* Folia *opposita, conferta, indivisa, serrata.* Pedunculi *ramosi, terminales: foliola duo sub pedunculis, linearia, decidua.* Flores *lutei.*

63. CIRCAEA. *Cal.* 2-phyllus, superus. *Cor.* 2-petala. *Caps.* 2-locularis, non dehiscens: loculis 1-spermis.

1. CIRCAEA caule erecto, foliis ovatis denticulatis lutetiana. opacis pubescentibus. *Smith. fl. angl.* 3.
Lappa sylvestris. *Trag.* 1. *p.* 843.
Circaea lutetiana. *Lob. ic.* 1. *p.* 266.
Circaea lutetiana; caule erecto racemis pluribus; foliis ovatis. *Lin. syst. veg.* 58. *Fl. dan. t.* 210. *Pollich. hist.* 1. *p.* 6.
β. Circaea canadensis latifolia, flore albo. *Tournef. Inst. r. herb.* 301.
Habitat in Europae *nemoribus*, β. *in* Americae *borealis.* ♃
Caulis *erectus*, *hirsutus*, *parum ramosus.* Folia *remota*, *margine subrepanda*, *interdum glabra.* Racemus *terminalis*, *longus*, *multiflorus.*
β. Caulis *glaber.* Folia *elliptico-ovata*, *saepe tripollicaria*, *extrorsum remote denticulata*, *basin versus integerrima.* Racemus *pedalis.* Flores *remotissimi.* Calyx *glaber.* Capsulae *ovato-globosae.*

2. CIRCAEA caule adscendente, foliis cordatis dentatis nitidis, calyce membranaceo. alpina.
Circaea minima. *Colum Ecphr.* 2. *p.* 79. *t.* 80.
Solanifolia Circaea alpina. *Bauh. pin.* 168. *Moris. hist. p.* 2. *s.* 5. *p.* 617. *t.* 34. *f. ult.*
Circaea foliis cordatis, acute dentatis. *Hall. helv. n.* 814.
Circaea alpina; caule prostrato, racemo unico, foliis cordatis. *Lin. syst. veg.* 58.
β. foliis ovato cordatis acuminatis subrepandis dentatis glabris. *Hoffm. fl. germ.* 3. *Fl. dan. tab.* 256. *Erh. beytr.* 4. *p.* 42. intermedia.
Habitat ad montium radices et sylvis in frigidis Europae. ♃
Caules *digitales vel palmares, basi diffusi, geniculis rubris.* Folia *laete viridia, remote dentata.* Racemi *axillares*, *terminales plerumque terni.* Calyx *albus, apice rubro.* Capsulae *clavatae.*
β. *magnitudine aequat Circ. lutetianam et racemo solitario gaudet.*
Habitus. Caulis *herbaceus, simplex, teres.* Folia *petiolata*, *indivisa*, *dentata.* Flores *racemosi, remoti, oppositi,* Capsulae *hispidae.*

64. CODARIUM. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* petalum 1. lineare-lanceolatum, annulo nectarii insertum. *Legumen* pedicellatum, farina farctum subtrispermum, evalve.

nitidum. 1. CODARIUM *Solandri.*

Dialium guineense; panicula supradecomposita erecta. *Wild. in Roem. arch.* 1. *p.* 31. *t.* 6. *Spec. plant.* 49.

Habitat in Guinea. *Isert, Thonning.* ♄

Rami *alterni, teretes, glabri, punctis elevatis adspersi.* Folia *petiolata, alterna, impari-pinnata: Foliola bijuga, petiolata, alterna vel opposita; bipollicaria et ultra, interiora minora integerrima, obtusa, saepe breviter acuminata, emarginata, coriacea, utrinque glabra, supra nitida, obscure venosa, subvenoso-reticulata, venis papillosis.* Petioli *purpurascentes.* Panicula *terminalis, patentissima:* Pedunculi *et* pedicelli *alterni, subcanescentes.* Germen *pedicellatum, compressum, oblique subrotundum, pubescens.*

Arbor *mediocris, ramosissima:* Rami *fusco-cinerei.* Panicula *horizontaliter expansa, ramificationibus distichis:* Pedicelli *brevissimi, erecti.* Bracteolae *caducae.* Calyx *pentaphyllus: Foliola aequalia, sessilia, ovato-oblonga, obtusiuscula, margine incurvo-concava, extus pubescentia, sordide flavo-virentia, patentissima, decidua.* Corolla *petalum unicum, margine nectarii affixum, angustissime lanceolatum, calyce paulo brevius, adscendens, caducum, album.* Nectarium *in centro floris receptaculaceum, orbiculatum, margine distincto, planoconcavum, pallide viride, vel raro atropurpureum, persistens.* Stamina *duo, longitudine calycis, utrinque margine receptaculi inserta, crassiuscula, patentia, alba.* Antherae *oblongo-ovatae, erectae, subfuscae.* Germinis *pedicellus declinatus.* Stylus *subulatus, incurvatus, longitudine staminum.* Stigma *subacutum.* Pericarpium *magnitudine fabae, oblique subrotundum vel oblongiusculum, subcompressum, densissime atro-tomentosum, pedicellatum, fragile, evalve, uniloculare, repletum pulpa farinacea, acidula, subsicca, luteo-*

incarnata, tegente. Semen *subrotundum compressum, nitidum, durum e viridi et fusco variegatum, unicum, raro duo-tria, longitudinaliter posita.* Thonning.

Genus a Dialio *omnino distinctum, quod ante plurimos annos in herbario perillustr.* Banksii *vidi sub nomine* Codarii *nitentis* Solandri, *quod nomen ideo retinui. Descriptio* Solandri *convenit nisi quod petalum nectarium vocavit.*

65. DIALIUM. *Cal.* 5. *Cor.* 5-petala. *Stam.* ad latus superius receptaculi.

1. DIALIUM panicula simplici nutante. *Wilden.* indum. *spec. pl.* 492.

Dialium indum. *Lin. Mant.* 24.
Dialium javanicum. *Burm. ind.* 12.
Habitat in India. ♄
Arbor. Folia *pinnata: foliola* 7. *ovato-oblonga, acuminata, petiolata, laevia, palmaria.* Lin.

2. DIALIUM panicula decomposita erecta, foliolis ovatis acuminatis. divaricatum.

Arouna guianensis. *Aubl. Guian.* 1. 16. *t.* 5.
Habitat in sylvis desertis Guianae. *Richard.* ♄
Arbor. Rami *sparsi, teretes, glabri.* Folia *petiolata, alterna, pinnata cum impari, bi-trijuga: foliola petiolata, alterna, distantia, ovata, bipollicaria, interiora minora, acuminata; acumine obtusiusculo, saepe mucrone brevi terminata, integerrima, utrinque glabra, venosa.* Petioli *teretes, inferne striati, superne vix pubescentes.* Panicula *terminalis erecta:* Rami *patentes, penultimi, bifidi, divaricati, articulati, flexuosi; pedicellis alternis, trifloris.* Flores *breviter pedicellati; laterales subcernui.* Bractea *linearis, villosa, caduca, ad basin singuli floris.* Corolla *pentapetala: petala ovata, extus leviter sordide flavescente tomentosa, coriacea, patentissima.* Stamina *duo, longitudine corollae, ad alterum latus receptaculi:* Antherae *oblongae.* Germen *superum, ovatum, villosum, subpedicellatum.* Stylus *longitudine staminum, versus stamina curvatus.* Stigma *obtusum.* Fructus *pyriformis, pedicellatus, glaber, magnitudine nucis Coryli.*

Figura *Aubletii quoad inflorescentiam haud optima, nec stipulas ad petiolos partiales adsunt.*

Habitus. Folia *petiolata, alterna, pinnata cum impari: foliola integerrima.*

66. ERANTHEMUM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-fida: tubo medio curvato. *Caps.* polysperma.

salsoloides. 1. ERANTHEMUM foliis carnosis teretiusculis.

Eranthemum salsoloides; foliis carnosis teretiusculis linearibus glaberrimis, racemis axillaribus calycibusque pubescentibus; tubo recurvo. *Lin. suppl.* 82.

Habitat in Teneriffa, *circa oppidum* St. Crux. ♄

Frutex *foliis simillimus Salsolae:* Rami *teretes, glabri, e cicatricibus foliorum tuberculati.* Folia *frequentia, sparsa, pollicaria, filiformia, sessilia, integerrima, glabra.* Racemi *terminales ramorum, pubescentes.* Bracteae *tres subulatae ad singulum pedicellum.* Pedicelli *reflexi, unguiculares.* Calyx *quinquepartitus: laciniae subulatae.* Corollae *tubus calyce longior: laciniae limbi ovatae, acuminatae.*

Spinosum. 2. ERANTHEMUM foliis ovatis oppositis, stipulis spinosis, floribus lateralibus solitariis. *Lour. fl. cochinch.* 1. *p.* 19.

Habitat ad Mozambic.

Caulis *suffruticosus, pedalis, erectus.* Folia *parva, integerrima, pilosa.* Flores *dilute violacei, pedunculati.* Corollae *tubus filiformis; basi curvatus.* Lour. *l. c.* †

Vix hujus generis, planta obscura.

67. MAYTENUS. *Cal.* 5-quelobus. *Cor.* campanulata, integra. *Caps.* compressa, 2-valvis, 2-locularis, 2-sperma. *Jussieu.*

boaria. 1. MAYTENUS. *Molin. hist. nat. Chil.* 152. *Juss. Gen. plant.* 449. †

Maytenus. *Feuil. Chil.* 3. *p.* 39. *t.* 27.

Habitat in Chili. ♄

Folia *subsessilia, bipollicaria, opposita vel alterna, oblonga, serrata, glabra, venosa.* Flores *sparsi.* Calyx *monophyllus, minimus, quin-*

quelobus. Stigma *simplex.* Capsula *parva, ovata, marginibus dehiscens.* Semina *ovato-oblonga, imo loculo affixa.* Feuillee *et* Jussieu *l. c.*

68. PIMELEA. *Cal.* o. *Cor.* infundibuliformis, infera, 4-fida. Nux corticata, 1-locularis.

1. PIMELEA foliis lanceolatis glaberrimis, floribus involucratis: involucris monophyllis turbinatis, caule herbaceo. cornucopiae.

Habitat in nova Hollandia.

Caulis *glaber, filiformis.* Folia *pollicaria, acuta, supra laevia, avenia.* Pedunculus *terminalis, superne incrassatus.* Involucrum *quadrifidum: laciniae ovatae, acutae.*

2. PIMELEA foliis lanceolatis ramisque glaberrimis, capitulis terminalibus involucratis, involucris tetraphyllis. linifolia.

Pimelea linifolia; foliis lineari-lanceolatis, capitulis terminalibus involucratis, corolla extus villosa. *Smith. nov. Holl.* 1. *p.* 31. *t.* 31.

Habitat in nova Hollandia. ♄

Rami *filiformes, muricati.* Folia *sessilia, vix unguicularia. acutiuscula.* Pedunculus *terminalis, semiunguicularis, apice incrassatus.* Involucri *foliola ovato-oblonga.* Flores *in capitulo sessiles, sericei, involucro longiores.*

3. PIMELEA foliis oblongo-lanceolatis acutis ramulisque glaberrimis, corolla extus hirsuta. gnidia.

Banksia gnidia; foliis lanceolatis subpetiolatis rigidis. *Forst. gen. pl. p.* 8. *Act. ups.* 3. *p.* 173.

Passerina gnidia; diandra glaberrima foliis lanceolatis acutis. *Lin. suppl.* 226.

Pimelea gnidia; foliis oblongo-lanceolatis glaberrimis, corolla extus villosa. *Wilden. spec. pl.* 1. *p.* 50.

Habitat in nova Zelandia *ad fissuras rupium in littore maris et summis montium cacuminibus.* ♄

Rami *et ramuli glaberrimi.* Folia *rigida, nitida, avenia, floralia elliptica.* Flores *foliis sesquibreviores, in apice sessiles.*

pilosa. 4. PIMELEA foliis lanceolatis obtusis, ramulis piloso-tomentosis incanis, floribus terminalibus aggregatis.

Banksia tomentosa; foliis oblongis subpetiolatis flaccidis pilosis. *Forst. gen.* 8.

Passerina pilosa; diandra, pilosa, foliis linearibus obtusis. *Lin. suppl.* 226.

Banksia pilosa. *Forst. in act. ups.* 3. *p.* 174.

Pimelea pilosa; pilosa, foliis linearibus obtusis. *Wilden. spec. pl.* 1. *p.* 58.

Habitat in nova Zelandia. ♄

Frutex *virgatus:* Rami *inferne glabri, cortice purpureo, e casu foliorum tuberculato-cicatricati, superne pilis densis albidis tecti.* Folia *subpetiolata, unguicularia, patentia, tenera, supra glabra, subtus adspersa pilis longis rarioribus adpressis.* Flores *sericei, sessiles, axillares solitarii, terminales quatuor-quinque.* Corollae *laciniae obtusae.*

virgata. 5. PIMELEA foliis lanceolatis acutis subtus pilosis, ramulis tomentosis, floribus terminalibus aggregatis.

Habitat in nova Zelandia. ♄

Frutex *virgatus:* Rami *glabri, tuberculato-cicatricati; ramuli ultimi piloso-tomentosi.* Folia *brevissime petiolata, ad apices ramulorum confertissima, subtus margine praesertim adspersa pilis longis albidis.* Flores *extus pilosi, foliis breviores.*

prostrata. 6. PIMELEA foliis oblongis carnosis decussatis, ramis pilosis, floribus terminalibus aggregatis.

Banksia prostrata; foliis ovato-oblongis sessilibus carnosis. *Forst. gen.* 8. *Act. ups.* 3. *p.* 175.

Passerina prostrata; diandra, pilosa, foliis ovatis. *Lin. suppl.* 227.

Habitat in novae Zelandiae *montibus aridis.* ♄

Frutex *semipedalis:* Rami *decumbentes, tetragoni, e cicatricibus muricati; ramuli canescentes.* Folia *approximata, sessilia frequentissima magnitudine Thymi vulgaris, glabra, patentia, acutiuscula.* Flores *terminales tres-quatuor, tubo piloso, cano, longitudine foliorum.*

Habitus. Fruticuli *ramosi:* Rami *sparsi, teretes.* Folia *sessilia, opposita, integerrima.* Flores *terminales, plerumque aggregati.*

69. MARGYRICARPUS. *Cal.* 4-5 partitus, superus. *Cor.* o. *Stigma* peltatum. *Drupa* nucleo 1-spermo.

1. MARGYRICARPUS. setosus.

Empetrum pinnatum; foliis pinnatis, foliolis linear-subulatis, petiolo communi basi dilatato vaginali, floribus dioicis. *Lamarck. Dict. bot.* 1. *p.* 567.

Ancistrum barbatum; foliolis linear-subulatis apice barbatis, floribus axillaribus. *Lamarck. illustr. bot.* 1. *p.* 77.

Margyricarpus setosus; foliis impari pinnatis: foliolis linearibus, floribns axillaribus sessilibus. *Fl. per.* 1. *p.* 28. *t.* 8. *f. d.*

Margyricarpus setosus; foliis apice barbatis, floribus hermaphroditis apetalis. *Wilden. in nov. act. soc. amic. hist. nat. berol.* 3. *p.* 437.

Margyricarpus laevis; foliolis apice laevibus, floribus dioicis corollatis. *Wild. in nov. act. soc. am. hist. nat. berol.* 3. *p.* 437.

Habitat in Brasilia, Peru *et collibus aridis* Chili.

Caulis *suffruticosus, ramosissimus:* Rami *diffusi, teretes; ramuli frequentissimi, uti rami superne basi petiolorum dilatata membranacea vaginati, tecti.* Folia *in ramulis, conferta, petiolata, pinnata, tri-quadrijuga: foliola sessilia, alterna, subulata, nitida, margine reflexa, apice setis tribus-quatuor deciduis; intima minora.* Petioli *basi membrana utrinque margine villosa.* Flores *axillares, sessiles.*

Calycis *laciniae ovatae.* Germen *compressum.* Stylus *longitudine staminum.* Drupa *subrotunda, alba, parum carnosa.* Nux *unilocularis.*

Plantam Peruvianam a Brasiliensi non esse diversam, monstrant specimina a Joseph. Juss. in Peruvia lecta et in collectione Ant. Juss. asservata. Pilos in apice foliorum deciduos esse, jamdudum monuerunt Autores Florae peruvianae.

DIGYNIA.

70. GUNNERA. *Cal.* 2-dentatus. *Cor.* 0. *Drupa* subcarnosa, calyce accreto coronata.

scabra. 1. GUNNERA foliis lobatis, scapo folio breviore petiolisque muricatis.

Panke anapodophylli folio. *Feuil. chil.* 2. *p.* 741. *t.* 30.

Panke acaulis racemo acauli. *Molin. hist. nat. chil.* 1. *p.* 150.

Gunnera chilensis; scapis fructiferis foliis brevioribus, racemo crasso, foliis palmato-angulosis. *Lamarck. dict.* 3. *p.* 61. *illust. t.* 801. *f.* 1.

Gunnera scabra; foliis lobatis, petiolis granulosis, thyrsis magnis. *Fl. per.* 1. *p.* 29. *t.* 44. *f. a.*

Habitat in paludibus et uliginosis Chili *et* Peruviae. ♃

Succosa, tenera mucilagine crystalino abundans. Radix *crassitie femoris.* Spatha *radicalis multipartita, laciniis ramoso-multifidis, herbam teneram involvens, marcescens.* Folia *amplissima, quinque-ad undecimfida, nervosa, venosa, rugosa, scabra, supra hispida; lobi inaequaliter dentati.* Petioli *purpurei, granulis acumine uncinato terminatis adspersi.* Scapus *bi-sexpedalis.* Thyrsus *longus, compositus e plurimis amentis, confertis, subverticillatis.* Bracteae *lanceolatae.* Calyx *bidentatus, cum fructu connascens.* Stamina *duo inter perianthium et germen, receptaculo inserta cum denticulis calycis alternantia.* Stylus *bipartitus.* Stigmata *acuta.* Drupa *subrotunda, parum carnosa, dentibus calycinis coronata.* Semen *unicum, globosum.* Fl. per. *l. c.*

Secundum Jussieu et Lamarck Panke acaulis Molinae huc pertinet, at Auctores Fl. per. ejusdem Pankę tinctoriam huc referunt.

perpensa. 2. GUNNERA foliis reniformibus dentatis scapo fructifero brevioribus, scapo petiolisque laevibus.

Petasites africanus, calthae palustris folio. *Herm. lugdb.* 488.

Blitum africanum, calthae palustris folio, caule nudo cubitali spicam pedalem sustinente. *Plukn. alm.* 68. *t.* 198. *f.* 2.
Gunnera perpensa. *Lin. mant.* 121.
Gunnera perpensa; scapis fructiferis foliis altioribus racemo laxiusculo. *Lamarck. dict. bot.* 3. *p.* 61.
Habitat ad Cap. b. spei. 4
Folia *interdum diametro spithamaea, dentata; dentibus acutis apice callosis, nervoso-venosa, juniora oculo armato supra et subtus in nervis pilis raris adspersa, aetate glabra.* Petioli *striati, superne pubescentes.* Scapus *bipedalis, striatus, glaber.* Amentum *commune terminale, longum; partialia distantia, teretia, pollicaria, sparsa, sessilia.* Bractea *lineari-lanceolata ad basin amenti partialis, attenuata, unguicularis.*
Foliis interdum cordatis obtusissimis rarius mihi visa, frequentius foliis reniformibus.

3. GUNNERA foliis reniformibus crenatis scapis pluribus fructiferis altioribus, scapo petiolisque laevibus.
Misandra. *Juss. gen.* 405.
Gunnera magellanica; scapis fructiferis foliis brevioribus; racemo ovato, foliis reniformibus. *Lamarck. dict.* 3. *p.* 61. *illust. t.* 801. *f.* 2.
Habitat ad fretum Magellanicum. 4
Radix *cylindrica, crassitie pennae cygneae.* Folia *duo vel tria ad radicem, longissime petiolata, pollices duos-tres lata, suborbiculato-reniformia, inaequaliter crenata, crenis mucronatis, plicata, utrinque glabra, nervosa, venosa.* Petioli *spithamaei et ultra, teretes, in planta juniori pilosi, aetate glabri, erecti, basi squamis membranaceis, pratis involucrati.* Scapus *teres, erectus, petiolis crassior, aetate glaber, foliis brevior.* Amentum *masculinum primum oblongum, demum cylindricum, sesquipollicare, laxum, compositum ex pluribus minoribus: foemineum oblongum.* Styli *duo, villosi.*
Habitus. Folia *radicalia, simplicia, petiolata.* Scapus *teres, erectus. Inflorescentia amentum compositum.*

71. MNIARUM. *Invol.* subuniflorum, 4-phyllum. *Cal.* 4-fidus, superus, persistens. *Cor.* 0. *Sem.* 1. calyce incrassato-corticatum. *Gaertn.*

biflorum. 1. MNIARUM. *Forst. gen.* 1. *t.* 1. *Lin. suppl.* 18. *Forst. in com. gött.* 1789. *p.* 21. *t.* 1.
Ditoca muscosa. *Gaertn. de fr.* 2. *p.* 196. *t.* 126. *f.* 1.
Habitat ad fretum Magellanicum *et in* nova Zelandia. 4
Planta facie exacte Minuartiae. Caules *copiosi, cespitosi, herbacei, bipollicares, ramosi.* Folia *confertissima, opposita, sessilia, basi connata, acerosa, linearia, subtriquetra, carinata, supra plana, glaberrima.* Flores *terminales, gemini, sessiles in apice ramulorum, exigui, virides, squamulis tribus vel quatuor minutis diaphanis involucrati.*
Ex observatione Solandri *stamina ut plurimum duo, ideoque potius ad Diandriam retuli.*

72. ANTHOXANTHUM. *Cal.* gluma 2-valvis, 1-flora. *Cor.* gluma 2-valvis, aristata.

odoratum. 1. ANTHOXANTHUM spica ovato-oblonga, flosculis subpedunculatis arista longioribus. *Lin. syst. veg.* 74. *Schreb. gr.* 49. *t.* 5. *Stillingfl. misc.* 1. *Leers fl. herb.* 25. *t.* 2. *f.* 11. *Smith. fl. angl.* 1. *p.* 31.
Gramen Anthoxanthum. *Dalech.* 426.
Gramen pratense spica flavescente. *Bauh. theatr.* 43. *Scheuchz. gr.* 88.
β. Spica laxiori; ramosa. *Hall. hist. n.* 1491. *β.*
Gramen montanum, odoratum spicatum. *Loes. fl. pr.* 110. *ic.* 22.
γ. Glumis calycinis pubescentibus. *Leers. fl. herb.* 25.
Habitat in Europae *pratis, inque* Pensylvania *ex Europa advena.*
Culmus *semipedalis vel pedalis.* Folia *pleraque radicalia, unicum vel duo in culmo, pollicaria vel ultra, culmi vix unguicularia, plana, attenuata, striata, laete viridia: Vaginae longae, parum ampliatae, uti striae, foliorum interdum rare pilosae; ligula lanceolata, arida.* Spica *pollicaris vel ultra, acuta.* Calycis *glu-*

mae interdum pilosae, interior brevior. Corollae *valvulae aequales, versus basin aristatae; arista altera longior, geniculata.*
Nectarium *diphyllum, tenuissimum, cylindricum: foliolis subovatis, amplexantibus.* Schreber.
Exsiccata odore fere Asperulae odoratae gaudet.

2. ANTHOXANTHUM glaucum. amarum.

Anthoxanthum amarum. *Brotero phytogr. Lusit. sel. fasc.* 1.

Habitat in Lusitania.

Antoxantho odorato altior, tota glauca.
Nec plantam, nec librum Broteri *vidi ideoque mutuavi haec pauca e* Buschii *conspectu detectorum etc. vol.* 8. *p.* 48.

3. ANTHOXANTHUM panicula coarctata, aristis crinitum. longissimis. *Forst. prodr. n.* 18.

Anthoxanthum crinitum; panicula spiciformi cylindrica aristata: aristis longis patentibus laxis. *Lin. suppl.* 90.

Habitat in nova Zelandia.

Glabrum, pallide virens. Culmus *sesquipedalis, erectus, inferne vaginis foliorum tectus.* Folia *convoluta, angustissima: vaginae striatae.* Panicula *quadripollicaris, spiciformis, inferne angustior.* Calycis *glumae longitudine corollarum, margine carinaque e denticulis minutissimis ope lentis videndis scabrae.* Corollae *valvula altera aristata: arista valvula multoties longior, patentiuscula, scabra.*

4. ANTHOXANTHUM spica secunda, calycibus avenaceum. pilosis, flosculi arista torta geniculata. *Retz. obs.* 3. *p.* 8. †

Habitat in India *orientali.*
Facies omnino Avenae propter aristas, sed stamina tantum duo. Gramen *semipedale, erectum.* Retz. *l. c.*
An hujus generis?
Habitus. Culmi *erecti, simplicissimi, teretes, glabri.*
Anthoxanthum indicum a Perotide latifolia vix specie differt, ni fallor. Anthoxanthum giganteum Walteri est Andropoginis species.

TRIGYNIA.

73. PIPER. *Cal.* o. *Cor.* o. *Bacca* 1-sperma.

* *Fruticosi.*

—— *Foliis venoso-nervosis.*

angustifolium. 1. PIPER foliis lanceolatis subpetiolatis glaberrimis enerviis, spicis subglobosis.

Piper angustifolium; foliis linearibus utrinque acutis subsessilibus, nervis vagis, spicis minimis ovatis lateralibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 81.

Habitat in Guiana. *Richard.* ♄

Rami *dichotomi*, *teretes*, *tenues*, *glabri*, *apice oculo armato villosiusculi.* Folia *breviter petiolata*, *bi-tripollicaria*, *unguem lata*, *attenuata*, *utrinque acuta*, *subtus vix venosa.* Spicae *solitariae*, *brevissime pedunculatae*, *magnitudine seminis coriandri.*

salicifolium. 2. PIPER foliis lanceolatis petiolatis supra scabris subtus nervis villosis, pedunculis petiolaribus.

Habitat in Surinamo. *Ex herbario Schumacheri.* ♄

Rami *tenues*, *superne villosi.* Folia *alterna*, *bi-s-tripollicaria*, *attenuata*, *acuta*, *basi obtusa*, *subtus nervosa*, *venosa*, *venis transversis simplicibus.* Petioli *bilineares*, *villosi*, *superne utrinque membrana aucti*, *e cujus basi.* Pedunculus *solitarius*, *petiolo parum longior.* Spicae *bipollicares*, *obtusiusculae.*

elongatum. 3. PIPER foliis cordato-lanceolatis elongatis rugosis scabris subtus pubescentibus, spicis uncinatis longitudine foliorum. †

Piper angustifolium; foliis cordato-lanceolatis acutis rugosis, spicis recurvis foliorum longitudine. *Fl. per.* 1. *p.* 38. *t.* 57. *f. a.*

Habitat in sylvis et ripis Peruviae. ♄

Caulis *fruticosus*, *biorgyalis*, *erectus.* Rami *subdivisi*, *teretes*, *scabri*, *subpurpurascentes*; *teneri pubescentes*, *punctati*: *geniculis nodosis.* Folia *breviter petiolata*, *basi inaequalia*, *utrinque venosa*, *rugosissima*, *supra retrorsum scabra.* Spicae *solitariae*, *tenerae erectae*, *sapore Pip. nigri.* Stigmata *hispida.* Fl. per. *l. c.*

4. PIPER foliis cordato-lanceolatis attenuatis rugosissimis scabris, basi inaequalibus, spicis uncinatis folio brevioribus. † granulosum.

Piper granulosum; foliis cordato-lanceolatis obliquis rugosissimis supra scabris, nervis alternis, spicis uncinatis. *Fl. per.* 1. *p.* 38. *t.* 64. *f. b.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄

Caulis *biorgyalis, erectus, scaber, ad geniculos granulosus.* Rami *subdivisi, subdependentes, superne villosi.* Folia *breviter petiolata, bipalmaria, dependentia, acuta, venosissima, utrinque rugosa, nervis et venis villosis.* Spicae *folio dimidio breviores; fructiferae erectae.* Bracteae *cuneiformes, peltatae, concavae, margine villosae.* Stigmata *tria.* Fl. per. *l. c.*

Spicae floriferae huic uncinatae, fructiferae erectae, in insequente floriferae rectae, fructiferae uncinatae.

5. PIPER foliis ovato-lanceolatis utrinque acutis, punctatis glabris basi aequalibus. † lanceolatum.

Piper lanceolatum; foliis lanceolatis acutis, spicis brevibus. *Fl. per.* 1. *p.* 36. *t.* 61. *f. b.*

Habitat in nemoribus Peruviae. ♄

Glabrum. Caulis *biulnaris, erectus, teres:* Rami *subdivisi.* Folia *breviter petiolata, basi altero latere parum obliqua, utrinque punctis fuscis adspersa.* Spicae *cylindricae, erectae, foliis dimidio breviores.* Bracteae *margine pubescentes.* Stigmata *tria.* Fl. per. *l. c.*

6. PIPER foliis ovato-lanceolatis rugosis, subtus ramisque villosis supra nitidis. bullatum.

Piper rugosum; hirsutum, foliis ovato-lanceolatis bullatis rugosis supra nitidis, nervis vagis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 81.

Habitat in St. Domingo, Cajennae. *Ex herbario Lamarkii.* ♄

Rami *scabri.* Folia *bi-quadripollicaria, attenuata, utrinque venoso-rugosa.* Petioli *breves, villosi.* Spicae *pedunculatae, bi-quadripollicares.*

Aliud specimen in herb. Jussiaei vidi ramis villoso-tomentosis, foliis elliptico-lanceolatis, sex-vel septempollicaribus, basi acutis, subtus villosis scabriusculis, specie tamen forte non diversum.

coriaceum. 7. **PIPER** foliis lato-lanceolatis attenuatis coriaceis, baccis pedicellatis.

Habitat in India *orientali. Ex herbario Jussiaei.* ♄

Rami *teretes*, *glabri*, *uti tota planta.* Folia *petiolata*, *spithamaea*, *basi subovata aequalia*, *venosa.* Spicae *pedunculatae*, *bipollicares.* Baccae *magnitudine pisi.*

nitidum. 8. **PIPER** foliis elliptico-lanceolatis attenuatis glaberrimis punctatis supra nitidis basi inaequalibus, spicis apice recurvis.

Piper praemorsum. *Rottb. rar. sur.* 16.

Piper nitidum; foliis lanceolato-ovatis obliquis glaberrimis nitidis. *Swartz. prodr.* 15. *Fl. ind. occid.* 1, *p.* 58.

Piper praemorsum; foliis lanceolato-ellipticis attenuatis glabris basi altero latere breviori-bus, spicis superne recurvatis. *Eclog. am.* 1. *p.* 4.

Habitat in umbrosis montosis Jamaicae, *inque sylvis* Surinami. ♄

Rami *teretes*; *geniculis nodosis.* Folia *quinque-vel sexpollicaria*, *remota*, *acuta*, *basi obtusiuscula*, *altero latere breviora*, *supra nitida*, *venosa.* Petioli *semiunguiculares.* Pedunculi *petiolo duplo longiores.* Spicae *juniores albidae*, *brevissimae*; *fructiferae quadripollicares*, *apice recurvae.* Flores *spirales.*

Planta Rolandri cum specimine nitidi amicissime mecum communicato ab optimo Swarzio ita convenit, *ut separare nequeo.*

retrofractum. 9. PIPER foliis elliptico-lanceolatis attenuatis multinerviis rugosis basi inaequalibus, pedunculis retrofractis.

Habitat in India *orientali.* ♄.

Rami *striati*, *inferne teretes*, *superne compresso-angulati.* Folia *quinque-vel sexpollicaria*, *sesquipollicem lata*, *valde attenuata*, *basi obtusa*, *altero latere parum breviora*, *obliqua*, *utrinque glabra*, *supra vix venosa*, *alternatim tenuissime venosa.* Petiolus *vix unguicularis*, *supra canaliculatus.* Pedunculus *petiolo duplo crassior et longior*, *striatus.* Spica *sesquipollicaris*, *penna anserina parum crassior*, *obtusissima.* Flores *confertissimi.*

10. PIPER foliis elliptico-lanceolatis attenuatis glabris basi aequalibus subtus impunctatis, spicis rectis. *Eclog. am.* 1. *p.* 4. aequale.

Habitat in Montserrat. *Ryan.* ♄

Rami *teretes, glabri, laeves: articulis parum infractis; geniculis nodosis.* Folia *palmaria et ultra, utrinque obtusiuscula, tenuissime venosa, subtus pallidiora, nervis parum exstantibus.* Petioli *unguiculares, supra canaliculati, subtus acute carinati.* Pedunculi *longitudine petioli.* Spicae *sesquipollicares, secundae, obtusae: juniores parum curvatae, adultiores rectae.*

Variat foliis latioribus vel angustioribus. Folia *supra nervo venisque immersis nec prominentibus ut in sequente, margine plana nec revoluta.*

11. PIPER foliis elliptico-lanceolatis acuminatis laevibus nitidis basi subinaequalibus subtus punctatis, spicis recurvatis. † curvatum.

Piper curvatum; foliis oblongis acuminatis laevibus subtus punctatis nitidis, spicis brevibus curvatis. *Fl. per.* 1. *p.* 36. *t.* 54. *f. a.*

Habitat in nemoribus Peruviae. ♄

Glabrum. Caulis *octopedalis, erectus; geniculis nodosis; articulis brevibus:* Rami *dichotomi.* Folia *petiolata, margine parum revoluta, subcoriacea, nervis venisque supra elevatis.* Spicae *pedunculatae, cylindricae, tenues, acuminatae.* Flores *in annulos digesti.* Bracteae *subreniformes.* Fl. per. *l. c.*

12. PIPER foliis oblongis acuminatis laevissimis basi aequalibus, spicis brevissimis mucronatis. *Ecl. am.* 2. *p.* 3. microstachyon.

Habitat in Cajenna. *von Rohr.* ♄

Rami *dichotomi, saepe flexuosi, teretes, superne striati, apicem versus oculo armato leviter pubescentes; geniculis nodosis.* Folia *tripollicaria, utrinque acuta, supra obscure venosa, subtus tenuissime venosa.* Petioli *vix semiunguiculares.* Pedunculi *petiolo parum longiores.*

13. PIPER foliis ovato-oblongis acuminatis lineatis subtus pilosis basi inaequalibus, spicis recurvatis. † lineatum.

Piper lineatum; foliis ovato-oblongis acutis lineatis subplicatis, spicis recurvis. *Fl. per.* 1. *p.* 35. *t.* 60. *f. a.*

Habitat ad margines fluviorum Peru. ♄

Caulis *fruticosus, duodecimpedalis, erectus, teres, granulosus; articulis utrinque incrassatis:* Rami *subdivisi; teneri hispiduli.* Folia *petiolata, subplicata, margine reflexa, coriacea, exsucca, supra nitida, glaberrima, subtus leviter pilosa, venosa; venis transversis simplicissimis; nervi prominentes.* Spicae *longitudine fere foliorum.* Fl. per. *l. c.*

gracile. 14. PIPER foliis ovato-oblongis attenuatis acutis subtus rugosis pubescentibus basi inaequalibus. †

Piper gracile; foliis ovato-lanceolatis acutis rugosis, spicis gracilibus erectis. *Fl. per.* 1. *p.* 35. *t.* 59. *f.* 2.

Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄

Caulis *biulnaris, erectus, teres, striatus, scaber:* Rami *subdivisi, hispiduli.* Folia *breviter petiolata, basi obliqua, supra parum aspera, subtus venosissima.* Spicae *filiformes, tenues, rectae, fructiferae longitudine foliorum.* Bracteae *cuneiformes, peltatae, margine villosae.* Fl. per. *l. c.*

dichotomum. 15. PIPER foliis ovato-oblongis attenuatis basi subaequalibus, spicis fructiferis pendulis. †

Piper dichotomum; foliis oblongo-lanceolatis venis alternis, spicis cylindricis folio brevioribus. *Fl. per.* 1. *p.* 35. *t.* 60. *f. b.*

Habitat in Peruviae *sylvis.*

Caulis *triulnaris, dichotomus, teres.* Folia *petiolata, acuta, venosa.* Spicae *floriferae erectae.* Fl. per. *l. c.*

callosum. 16. PIPER foliis oblongo-ovatis acuminatis basi biglandulosis.

Piper callosum; foliis ovalibus acuminatis basi callis duobus, spicis brevibus subechinatis, stigmatibus duobus. *Fl. per.* 1. *p.* 34. *t.* 53. *f. a.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄

Glabrum. Caules *plures, ulnares, parum ramosi, leviter striati:* Rami *subdivisi, superne foliosi,*

radicantes. Folia *petiolata, patentia, plana, basi obliqua, utrinque callo notata, altero parum altiore, utrinque laevia, supra nitida, ope lentis pellucido-punctata.* Spathae *minimae.* Spicae *petiolo parum longiores; fructiferae e stylis persistentibus echinatae.* Bracteae *ovatae, acutae.* Stamina *quatuor.*

27. PIPER foliis ellipticis acuminatis utrinque punctatis nervis supra prominentibus basi aequalibus. ☥ punctatum.

Piper punctatum; foliis oblongis acuminatis venosis utrinque punctatis, spicis folio duplo brevioribus. *Fl. per.* 1. *p.* 3[illegible]. *t.* 62. *f. a.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄

Caulis *quadripedalis, striatus, teres, punctatus, ramosus.* Folia *petiolata.* Spicae *pedunculatae, erectae, foliis duplo breviores.* Bracteae *cuneiformes, peltatae, denticulatae.* Stigmata *tria.* Fl. per. *l. c.*

28 PIPER foliis ellipticis acuminatis glabris laevibus pendulis basi subaequalibus, spicis rectis secundis, ramis scabris. ☥ secundum.

Piper secundum; foliis oblongis acuminatis glabris laevibus, spicis filiformibus erectis secundis. *Fl. per.* 1. *p.* 36. *t.* 62. *f. b.*

Habitat in nemoribus Peruviae. ♄

Glabrum. Caulis *octopedalis, erectus, teres, scaber:* Rami *dichotomi, horizontales.* Folia *petiolata, venosa.* Spicae *tenues, foliis paulo breviores.* Flores *in annulos confertissimos.* Fl. per. *l. c.*

29. PIPER foliis ellipticis acuminatis glabris lineatis basi subinaequalibus, spicis erectis. ☥ excavatum.

Piper excavatum; foliis ovatis acuminatis leviter repandis, spicis cylindricis folio duplo brevioribus. *Fl. per.* 1. *p.* 34. *t.* 54. *f. b.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄

Glabrum. Caulis *biorgyalis, erectus, teres, striatus:* Rami *dichotomi, punctis minutis adspersi.* Folia *supra secundum nervos lineata.* Petioli *semiamplexicaules.* Spicae *erectae.* Bracteae *obovatae, margine membranaceae, glabrae, integerrimae.* Fl. per. *l. c.*

longifolium. 20. PIPER foliis oblongo-ovatis acutis utrinque nitidis basi subaequalibus, spicis recurvatis. †
Piper longifolium; foliis oblongo-ovatis obovatisque acuminatis, utrinque nitidis venosissimis, spicis recurvatis. *Fl. per.* 1. *p.* 37. *t.* 61. *f. a.*
Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄
Caulis *biorgyalis, dichotomus, erectus, teres:* Rami *nitidi.* Folia *breviter petiolata, pedalia, lata, laevia, glaberrima, venosissima, margine leviter reflexa.* Spathae *ovatae, lanceolatae, membranaceae, albicantes.* Spicae *folio breviores.* Fl. per. *l. c.*

rugosum. 21. PIPER foliis ovato-oblongis acutis glabris subtus reticulato-rugosis basi subaequalibus, spicis rectis mucronatis. *Ecl. amer.* 1. *p.* 4. *t.* 2.
Jaborandi IV. *Pis. bras.* 216.
Piper citrifolium; foliis ovato-lanceolatis laevibus, nervis alternis, spicis crassis folio brevioribus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 80.
Habitat in Cajenna. *von Rohr.* ♄
Rami *recti, inferne teretes, superne angulati, ope lentis quasi pulverulenti: geniculis nodosis.* Folia *quinque-vel sexpollicaria, venoso-reticulata; venae exstantes.* Petioli *unguiculares, supra canaliculati, subtus acute carinati.* Spicae *pedunculatae, semipollicares, aetate longiores, teretes, mucrone brevi absque floribus terminatae.* Pedunculi *longitudine petioli.*

heterophyllum. 22. PIPER foliis oblongo-ovatis acuminatis nitidissimis utrinque punctatis basi subaequalibus, spicis fructiferis curvatis. †
Piper heterophyllum; foliis ovalibus acuminatis venosis utrinque punctatis, spicis curvatis. *Fl. per.* 1. *p.* 34. *t.* 56. *f. a.*
Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄
Glabrum. Caulis *duodecimpedalis, erectus, teres, striatus:* Rami *alternatim dichotomi.* Folia *petiolata, rarissime basi inaequalia, nervi supra prominuli, fusco punctata, margine revoluta.* Spicae *acuminatae, floriferae rectae, erectae; fructiferae curvatae, deflexae.* Bracteae *cuneiformes, peltatae, margine cristatae.* Fl. per. *l. c.*

23. PIPER foliis ovato-oblongis acuminatis utrinque rugosis supra asperis subtus pubescentibus basi inaequalibus. † crocatum.

Piper crocatum; foliis ovato-oblongis acutis acuminatisque utrinque rugosis supra asperis, spicis erectis foliorum fere longitudine. *Fl. per.* 1. *p.* 35. *t.* 55. *f. a.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄

Caulis *triulnaris*, *erectus*, *scaber*, *striatus*: Rami *erecto-patentes*, *cauli simillimi*; *teneri pubescentes.* Folia *petiolata*, *supra retrorsum scabra*, *venosa*, *rugosissima.* Spathae *lanceolatae*, *breves*, *concavae*, *membranaceae*, *caducae.* Spicae *erectae.* Bracteae *cuneiformes*, *peltatae*, *margine villosae.* Fl. per. *l. c.*

24. PIPER foliis ovato-oblongis ellipticisve acuminatis scabris basi inaequalibus, spicis uncinatis. aduncum.

Saururus arborescens, fructu adunco. *Plum. gen.* 51. *amer.* 58. *t.* 27.

Piper longum, folio nervoso pallide viridi, humilius. *Sloan. cat.* 44. *hist.* 1. *p.* 155. *t.* 87.

Piper aduncum; foliis ovato-lanceolatis: nervis alternis, spicis uncinatis. *Lin. syst. veg.* 75. *Jacqu. collect.* 5. *p.* 5. *Ic. rar.* 2. *t.* 210.

Piper scabrum; foliis ovato-lanceolatis multinerviis, nervis alternis scabris. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 90.

Habitat in Caribaeis, Surinami, Cajennae. ♄

Rami *teretes*, *superne compressi*, *scabriusculi*, *subtilissime striati*, *cortice cinereo-fuscescente*, *geniculis subnodosis.* Folia *spithamaea*, *undecim-vel tredecim-nervia*; *nervis alternis*, *subtus exstantibus*, *utrinque scabra.* Petioli *brevissimi.* Pedunculi *petiolo longiores.* Spicae *quadripollicares.*

Variat foliis magis minusque scabris, *subtus villosis vel glabriusculis.*

25. PIPER foliis oblongo-ovatis acuminatis scabris subtus villosulis basi inaequalibus, spicis rectis. asperifolium.

Piper asperifolium; fruticosum, foliis oblongo-ovatis promisse acuteque acuminatis superne asperrimis, spadicibus longiusculis erectis. *Act. soc. h. n. par.* 1. *p.* 105.

Piper scabrum; foliis lato-ovatis acuminatis obliquis rugosis scabris, spicis erectis. *Swartz. fl. ind. occid.* 1. *p.* 59.

Piper asperifolium; foliis ovatis oblongisque acuminatis asperis, spicis teneris curvatis, adultis erectis. *Fl. per.* 1. *p.* 37. *t.* 56. *f. b.*

Habitat in Caribaeis, Cajennae, Peru. ♄

Rami *teretes, villosuli, scabri.* Folia *semipedalia, medio parum dilatati, basi altero latere breviora, e punctis minutis albidis supra asperrima, subtus minus, simpliciter transversim venosa.* Petioli *semipollicares.* Pedunculi *longitudine petioli, scabri.* Spicae *bi-quadripollicares, crassitie pennae columbinae, erectae.* Flores *confertissimi.*

Dignoscitur a P. adunco spicis rectis, a dilatato foliis scabris. Variat foliis majoribus vel minoribus.

Germen *ovatum.* Stigmata *tria recurva, persistentia.* Swartz. *l. c.*

dilatatum. 26. PIPER foliis oblongo-ovatis basi inaequalibus venosis laevibus medio dilatatis, spicis rectis.

Piper dilatatum; fruticosum ramis glabris foliis amplis rhomboideo-ovatis, spadicibus longiusculis erectis obtusis. *Act. soc. h. n. par.* 1. *p.* 105.

Habitat in America *meridionali. Richard.* ♄

Rami *glabri, angulati.* Folia *spithamaea, valde attenuata, altero latere baseos breviora, nervi subtus pilosiusculi.* Petiolus *subpollicaris, purpurascens.* Spicae *pedunculatae, erectae, rectae, tri-quadripollicares, crassitie pennae columbinae.*

Affine P. adunco et asperifolio, at spicae non recurvatae nec folia scabra.

obovatum. 27. PIPER foliis lanceolato-oblongis acuminatis punctatis extrorsum dilatatis basi aequalibus, spicis rectis. †

Piper obovatum; foliis obovato-oblongis acuminatis utrinque attenuatis, spicis rectis, inferioribus incrassatis, superioribus parvis tenuibus. *Fl. per.* 1. *p.* 36. *t.* 53. *f. b.*

Habitat in nemoribus Peruviae. ♄

Monoicum, glabrum. Caulis *triulnaris, erectus, teres, striatus.* Rami *subdivisi; articulis bre-*

vibus. Folia *petiolata, margine revoluta, utrinque laevia, fulvo-punctata.* Spicae *erectae; inferiores subpatentes, foliis duplo breviores, cylindricae, obtusae, crassae; superiores longitudine petiolorum, teretes.* Bracteae *cuneiformes, peltatae, concavae, margine pubescentes.* Bacca *obovata.* Nucleus *subreniformis.* Fl. per. *l. c.*

28. PIPER foliis ovato-oblongis acuminatis basi grande. petiolisque aequalibus. *Ecl. amer.* 2. *p.* 3. *t.* 11.

Habitat ad St. Martham, Americae *calidioris. von Rohr.* ♄

Rami *striati, glabri, crassitie pennae anserinae; geniculis nodosis.* Folia *inferiora semipedalia, pollices sex ad septem lata, tenera, inferiora basi subcordata, omnia basi aequalia, superiora altero latere parum angustiora et basin versus obliqua, utrinque laevia, glabra, pallide viridia, venosa; nervi infimi oppositi.* Petiolus *pollicaris.* Pedunculus *petiolo brevior.* Spicae *tri-vel quadripollicares, crassitie fili emporetici.* Flores *minutissimi.*

29. PIPER foliis ovatis ovato-oblongis elliptico- botryites. lanceolatisque attenuatis basi subaequalibus, nervis subtus villosis.

Saururus racemosus seu botryites minor. *Plum. gen.* 51.

Habitat in America. *Ex herbario Jussiaei.* ♄

Rami *crassitie pennae cygneae, teretes; geniculis nodosis.* Folia *plerumque ovata vel ovato-oblonga etiam elliptico-lanceolata, interdum subcordata, venosa, laevia.* Petiolus *semipollicaris vel parum longior.* Pedunculus *petiolo longior.* Spica *pedunculo parum longior, crassitie pennae columbinae.*

30. PIPER foliis ovato-oblongis acuminatis rugo- obesum. sissimis supra scabris subtus pubescentibus basi inaequalibus. ♄

Piper scabrum; foliis ovatis rugosissimis subtus pubescentibus supra asperis, spicis erectis. *Fl. per.* 1. *p.* 34. *t.* 55. *f. b.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄

Caulis *subquadriorgyalis*, *erectus*, *teres*: Rami *subdivisi*, *nutantes*, *scabri*. Folia *petiolata*, *venosissima*, *valde rugosa*. Spathae *ovato-lanceolatae*, *villosae*, *margine glabrae*. Spicae *foliis duplo breviores*. Fl. per. *l. c.*

asperatum. 31. PIPER foliis ovato-oblongis acutis multinerviis basi inaequalibus, ramis inferne scabris superne angulatis.

Habitat in India *orientali*. ♄

Rami *inferne teretes*, *e punctis minutis elevatis scaberrimi*, *superne striati*, *laeves*, *flexuosi*. Folia *tri-vel quadripollicaria*, *altero latere baseos parum breviora*, *obliqua*, *parum acuminata*, *supra vix venosa*, *tenuissime alternatim nervosa*, *subtus rugosa*. Petioli *unguiculares*. Pedunculi *solitarii*, *patentes*, *petiolo dimidio longiores et crassiores*. Spica *pollicaris*, *crassitie pennae anserinae*, *obtusissima*. Flores *confertissimi*. Stigmata *tria*, *sessilia*.

macrophyllum. 32. PIPER foliis ovato-oblongis multinerviis acuminatis glabris basi inaequalibus, petiolis marginatis, geniculis aequalibus.

Piper longum arboreum, foliis latissimis. *Sloan. cat.* 25. *hist.* 1. *p.* 135. *t.* 88. *f.* 1.

Piper arboreum; amplissimis foliis. *Aubl. fl. guian.* 23.

Piper macrophyllum; foliis oblongis acuminatis obliquis multinerviis glabris, petiolis appendiculatis, caule laevi. *Swartz. prodr.* 15. *fl. ind. occid.* 1. *p.* 54.

Habitat in montibus petrosis Jamaicae, Cajennae *et ad* fretum Darien. ♄

Caulis *biorgyalis*: Rami *glabri*, *teretes*, *subtilissime striati*. Folia *obtusa*, *venosa*, *alternatim nervosa*, *altero latere baseos breviora*. Petioli *breves*, *e membrana foliacea crispa alati*. Spicae *pedunculatae*, *quadri-vel quinquepollicares*, *erectae*. Flores *approximati*.

Stamina *quatuor-sex*. Styli *nulli*. Stigmata *tria*, *sessilia*. Swartz.

Variat foliis ovato-oblongis, *oblongisve*.

geniculatum. 33. PIPER foliis elliptico-oblongis acuminatis multinerviis basi inaequalibus, geniculis nodosis.

Piper geniculatum; foliis oblongis acuminatis obliquis multinerviis glabris, caule ramisque geniculatis. *Swartz. prodr.* 15. *fl. ind. occid.* 1. *p.* 57.

Habitat in sylvis lapidosis Jamaicae, *in insula* Trinitatis. *von Rohr.* ♄

Rami *teretes, glabri, ad geniculos nodosi.* Folia *breviter petiolata, suprema sessilia, tri-quadripollicaria, acumine brevi terminata, venosa, subtus pallidiora, utrinque glabra; nervi alterni, villosuli.* Petiolus *membrana marginatus, vix unguicularis.* Pedunculi *pollicares.* Spicae *rectae, quadripollicares, obtusae.*

94. PIPER foliis oblongis attenuatis rugosis basi obliquis geniculisque hirsutis, spicis erectis. hirsutum.

Piper hirsutum; foliis ovatis acuminatis obliquis rugosis geniculisque hirsutis; spicis erectis. *Swartz. prodr.* 15. *(hispidum.) fl. ind. occid.* 1. *p.* 60.

Habitat in montibus frigidioribus Jamaicae. ♄

Caulis *orgyalis, ramosus, erectus, teres, hirsutus, hispidus, uti rami, folia et pedunculi.* Folia *petiolata, venosa, multinervia; nervi alterni.* Petioli *breves, teretes.* Spicae *biunciales, crassae, fuscae.* Pedunculi *petiolis breviores.* Squamae *minutae, subrotundae, ciliatae, ad latera staminum.* Stigmata *tria, reflexa, minima.* Bacca *subrotunda, minima.* Swartz. *l. c.*

An Piper tomentosum Mill. Dict. *huc pertinet vel ad scabrum?*

95. PIPER foliis ovatis acutis basi inaequalibus, ramis petiolis pedunculisque verrucosis villosis. ♄ tuberculatum.

Piper tuberculatum; foliis ovatis acutis venosis, petiolis antice ultra paginam productis, caule ramisque tuberculatis. *Jacqu. collect. suppl.* 7. *Ic. rar.* 2. *t.* 211.

Habitat ad Carracas. ♄

Caules *plures, octopedales, crassitie digiti, e tuberculis toti exasperati, uti petioli et pedunculi; geniculis nodosis.* Folia *quinquepollicaria, coriacea, costa supra saepe purpurea, basi altero latere breviora.* Petioli *in mucronem rigidum,*

innocuum acuminati, purpurascentes. Spicae *crassitie pennae columbinae, tri-vel quadripollicares.* Pedunculi *rubentes.* Germen *subrotundum.* Stigmata *duo, sessilia.* Jacqu. *l. c.*

verrucosum. 36. PIPER foliis ovato-oblongis acuminatis coriaceis basi inaequalibus, ramis petiolisque verrucosis glabris.

Piper verrucosum; arborescens, foliis oblongis acuminatis obliquis glabris coriaceis, caule ramisque verrucosis. *Swartz. prodr.* 15. *fl. ind. occid.* 1. *p.* 56.

Habitat in Jamaica. ♄

Rami *teretes, uti petioli tuberculis frequentissimis albidis magnitudine seminis Sinapeos adspersi.* Folia *pedalia vel bipedalia, obtusa, altero latere baseos breviora, utrinque glabra, venosa.* Petioli *pollicares, canaliculati, basi membrana verrucosa marginati.* Spicae *pedunculatae, semipedales.*

Arbor *quindecim vel vigintipedalis, cortice valde verrucoso.* Rami *simplices, terminales, foliosi.* Stigmata *tria, sessilia.* Swartz. *l. c.*

carpunya. 37. PIPER foliis cordato-ovatis acuminatis coriaceis nitidis basi aequalibus, ramis muricatis. †

Piper carpunya; foliis cordatis acutis acuminatisque coriaceis, margine revolutis, spicis erectis. *Fl. per.* 1. *p.* 37. *t.* 63. *f. b.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.* ♄

Glaberrimum. Caulis *arboreus, triorgyalis, erectus, ramosissimus:* Rami *subdivisi, patentes.* Folia *facie Aurantii, breviter petiolata, utrinque nitida, margine revoluta.* Spicae *erectae, tenues, longitudine fere foliorum.* Bracteae *obovatae, concavae, membranaceae, glaberrimae.* Fl. per. *l. c.*

obliquum. 38. PIPER foliis cordato-oblongis obtusis basi inaequalibus, spicis longissimis pendulis, ramis petiolisque laevibus. †

Piper obliquum; foliis oblique cordatis obtusis, spicis longissimis dependentibus. *Fl. per.* 1. *p.* 37. *t.* 63. *f. a.*

Habitat in Peruviae *sylvis.* ♄

Glabrum, laeve. Caulis *erectus, teres:* Rami *striati.* Folia *petiolata, magna, subtus undecim-ad quindecimnervia, venosissima, reticulata, repanda.* Spicae *fere bipedales.* Flores *annulatim digesti.* Fl. per. *l. c.*

39. PIPER foliis ovato-oblongis attenuatis glabris, basi aequalibus, baccis sessilibus. † churumayu.

Piper churumayu; foliis ovatis acutis, spicis erectis. *Fl. per. 1. p. 35. t. 58. f. b.*

Habitat in nemoribus Peruviae. ♄

Arbor triorgyalis. Rami *teretes.* Folia *petiolata, subcoriacea, parum venosa.* Spathae *magnae.* Spicae *obtusae, foliis paulo breviores.* Fl. per. *l. c.*

40. PIPER foliis ovatis attenuatis acutis basi aequalibus, baccis pedicellatis distantibus. *Ecl. amer. 1. p. 3. t. 1.* ovatum.

Habitat in insula Trinitatis. *von Rohr.* ♄

Rami *glabri, laeves, inferne teretes, superne parum angulati, substriati; geniculis nodosis.* Folia *palmaria et ultra, lato-ovata, glaberrima, subtus pallidiora.* Petiolus *unguicularis, carinatus.* Spicae *tripollicares, rectae.* Pedunculi *longitudine petioli.* Baccae *magnitudine seminis Sinapeos, ovatae, tetragonae, acuminatae.*

41. PIPER foliis cordatis attenuatis subtus pubescentibus reticulatis basi aequalibus. † mite.

Piper mite; foliis cordatis acutis quindecim-novemdecim nerviis, spicis longioribus subulatis erectis. *Fl. per. 1. p. 37. t. 58. f. a.*

Habitat in Peruviae *sylvis.* ♄

Caulis *sexpedalis, erectus, teres, glaber:* Rami *pubescentes.* Folia *petiolata, ampla, acuta, supra glabra.* Spicae *erectae, folio longiores, pedales.* Fl. per. *l. c.*

42. PIPER foliis cordato-ovatis attenuatis rugosis supra scabris subtus pubescentibus basi inaequalibus. † acutifolium.

Piper acutifolium; foliis cordatis acuminatis, spicis erectis cylindricis brevibus. *Fl. per. 1. p. 38. t. 64. f. a.*

Habitat in Peruviae *sylvis.* ♄

Caulis *biorgyalis, erectus, teres, striatus:* Rami *subdivisi, teneri pubescentes.* Folia *breviter*

petiolata, venosissima, utrinque rugosa, tredecim-septendecimnervia, apice obliquo. Spicae *foliis quadruplo longiores.* Flores *annulatim dispositi.* Bracteae *cuneiformes, peltatae, concavae, margine villosae.* Fl. per. *l. c.*

aristolochioides. 43. PIPER foliis cordato-sagittatis attenuatis ovatisque, caule repente petiolisque villosis.

Piper aristolochioides; foliis cordatis acutis nervis vagis, caule petiolisque subhirsutis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 86.

Habitat in insula port Praslin. *Commerson. Ex herbario Jussiaei.*

Caules *striati, articulati, ad geniculos radicantes.* Folia *omnia petiolata, sex-vel septempollicaria, valde attenuata, oculo armato utrinque punctis irregularibus adspersa, subtus glauco-rufescentia; venis villosis.* Petioli *tripollicares, inferne membranula angusta basi dilatata semiamplectente alati.* Fructificationem *non vidi.*

——— *Foliis nervosis.*

laxum. 44. PIPER foliis ovato-oblongis acuminatis quinquenerviis venosis basi aequalibus, petiolis glabris.

Habitat in Philippinis. *Thouin; in insula* Franciae. *Commerson. Ex herbario Jussiaei.* ♄

Rami *teretes, striati, ad geniculos nodosi, glabri.* Folia *tri-vel quadripollicaria, basi saepe pollicem lata, interdum latiora, altero latere angustiora, utrinque glaberrima, subtus quinquenervia; nervi duo altiores, alterni, simpliciter venosa.* Petioli *simplices, unguiculares, triquetri.* Pedunculi *laterales, solitarii, pendentes, bi-quadripollicares.* Flores *remotiusculi.* Baccae *globosae, magnitudine P. nigri.*

Affinis P. sylvestri, *differt vero: foliis longioribus, basi aequalibus, venis subtus minus ramosis: floribus remotiusculis.*

sylvestre. 45. PIPER foliis ovatis attenuatis quinquenerviis venosis basi inaequalibus, petiolis pubescentibus.

Piper caninum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 49. *t.* 28. *f.* 2.

Piper sylvestre; foliis ovato-lanceolatis quinquenerviis, spicis rectis subterminalibus. *Lour. fl. cochinch.* 30.

Piper sylvestre; foliis subcordatis basi obliquatis quinquenerviis, spicis fructiferis gracilibus laxiusculis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 79.

Habitat in insula Franciae, Malabaria *et* Philippinis. *Commerson. Ex herbario Jussiaei et Thouinii.* ♄

Rami *teretes, ad geniculos nodosi, apice pubescentes.* Folia *bi-s-tripollicaria, acuta, altero latere baseos breviora, utrinque glabra, subtus quinquenervia; nervi duo altiores, alterni, venosa.* Petioli *unguiculares, simplices.* Pedunculi *petiolo parum longiores.* Spicae *erectae, tripollicares.* Flores *confertissimi.* Flores *dioici.* Lamarck.

46. PIPER foliis ovato-oblongis attenuatis quinquenerviis basi subinaequalibus, baccis distinctis sessilibus. pyrifolium.

Habitat in insula Borboniae. *Commerson. Thouin.* ♄

Rami *angulati, glabri.* Folia *tripollicaria, breviter petiolata, glabra, vix venosa; nervi prope basin orti, alterni, tenuissimi.* Spicae *sesquipollicares, crassitie pennae anserinae, obtusissimae.* Baccae *oblongae, semine Sinapeos duplo majores.*

47. PIPER foliis ovato-oblongis acuminatis basi inaequalibus, spicis fructiferis pendulis. malamiri.

Amalago. *Rheed. mal.* 7. *p* 31. *t.* 16.
Sirium. *Rumph. amb.* 5. *p.* 336. *t.* 116. *f.* 2.
Piper malamiri; foliis ovatis acutiusculis subtus scabris: nervis quinque subtus elevatis. *Lin. fl. zeyl. n.* 26. *Syst. veg.* 75.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *teretes, subtilissime striati, glabri; geniculis nodosis.* Folia *tri-s-quadripollicaria, basi altero latere parum breviora, glabra, vix venosa; nervi duo parum altiores, subtus elevati, interdum subtus rugosa.* Petioli *pollicares vel breviores, canaliculati.* Pedunculi *longitudine petioli.* Spicae *quadripollicares.* Baccae *globosae, magnitudine seminis Coriandri.*

Amalago. 48. PIPER foliis ovato-oblongis quinquenerviis rugosis glabris basi aequalibus.

Piper frutex, spica longa gracili. *Plukn. alm.* 297. *t.* 215. *f.* 2.

Piper longum arboreum altius, folio nervoso minore, spica gracili et breviori. *Sloan. cat. p.* 44. *hist.* 1. *p.* 194. *t.* 87. *f.* 1.

Piper amalago; foliis lanceolato-ovatis quinquenerviis rugosis. *Lin. syst. veg.* 75.

Habitat in Jamaica. ♄

Rami *teretes, glabri, ad geniculos nodosi.* Folia *li-s-tripollicaria parum acuminata, utrinque glabra, nervi quinque e basi orti.* Petiolus *unguicularis.* Pedunculi *pollicares.* Spicae *tripollicares, rectae.* Baccae *parvae, oblongae, confertae.*

Betle. 49. PIPER foliis ovatis attenuatis septemnerviis, petiolis bidentatis.

Betre seu Betle. *Clus. exot.* 176.

Beetla-Codi. *Rheed. mal.* 7. *p.* 29. *t.* 15.

Piper, qui saururus foliis septinerviis oblongo-acuminatis. *Burm. zeyl.* 193. *t.* 83. *f.* 2.

Piper Betle; foliis oblongiusculis acuminatis septemnerviis, petiolis bidentatis. *Lin. fl. zeyl. n.* 27. *Syst. veg.* 75.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *striati, angulati, glabri.* Folia *tripollicaria et ultra, subcordata, altero latere baseos parum breviora, subobliqua, glabra, vix venosa; nervi duo superiores.* Petiolus *pollicaris, inferne membrana angusta utrinque alatus.* Pedunculus *petiolo longior.* Spica *cum pedunculo pendula.*

syringaefolium. 50. PIPER foliis rhombeo-ovatis quinquenerviis basi aequalibus attenuatis glabris.

Habitat in India *orientali? Ex herbario Jussiaei.* ♄

Rami *dichotomi, compressi, glabri.* Folia *petiolata, quadripollicaria et ultra, pollices fere tres lata, acuta, basi obtusa, laevia, supra nitidiuscula, glaberrima, subtus pallidiora, quinquenervia; nervi duo altiores, inferne villosuli, venosa.* Spicae *laterales, solitariae, pedunculatae, pollicares, crassitie pennae columbinae.* Pedunculus *longitudine spicae.*

51. PIPER foliis ovato-oblongis attenuatis subcoriaceis quinquenerviis basi subaequalibus, geniculis aequalibus. thermale.

Habitat in vicinia thermarum Tranquebariensium *copiose solo humido. König.* ♄

Habitus praecedentis. Caulis *scandens:* Rami *angulati, glabri.* Folia *quadripollicaria, acuta, glabra, obscure venosa, altero latere baseos parum breviora, saepe aequalia.* Petioli *pollicares, edentuli.* Spicae *laterales, solitariae, quadri-vel quinquepollicares.* Pedunculus *pollicaris.* Baccae *globosae, P. nigri parum minores.*

52. PIPER foliis lato-ovatis acuminatis septemnerviis coriaceis glabris, geniculis nodosis. nigrum.

Piper nigrum. *Clus. exot.* 18 *et* 183.
Malago-Codi. *Rheed. mal.* 7. *p.* 23. *t.* 12.
Piper nigrum; foliis ovatis subseptemnerviis glabris, petiolis simplicissimis. *Lin. fl. zeyl. n.* 26. *Syst. veg.* 74.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *dichotomi, flexuosi, striati, angulati, divaricati, glabri; geniculis nodosis.* Folia *palmaria et ultra, acuta; nervi duo superiores, subopposití, obscure transversim simpliciter venosa, basi aequalia.* Petioli *vix pollicares.* Spicae *in apice ramulorum, solitariae, tripollicares.* Pedunculus *pollicaris.*

53. PIPER foliis ovatis acuminatis quinquenerviis, nervis villosis. capense.

Piper capense; foliis ovatis nervosis acuminatis: nervis villosis. *Lin. suppl.* 90.

Habitat in Cap. bonae spei. ♄

Caulis *ramosus, repens.* Folia *bipollicaria, petiolata, subvenosa.* Spicae *pedunculatae, solitariae, pollicares et ultra.* Pedunculus *folio longior.*

54. PIPER foliis lato-cordatis quinquenerviis basi inaequalibus subtus discoloribus, spicis laxis flosculis remotis. discolor.

Piper longum arboreum. *Gmel. in nov. comm. petrop.* 12. *p.* 48. *t.* 10.
Piper discolor; foliis lato-ovatis quinquenerviis glaberrimis, postice discoloribus, spicis laxio-

ribus, flosculis remotioribus. *Swartz. prodr.* 13. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 52.

ovalifolium. β. foliis oblongo-ovatis, utrinque obtusiusculis, basi aequalibus.

Habitat in montibus altis Jamaicae. ♄

Caulis *orgyalis*: Rami *teretes*, *glabri*; *geniculis nodosis*. Folia *acumine obtuso terminata*, *crassiuscula*, *venosa*, *subtus subalbicantia vel pallide viridia*, *nitentia*. Petioli *breves*, *canaliculati*. Pedunculi *petiolis longiores*. Spicae *folio breviores*, *tenues*. Bracteae *oblongae*. Germen *oblongum*. Stylus *brevis*. Stigmata *tria*. Bacca *minuta*, *oblongiuscula*.

β. *An varietas vel distincta species? si varietas certe memoratu digna*. Folia *subtus oculo armato punctata*.

plantagineum. 55. PIPER foliis ovatis subcordatisque acuminatis quinquenerviis basi subaequaliibus, petiolis pubescentibus, baccis distinctis.

Piper plantagineum; foliis ovatis acutis quinquenerviis laevibus, spicis solitariis, baccis ovatis conicis. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 80.

Piper medium; foliis ovatis, rarius basi cordatis quinquenerviis reticulatis; spicis gracilibus. *Jacqu. collect.* 1. *p.* 141. *Ic. rar.* 1. *t.* 8.

Habitat in Caribaeis. *Lamarck, Ventenat, West.* ♄

Rami *teretes*, *glabri*, *superne angulati*, *apice leviter pubescentes*; *geniculis subaequalibus*. Folia *palmaria et ultra*, *acumine longo terminata*, *basi plerumque aequalia*, *raro altere latere vix breviora*, *obliqua*, *subtus venosa*, *pallidiora*. Petioli *semipollicares*, *uti nervi subtus leviter pubescentes*, *raro glabri*. Pedunculi *petiolo parum longiores*. Spicae *bi-tripollicares*, *fructiferae crassitie fere pennae anserinae*. Baccae *seminis Coriandri parum minores*, *oblongo-ovatae*.

reticulatum. 56. PIPER foliis cordatis acuminatis quinque-novemnerviis glaberrimis, petiolis aequalibus.

Saururus botryites major arborescens, foliis plantagineis. *Plum. gen.* 51. *Amer.* 57. *t.* 75. *Ic. t.* 242. *f.* 1.

Piper reticulatum; foliis cordatis quinquenerviis reticulatis. *Lin. syst. veg.* 75.

Habitat in Caribaeis. ♄

Caulis *orgyalis, erectus.* Rami *compressi; geniculis nodosis, glabri.* Folia *magna, interdum ovata, utrinque glaberrima.* Petiolus *amplexicaulis, semipollicaris, striatus, supra canaliculatus.* Spicae *quinque-vel sexpollicares, crassitie fere pennae anserinae, sensim attenuatae.* Pedunculus *petiolo longior.*

Variat foliis latioribus vel parum angustioribus.

Jaborandi Marcgr. *et* Pisonis *non huc pertinet.*

57. PIPER foliis cordatis acuminatis novem ad undecim nerviis venosis subvillosis, petiolis inferne alatis. † decumanum.

Saururus frutescens, foliis plantagineis, fructu breviori. *Plum. gen.* 51. *Amer.* 59. *f.* 76.

Piper decumanum; foliis cordatis novemnerviis reticulatis, *Lin. syst. veg.* 75.

Piper marginatum. *Jacqu. collect.* 4. *p.* 128. *Ic. rar. vol.* 2. *t.* 215.

Habitat in India *occidentali.* ♄

Caules *plures, erecti, altitudine hominis, basi crassitie pollicis, ramosi, glabri.* Folia *una cum petiolis pedalia, novem-vel undecimnervia, utrinque transversim reticulata, ad lentem villosula.* Petioli *membrana quadripollicari angusta alata.* Spicae *solitariae, tripollicares, erectae, graciles.* Pedunculus *pollicaris.* Jacqu. *l. c.*

Spicae *strictae secundum figuram et undique ejusdem crassitie.*

58. PIPER foliis subcordatis attenuatis mucronatis subquinquenerviis basi inaequalibus. † unguiculatum.

Piper unguiculatum; foliis subcordatis quinquenervibus acumine unguiculato basi utrinque revolutis, spicis erectis. *Fl. per.* 1. *p.* 34. *t.* 57. *f. b.*

Habitat in Peruviae *umbrosis.*

Caulis *biulnaris, erectus, inferne divisus superne ramosus, viridiusculus, leviter striatus.* Folia *breviter petiolata, patentia, oblique deflexa, carinata, acumine brevi unguiculiformi ad apicis dorsum, interdum septemnervia; nervi omnes e basi orti, utrinque glabra, laevia, supra nitida.* Spicae *floriferae erectae, fructiferae patentes, foliis longiores.* Bracteae *subrotundae.* Flos *inferior remotus, hexandrus,*

Stamina *quinque vel sex, frequentius quatuor.* Germen *tri-pentagonum, frequentius tetragonum.* Bacca *tri-pentagona, stigmatibus coronata.* Fl. per. *l. c.*

Siriboa. 59. PIPER foliis cordato-oblongis acuminatis subseptemnerviis basi subaequalibus.

Betela quem Siriboa vocant. *Bont. Jav.* 91. *t.* 91.

Piper foliis cordatis subseptemnerviis venosis. *Lin. fl. zeyl. n.* 29.

Siriboa. *Rumph. amb.* 5. *p.* 340. *t.* 117.

Piper Siriboa; foliis inaequaliter cordatis subseptemnerviis venosis. *Lin. syst. veg.* 75.

Habitat in India *orientali.* ♄

Caulis *radicans, per arbores scandens, sulcatus, angulatus.* Folia *palmaria, glabra, plerumque septemnervia, interdum novemnervia; nervi duo parum altiores.* Petiolus *semipollicaris.* Pedunculus *petiolo duplo longior.* Spica *crassitie pennae anserinae, longitudine folii.*

Variat foliis latitudine volae manus et angustioribus.

laeve. 60. PIPER foliis inferioribus ovatis superioribus oblongis acuminatis quinquenerviis basi aequalibus, baccis distinctis.

Habitat in India *orientali.* ♄

Rami *teretes, glabri, subtilissime striati, cinerei, superne angulati, purpurei: geniculis subaequalibus.* Folia *quadripollicaria, tenera, utrinque glabra, laevia, subtus pallidiora tenuissime venosa; nervi omnes e basi orti.* Petioli *breves.* Spicae *tripollicares.* Semina *magnitudine Sinapeos, ovato-oblonga.*

Differt a P. Siriboa: foliis quinquenerviis, omnibus e basi ortis, nec septemnerviis, duobus altioribus, a P. diffuso: foliis *inferioribus ovatis nec cordatis, superioribus basi aequalibus nec inaequalibus,* nervi *duo non altiores sed omnes ad basin concurrentes.*

cubeba. 61. PIPER foliis enerviis, inferioribus cordatis, superioribus oblongo-ovatis acuminatis basi obliquis, baccis pedicellatis.

Piper Cubeba; foliis oblique ovatis s. oblongis venosis acutis, spica solitaria pedunculata op-

positifolia, fructibus pedicellatis. *Lin. suppl.* 90.

Habitat in Javae *sylvis*, Guinea, *insula* Franciae. *Commerson.* ♄

Rami *flexuosi*, *tetragoni*, *uti tota planta glaberrimi.* Folia *inferiora et juniora ramulorum cordata*, *ovata*, *acuta*, *pollicaria vel minora*; *superiora bi-s-tripollicaria*, *altero latere baseos breviora*: *omnia supra avenia*, *subtus venosa.* Petiolus *semipollicaris*, *canaliculatus.* Spicae *solitariae*, *pollicares.*

Planta junior facie tam aliena ab adultiore ut facile pro diversa haberetur, *repit ramis elongatis radicantibus*; *foliis cordato lanceolatis*, *attenuatis*, *angustis*, *sesquipollicaribus*; *petiolis longitudine folii.*

62. PIPER foliis inferioribus cordato-ovatis superioribus oblongis acuminatis, nervis subtus petiolis cauleque villosis. radicans.

Habitat in insula Franciae. *Commerson. Ex herbario Thouini.* ♄

Caulis *geniculis radicantibus*, *striatus*, *crassitie pennae anserinae.* Folia *petiolata*, *inferiora bipollicaria*, *acuta*, *obscure quinquenervia*, *venosa*; *superiora altero latere baseos parum breviora.* Spicae *pedunculatae*, *sesquipollicares*, *crassitie pennae columbinae.*

63. PIPER foliis inferioribus cordato-ovatis septemnerviis superioribus oblongis quinquenerviis basi inaequalibus subtus rugosis. diffusum.

Sirium frigidum. *Rumph. amb.* 5. *p.* 345. *t.* 119. *f.* 2.

Habitat in Zeylonae *umbrosis nemorosis graminosis. König.* ♄

Rami *dichotomi*, *crassitie pennae columbinae*, *striati*, *angulati*, *glabri*; *geniculis subaequalibus.* Folia *venosa*, *acuminata*; *nervi duo altiores*: *inferiora longius petiolata*, *palmaria et ultra*, *basi aequalia*, *interdum novemnervia*: *superiora breviter petiolata*, *quinquepollicaria*, *sensim minora*, *altero latere baseos rotundata*, *altero breviora obliqua*, *ultima subsessilia.* Petioli *canaliculati.* Spicae *pollicares*, *crassitie pennae columbinae*, *obtusae*: *tenellae interdum subglobosae.* Pedunculi *longitudine spicae.*

Differt a P. longo, quod sinus ad basin foliorum multoties minor et foliis superioribus basi non cordatis: a P. radicante ramis, petiolis nervisque glabris.

longum. 64. PIPER foliis inferioribus cordatis petiolatis septemnerviis superioribus cordato-oblongis sessilibus quinquenerviis.

Cattu-tirpali. *Rheed. mal. 7. p. 27. t. 14.*

Piper longum pistolochiae foliis absque pediculis, maderaspatanum. *Pluk. alm. 297. t. 104. f. 4.*

Piper longum; foliis cordatis petiolatis sessilibusque. *Lin. fl. zeyl. n. 30.*

Habitat in India *orientali.* ♄

Facies Aristolochiae pistolochiae. Rami *dichotomi, flexuosi, striati, superne oculo armato pubescentes.* Folia *glabra, subtus pallidiora, obsolete venosa, basi aequalia; inferiora palmaria, attenuata; nervi omnes e basi folii orti; superiora sessilia, pollicaria vel parum ultra, acuta.* Petioli *edentuli.* Spica *cylindrica, pollicaris, saepe minor, obtusa.* Pedunculi *spica dimidio breviores.*

album. 65. PIPER foliis cordatis attenuatis septemnerviis duobus superioribus glabris, petiolis aequalibus.

Sirium album. *Rumph. amb. 5. p. 46.*

Habitat in Java. *Ex herbario Jussiaei.*

Rami *teretes, glabri, laeves.* Folia *sex-vel septempollicaria, venosa; nervi duo altiores.* Petioli *sesquipollicares.* Spicae *pedunculatae, tripollicares, crassitie pennae anserinae, erectae.*

Affine P. reticulato, at diversum mihi visum est; folia in illo acuminata sunt, nervi omnes a basi orti; in albo vero attenuata, nervi duo altiores.

methysticum. 66. PIPER foliis cordatis acuminatis multinerviis, spicis axillaribus solitariis brevissimis pedunculatis patentissimis. *Forst. prodr. n. 21. plant. escul. austr. 76. n. 50.* †

Habitat in insulis Societatis, Amicorum *et* Sandwigiae. ♄

67. PIPER foliis sinu profundo cordatis novem- caudatum.
nerviis venosis glabris attenuatis.

Piper caudatum seu Nhamdu. *Marcgr. hist. rar. nat. bras.* 75. *Nhandi Piso de med. bras.* 90. *hist. nat. et med.* 97.

Piper caudatum; foliis cordatis novemnerviis venosis. *Ecl. amoen.* p. 3.

Piper Nhandi; erectum, petiolis marginatis, foliis sinu profundo cordatis, prominse acuteque acuminatis novemnerviis, spadicibus gracilibus pendulo recurvis. *Act. soc. h. n. paris.* 105.

Habitat in Brasilia, Cajennae. ♄

Caulis *teres, glaber, laevis; geniculi aequales.* Folia *tri-vel quadripollicaria, exacte cordata, valde attenuata, laevia; venis nimus ramosis.* Petioli *aequales.* Spicae *pedunculatae, subtripollicares, crassitie fili emporetici tenuioris.*

68. PIPER foliis cordatis acuminatis subseptem- fallax.
nerviis basi subaequalibus, petiolis inferne marginatis.

Habitat in India *orientali, culta in* Cajenna *ubi olim allata pro Pipere nigro. Richard.* ♄

Rami *dichotomi, striati, angulati, glabri; geniculis aequalibus.* Folia *tri-vel quadripollicaria, valde acuminata, plerumque cordata, basi aequalia, majora interdum cordato-ovata, basi altero latere parum breviora, glaberrima, tenera subtus obsolete tenuissime venosa; nervi quinque tenuissimi, supra parum elevati, interdum praeterea duo laterales obscuriores.* Petioli *semi-bipollicares, a medio ad basin membrana angusta alati.* Pedunculi *filiformes, semipollicares.* Spica *tri-vel quadripollicaris, gracilis.* Germina *minuta.*

69. PIPER foliis cordatis septemnerviis, spicis pe- excelsum.
dunculatis binatis.

Piper excelsum; foliis orbiculato-cordatis subseptemnerviis: pedunculis terminalibus solitariis bifidis, caule arboreo. *Forst. prod. n.* 20.

Habitat in nova Zelandia. ♄

Rami *teretes, purpurei, geniculis incrassatis.* Folia *petiolata, tripollicaria, acuminata, venosa, glabra, subtus pallidiora.* Petiolus *medio auc-*

tus utrinque membrana lineari, e cujus basi pedunculi gemini, vix semiunguiculares, simplices, distantes. Spicae *pollicares, teretes.*

latifolium. 70. PIPER foliis subrotundo-cordatis multinerviis, spicis axillaribus aggregatis, petiolis glabris.

Piper methysticum; foliis cordatis multinerviis petiolatis, spicis axillaribus pedunculatis plurimis. *Lin. suppl.* 91.

Piper latifolium; foliis orbiculato-cordatis, novemnerviis: spicis axillaribus aggregatis pedunculatis. *Forst. prodr. n.* 22.

Habitat in Societatis, Amicorum, Novarumque Hebridum *insulis.* ♄

Folia *magna, glaberrima, tenera, venosa, novem ad tredecimnervia; nervi subtus protuberantes.* Petioli *glaberrimi, basi dilatati, amplexicaules.* Spicae *quinque vel plures, pedunculatae.*

Simile P. umbellato, differt nervis omnibus a basi ortis, glabris.

peltatum. 71. PIPER foliis peltatis orbiculato-cordatis multinerviis obtusis subrepandis, spicis umbellatis.

Saururus arborescens, foliis amplis rotundis et umbilicatis. *Plum. gen.* 51. *amer.* 56. *t.* 74.

Piper peltatum; foliis peltatis orbiculato-cordatis obtusis repandis, spicis umbellatis. *Lin. syst. veg.* 75.

Habitat in India *occidentali.* ♄

Folia *in hoc genere maxima, juniora e venis parum ultra marginem excurrentibus remote denticulata, glabra, venosa, undecimnervia, praeter quatuor alii altiores oppositi, supra elevati.* Petiolus *glaber, basi dilatatus.* Umbella *spicis tribus vel quinque, pedicellatis, bipollicaribus, gracilibus, rectis, obtusis.* Spatha *diphylla ad singulum pedicellum, membranacea, decidua.*

umbellatum. 72. PIPER foliis subrotundo-cordatis acutis multinerviis, nervis petiolisque villosis, spicis umbellatis.

Saururus arborescens, foliis amplis cordatis non umbilicatis. *Plum. spec.* 51. *Amer.* 56. *t.* 73.

Piper umbellatum; foliis cordatis subrotundis acutis venosis, spicis umbellatis. *Lin. syst. veg.* 75. *Swartz. obs.* 21.

Piper peltatum; foliis cordato-reniformibus acuminatis novemdecimnervibus, pedunculis polystachyis, spicis fasciculatis inaequalibus. *Fl. per.* 1. *p.* 38. *t.* 59. *f. a.*

Habitat in America *meridionali.* 4

Caulis *tri-vel quadripedalis, simplex, incanus.* Folia *versus apicem caulis, amplissima, venosa, quindecimnervia; nervi duo altiores, subopposiri.* Petiolus *basi vaginans.* Pedunculi *axillares.* Spicae *tres vel quatuor in singulo pedunculo.*

73. PIPER foliis subrotundo-cordatis acuminatis multinerviis, spicis umbellatis. **subpeltatum.**

Lomba. *Rumph. amb.* 6. *p.* 133. *t.* 59. *f.* 1.

Piper latifolium; foliis cordatis subrotundis acuminatis, spicis geminis pedunculatis lateralibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 81.

Piper subpeltatum; foliis orbiculato-cordatis acuminatis, spicis umbellatis. *Wilden. spec. plant.* 1. *p.* 166.

Habitat in India *orientali.*

Folium *sub nomine Pip. latifolii a Lamarckio habui, quod alienum aliquid habet a congeneribus, ideoque incertus haereo, num revera ad latifolium* Lamarckii *pertineat.* Folia *sunt cordato-reniformia, undecimnervia, transversim simpliciter venosa, subtus, uti petioli, villosa.*

** *Caule carnoso.*

—— *Foliis alternis.*

74. PIPER foliis subrotundo-cordatis, spicis racemosis compositis secundis, caule villoso. ☩ **racemosum.**

Peperomia secunda; foliis cordato-subrotundis, floribus paniculatis secundis. *Fl. per.* 1. *p.* 30. *t.* 25. *f. a.*

Habitat in montibus umbrosis Pillao.

Caulis *pedalis, simplex, erectus, teres, violaceus, inferne foliosus, superne monophyllus.* Folia *prope radicem, conferta, longe petiolata, patentia, leviter undulata; nervi quinque e basi orti, reliqui altiores, alterni, supra nitida, subtus venosa, albicantia.* Spicae *alternae, reflexae: Spiculae alternae, filiformes.* Spatha *ovata, acuta, sub singula spica.* Flores *distantes.* Bracteae *minutae, carnosae.*

dependens. 75. PIPER foliis cordatis acuminatis tredecimnerviis pendulis, spicis lateralibus terminalibusque. †

Peperomia dependens; foliis cordatis tredecimnerviis dependentibus, spicis terminalibus. *Fl. per.* 1. *p.* 33. *t.* 48. *f. a.*

Habitat in locis umbrosis Pozuzo.

Caulis *pedalis*, *radicans*, *ramosus*, *teres*, *purpureus*. Folia *longe petiolata*, *utrinque glabra*, *supra nitida*, *subtus alba*. Spicae *terminales*, *solitariae*. Fl. per. *l. c.*

Secundum figuram Spicae *laterales et terminales geminae sunt.*

pilosum. 76. PIPER foliis ovato-lanceolatis supra pilosis basi inaequalibus, spicis axillaribus solitariis. †

Peperomia pilosa; foliis oblongo-lanceolatis acutis basi inaequalibus, spicis axillaribus solitariis. *Fl. per.* 1. *p.* 32. *t.* 50. *f. a.*

Habitat in umbrosis nemorum Pozuzo.

Caulis *semipedalis*, *vix divisus*, *flexuosus*, *erectus*. Folia *petiolata*, *attenuata*, *subtus punctata*. Spicae *erectae*, *filiformes*, *longitudine fere foliorum*. Fl. per. *l. c.*

amplexicaule. 77. PIPER foliis amplexicaulibus lato-lanceolatis deorsum attenuatis multinerviis, caule erecto simplici.

Piper amplexicaule; foliis lanceolato-ovatis amplexicaulibus nervosis; caule erecto simplici. *Swartz. prodr.* 16. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 67.

Habitat in India *occidentali*, Jamaica *in arboribus moribundis inque quisquiliis dejectarum.* ♃

Caulis *pedalis*, *parum flexuosus*, *rigidus*, *superne compressus*; *geniculis nodosis*. Folia *tri-vel quinquepollicaria*, *carnosa*, *obtusiuscula*, *glabra*, *avenia*, *alternatim nervosa*. Spicae *laterales solitariae*, *terminales conjugatae*, *erectae*, *longissimae*, *graciles*.

magnoliaefolium. 78. PIPER foliis obovatis obtusissimis, pedunculis terminalibus ramosis, caule ramisque radicantibus.

Piper magnoliaefolium; caule carnoso radicante; foliis obverse-ovatis enerviis obtusis; pedunculis ramosis. *Jacqu. collect.* 3. *p.* 210. *Ic. rar.* 2. *t.* 213.

Habitat in — — —

Caulis *crassitie digiti, ad insertionem petioli parum dilatatus, e casu foliorum dentato-cicatricatus:* Rami *alterni, superne adscendentes.* Folia *tri-ad octopollicaria, interdum emarginata, crassa, coriacea, exsiccata septemnervia; nervi duo altiores.* Petioli *pollicares.* Pedunculus *teres: pedicelli sparsi, sesquipollicares.* Spathae *lanceolatae, caducae.* Spicae *erectae, quadri-ad octopollicares, interdum pedales, crassitie calami.* Flores *confertissimi.* Baccae *minutae, subrotundae, acuminatae.*

79. PIPER foliis obovatis obtusis, spicis terminalibus solitariis, caule decumbente radicante. **obtusifolium.**

Saururus humilis, folio carnoso subrotundo. *Plum. gen.* 51. *Amer.* 53. *t.* 70.

Piper obtusifolium; foliis obovatis enerviis. *Lin. syst. veg.* 75.

Piper Clusiaefolium; caule carnoso, radicante; foliis obverse ovatis, petiolatis, enerviis, obtusis; pedunculis subspicatis. *Jacqu. collect.* 3. *p.* 209. *Ic. rar. 2. t.* 212.

Habitat in America *calidiore.* ♃

Caulis *crassitie calami, pedalis, primum erectus, dein e pondere ramorum, depressus; geniculis radicantibus.* Folia *quadripollicaria, interdum emarginata, subcarnosa, obsolete nervosa, margine saepe sordide sanguinea.* Petioli *breves.* Spica *erecta, quadripollicaris, purpurascens, calamo duplo crassior.* Pedunculus *pollicaris, purpureus.* Stigmata *tria, hispidula.* Baccae *minutae.* Jacqu. *l. c.*

80. PIPER foliis cuneiformibus emarginatis, spicis conjugatis. ♄ **emarginatum.**

Peperomia emarginata; foliis obovatis emarginatis aveniis, pedunculis furcatis bispicatis. *Fl. per.* 1. *p.* 33. *t.* 49. *f. a.*

Habitat in sylvis umbrosis Peruviae.

Caulis *flexuosus, teres, repens.* Folia *oblonga, basin versus sensim in petiolum attenuata.* Pedunculi *solitarii, distachyi.* Spicae *cylindricae, sensim attenuatae.* Bacca *oblonga.* Fl. per. *l. c.*

cuneifolium. 81. PIPER foliis cuneiformibus subseptemnerviis, spicis terminalibus conjugatis, caule radicante erectiusculo.

Piper cuneifolium; caule carnoso, radicante; foliis cuneiformibus, subpetiolatis, enerviis, obtusis; pedunculis ramosis. *Jacqu. collect.* 4. *p.* 127. *Ic. rar.* 2. *t.* 214.

Habitat ad Carracas. 2

Caules *plures, pedales, crassitie pennae anserinae, inferne radicantes, prostrati, demum erecti, ramosi, teretes, uti tota planta glabri.* Folia *bi-quadripollicaria, carnosa, nitida, juniora enervia, adultiora septemnervia, (saltem in planta exsiccata) nervi duo superiores.* Pedunculus *terminalis, e casu spatharum uni-vel bicicatricatus, sesquipollicaris.* Spicae *tri vel quadripollicares, erectae.* Bractea *subrotunda ad basin germinis.* Germen *ovatum.*

Tithymaloides. 82. PIPER foliis subovatis acutiusculis, spicis lateralibus terminalibusque fructiferis retrofractis, caule erecto.

Habitat in St. Domingo. 2

Caulis *inferne radicans, crassitie pennae anserinae, e casu foliorum cicatricatus.* Folia *bi-s-tripollicaria, crassa, coriacea, exsiccata supra novemnervia; nervi subopposititi, basi acuta.* Petioli *pollicares, supra canaliculati, subtus carinati.* Pedunculi *laterales solitarii, terminales gemini, tripollicares.* Spathae *duae, lanceolatae, caducae.* Spica *crassitie fili emporetici tenuioris, longitudine petioli.* Bractea *ovata ad basin germinis.*

An modo varietas P. obtusifolii?

alpinum. 83. PIPER foliis ovato-subrotundis acutis subtus aveniis, spicis axillaribus, caule erecto simpliciusculo. *Swartz. prodr.* 15. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 62.

Habitat in summis alpibus Jamaicae.

Caulis *erectus, subpedalis, teres, glaber, uti tota planta.* Folia *sesquipollicaria, oblongo-ovata, utrinque acuta, crassiuscula, supra venosa, multinervia; nervi subopposititi, subtus pallidiora, lineata loco nervorum.* Petioli *compressi, pollicares, basi latiores.* Spicae

solitariae, erectae, longitudine fere foliorum, teretes.

Squamae *inter flores lanceolatae, acutae.* Stylus *simplex.* Stigma *acutum.* Swartz. *l. c.*

84. PIPER foliis oblongis extrorsum dilatatis acuminatis, spicis axillaribus solitariis terminalibus geminis. † nemorosum.

Peperomia acuminata; foliis obovatis acuminatis, spica filiformi-acuta. *Fl. per.* 1. *p.* 32. *t.* 51. *f. a.*

Habitat in nemoribus Peruviae.

Caules *plures, pedales,, erecti, teretes, geniculati.* Folia *petiolata, carnosa, plana.* Petioli *breves alati.* Spicae *breviter pedunculatae, erectae, acutae.* Fl. per. *l. c.*

85. PIPER foliis rhombeo-oblongis trinerviis glabris obtusis, spicis axillaribus terminalibus subgeminis, caule erecto. myrtifolium.

Habitat in insula St. Crucis. *Pflug.*

Caulis *pedalis, simplicissimus, purpurascens, superne foliosus, flexuosus.* Folia *pollicaria, succulenta, basi acutiuscula, avenia, subtus trinervia.* Petioli *breves.* Pedunculi *longitudine petioli, axillares solitarii, terminales saepe gemini.* Spicae *bi-s-tripollicares, filiformes, acutae.*

86. PIPER foliis oblongis subtus excavato-punctatis, spicis compressis paucifloris, floribus distantibus. † crystallinum.

Peperomia crystallina; foliis oblongis subtus excavato-punctatis, spicis oppositifoliis compressis. *Fl. per.* 1. *p.* 30.

Habitat in collibus Limae.

Caulis *pedalis, dichotomus, tetragonus, fragilis, hyalinus, striis rubris maculatus; geniculis ciliatis.* Folia *sessilia, unicum ad singulam dichotomiam, hinc oblonga, inde oblongo-ovata, glabra, supra punctis convexis acuminatis adspersa.* Spicae *filiformes, longitudine fere foliorum, versus ea declinatae, decemflorae.* Planta *odoratissima, odore anisi simillimo.* Fl. per. *l. c.*

87. PIPER foliis ovato-oblongis acuminatis obscure multinerviis, spicis longissimis pendulis. macrostachyon.

Habitat in Cajenna. *Richard.*

Caulis *erectus, crassitie pennae columbinae, glaber, uti tota planta.* Folia *petiolata, remota, subtripollicaria; nervi tenuissimi, plures, alterni, vix venosa.* Petioli *semipollicares.* Spicae *axillares graciles, pedales.* Pedunculus *petiolo brevior.* Baccae *oblongae, sessiles, vix magnitudine seminis Milii.*

alatum. 88. PIPER foliis oblongo-lanceolatis attenuatis quinquenerviis, spicis axillaribus solitariis, terminalibus geminis, caule alato. †

Peperomia alata; foliis lanceolatis quinquenervibus, caule alato, spicis subulatis. *Fl. per.* 1. *p.* 31. *t.* 48. *f. b.*

Habitat in nemoribus Peruviae.

Caules *plures, erecti, pedales, flexuosi, uno latere a geniculo ad geniculum semiteretes, altero plani alati; geniculis purpureis.* Folia *petiolata.* Spicae *palmares, subulatae, fructiferae curvatae.* Bracteae *peltatae.* Fl. per. *l. c.*

acuminatum. 89. PIPER foliis lanceolato-ovatis quinqnenerviis utrinque acutis, spicis terminalibus conjugatis ternisque, caule erectiusculo.

Saururus alius humilis, folio carnoso et acuminato. *Plum. spec.* 51. *Amer.* 54. *t.* 71.

Piper acuminatum; foliis lanceolato-ovatis carnosis. *Lin. syst. veg.* 75.

Peperomia obliqua; foliis oblongo-obovatis obliquis nervosis, spicis furcatis filiformibus. *Fl. per.* 1. *p.* 32. *t.* 51. *f. c.*

Habitat in America *meridionali.*

Caulis *parum ramosus, flexuosus, glaber, uti tota planta.* Folia *sesquipollicaria, succulenta, pallide viridia, utrinque oculo armato punctata; nervi duo parum altiores.* Petioli *semipollicares.* Pedunculi *longitudine petioli, interdum solitarii spicis geminatis, interdum terni spicis solitariis.* Spicae *graciles, pedicellatae, bipollicares, acutiusculae.*

trinerve. 90. PIPER foliis oblongo-ovatis attenuatis utrinque acutis trinerviis, spicis axillaribus solitariis, terminalibus geminis. †

Peperomia trinervis; foliis ovalibus acutis trinervibus, spicis axillaribus solitariis, termi-

nalibus binis erectis tenuibus. *Fl. per.* 1. *p.* 32. *t.* 50. *f. b.*

Habitat in umbrosis montium Peruviae.

Caulis *pedalis, parum divisus, inferne radicans, teres.* Folia *petiolata, parum venosa.* Spicae *filiformes, folio quadruplo longiores, erectae.* Fl. per. *l. c.*

91. PIPER foliis oblongo-ovatis attenuatis utrinque pubescentibus, pedunculis terminalibus polystachyis. † striatum.

Peperomia striata; foliis oblongo-ovatis acutis utrinque pubescentibus, spicis terminalibus compositis. *Fl. per.* 1. *p.* 32. *t.* 52. *f. b.*

Habitat in nemoribus umbrosis Peruviae.

Caulis *pedalis, simplicissimus, radicans, erectus, teres, striatus.* Folia *petiolata, acuta, venosa, pellucido-punctata.* Petioli *subtus striati, supra canaliculati, purpureo punctati, uti pedunculi.* Spicae *in racemo terminali, erectae, longae.* Fl. per. *l. c.*

92. PIPER foliis ovatis venosis acuminatis, spicis axillaribus terminalibusque pendulis. † purpureum.

Peperomia purpurea; foliis ovatis acuminatis venosis, spicis laxis dependentibus. *Fl. per.* 1. *p.* 32. *t.* 49. *f. b.*

Habitat in umbrosis montibus Peruviae.

Caulis *pedalis, erectus, superne divisus, teres, inferne aphyllus, purpureus.* Folia *petiolata, supra purpureo-venosa, subtus purpurea.* Spicae *folio triplo longiores, purpureae.* Bracteae *peltatae.* Fl. per. *l. c.*

Secundum figuram spicae geminatae sunt.

93. PIPER foliis obovatis ovatisque, spicis terminalibus solitariis, caule simplicissimo radicante. † monostachyon.

Peperomia monostachya, foliis ovatis obovatisque, caule simplicissimo, spicis terminalibus solitariis. *Fl. per.* 1. *p.* 33.

Habitat in Peruvia *supra arborum vetustarum truncos.*

Caulis *bipalmaris, teres, glaber.* Folia *petiolata, enervia, supra viridia, subtus purpurea; lineis quinque obscure purpureis, lateralibus brevioribus.* Spicae *cylindricae, erectae.* Fl. per. *l. c.*

distachyon. 94. PIPER foliis ovatis acuminatis quinquenerviis, spicis conjugatis erectis, caule ramoso radicante.

Saururus hederaceus, caulibus maculosis, minor. *Plum. gen.* 51. *Amer.* 51. *t.* 67.

Piper distachyon; foliis ovatis, spicis conjugatis. *Lin. syst. veg.* 75.

Piper distachyon; foliis ovatis acuminatis, spicis conjugatis, caule radicante. *Swartz. obs.* 21.

Habitat in Caribaeis.

Caulis *maculis vel punctis rufis adspersus, compressiusculus.* Folia *bi-sive tripollicaria, interdum pollicaria, avenia, oculo armato utrinque adspersa punctis nigricantibus (an purpureis in vivente?) subtus pallidiora.* Petioli *folio parum breviores, inferne latiores, amplectentes.* Spicae *axillares et terminales, geminatae, cum foliolo ad basin pedicellorum saepe deciduo, bi-quadripollicares, graciles.*

maculosum. 95. PIPER foliis peltatis cordato-ovatis acutis, caule repente. †

Saururus hederaceus, caulibus maculosis, major. *Plum. gen.* 51. *Amer.* 50. *t.* 66.

Piper maculosum; foliis peltatis ovatis. *Lin. syst. veg.* 75.

Peperomia variegata; foliis cordato-ovatis peltatis, spicis geminis. *Fl. per.* 1. *p.* 33. *t.* 52. *f. a.*

Habitat in St. Domingo.

Caules *crassitie semipollicari, glabri, virides, purpureo-maculati.* Folia *pedalia et ultra, crassa, succulenta, pendentia, alternatim nervosa.* Petiolus *maculatus.* Spicae *pedales, semipollicem crassae, rectae.* Plum. *l. c.*

Folia *nitida, supra venis albis, subtus albida.* Fl. per. *l. c.*

hernandifolium. 96. PIPER foliis peltatis ovatis acuminatis enerviis, caule repente.

Habitat in India *occidentali.*

Caulis *crassitie fili emporetici, ramosus, glaber.* Folia *petiolata, bi-s-tripollicaria, glaberrima, crassa, avenia, subtus pallida.* Petioli *folio saepe duplo longiores.* Spicae *axillares, pollicares vel parum ultra, caule tenuiores, solitariae.* Pedunculi *longitudine petioli.*

Quamvis aliquid commune habet cum P. maculoso, et semper mihi sub hoc nomine missum, distinguo tamen cum a figura Plumierii et magnitudine partium et apice foliorum omnino recedit. Vestigium ullum nervorum vel venarum nequidem in planta exsiccata apparet.

97. PIPER foliis oblongis acutis trinerviis, spicis axillaribus. † — pallidum.

Piper pallidum; foliis alternis obovatis subtrinerviis, spicis solitariis subterminalibus. *Forst. prodr. n.* 24.

Habitat in Societatis *insulis.*

98. PIPER foliis distichis ovatis aveniis ciliatis, spica adscendente, caule simplici decumbente. *Swartz. prodr.* 16. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 65. ☥ — tenellum.

Habitat supra truncos, praecipue putridos, inter muscos dependens; in montibus frigidis Jamaicae. ⊙

Caulis *tri-quadriuncialis, simplex, rarissime divisus, decumbens, teres, vix striatus, hirsutiusculus, minutissime rubro punctulatus.* Folia *parva, brevissime petiolata, attenuata, obtusa, enervia, subsucculenta, glabra, subtus pallida.* Spica *terminalis, filiformis.* Squama *subrotunda ad latus germinis.* Stylus *nullus.* Stigma *villosum.* Bacca *pedicellata, magnitudine capitis aciculae minoris: pedicellus germine triplo longior.* Swartz. *l. c.*

99. PIPER foliis ovatis acuminatis, caule declinato radicante ramosissimo. *Swartz. prodr.* 16. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 68. † — glabellum.

Habitat in lapidosis montosis Jamaicae.

Caules *longissimi, conferti, procumbentes l. declinati, teretes.* Folia *acumine longiori terminata, crassiuscula, laevia, quinquenervia.* Petioli *canaliculati, breviusculi, basi rubri.* Spicae *filiformes, erectiusculae, subinde aduncae, terminales et laterales, oppositifoliae, pedunculatae, solitariae vel conjugatae.* Swartz. *l. c.*

Piper scandens. *Prodr.* 16. *hujus varietas est caule simplici.*

100. PIPER foliis alternis obcordatis plano-convexis carnosis, spicis lateralibus, caule repente. ☥ — cordifolium.

Piper cordifolium; foliis obverse cordatis planoconvexis, caule repente: *Swartz. prodr.* 16. *Fl. ind. occid.* 1. *p.*

Habitat in sylvis antiquis Jamaicae, *supra arbores vetustas moribundas.*

Caulis *filiformis*, *scandens*, *radicans*, *divaricatus*, *teres*. Folia *glabra*. Petioli *longiusculi*. Spicae *pedicellatae*, *oppositifoliae*, *filiformes*, *solitariae*, *unciales*. Flores *minutissimi*. Swartz. *l. c.*

retusum. 101. PIPER foliis obovatis retusis, caule repente, spicis terminalibus.

Piper retusum; foliis obovatis retusis. *Lin. suppl.* 97.

Habitat in Cap. bonae spei.

Caules *tenues*, *ramosi*. Folia *petiolata*, *semipollicaria vel minora*, *alternatim nervosa*. Spicae *pedunculatae*, *solitariae*, *pollicares*, *graciles*.

pellucidum. 102. PIPER foliis cordatis acutis, spicis lateralibus terminalibusque, caule procumbente.

Saururus minor procumbens botryitis, folio crasso cordato. *Plum. spec.* 31. *Am.* 5. *t.* 72

Piper foliis cordatis, caule procumbente. *Lin. hort. clif.* 6. *t.* 4.

Piper pellucidum; foliis cordatis petiolatis, caule herbaceo. *Lin. syst. veg.* 75. *Jacqu. obs.* 1. *p.* 15.

Habitat in America *calidiore*. ⊙

Caulis *semipedalis*, *pallidus*, *pellucens*, *ramosus*, *glaber*, *uti tota planta*. Folia *pollicaria vel minora*, *exsiccata obscure subseptemnervia*. Petioli *longitudine foliorum*. Spicae *filiformes*, *sesquipollicares vel minores*, *solitariae*, *rectae*. Pedunculus *brevis*.

scandens. 103. PIPER foliis subrotundo-cordatis acuminatis, caulibus filiformibus repentibus.

Peperomia scandens; foliis cordato-subrotundis acuminatis, caule repente, spicis axillaribus solitariis. *Fl. per.* 1. *p.* 32. *t.* 51. *f. b.*

Habitat in Peruviae *nemoribus. Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *ramosissimus*, *teres*, *glaber*. Folia *semipollicaria*, *carnosa*, *obscure quinquenervia*, *glabra*, *subcarnosa*. Petioli *folio parum longiores*. Spicae *axillares*, *pedunculatae*, *folio longiores*.

104. PIPER foliis subrotundis obtuso-subacuminatis transversimque ovalibus, caule repente. serpens.

Piper serpens; foliis subrotundo-acutis planis discoloribus, caule repente. *Swartz. prodr.* 16. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 69.

Habitat in petrosis sylvaticis muscosis Jamaicae *frigidioris*, in Portorico. *West.*

Caules *filiformes*, *parum ramosi*, *glabri*. Folia *petiolata*, *semipollicaria*, *latiora quam longa*, *saepe acumine brevissimo terminata*, *interdum rotundata*, *subsucculenta*, *basi saepe subtransversa*, *avenia*, *sicca obscure quinquenervia*, *oculo armato rare pilosa*. Petioli *longitudine foliorum*. Spicae *axillares et terminales*, *solitariae*, *semipollicares*. Pedunculi *folio longiores*.

105. PIPER foliis subrotundis planis carnosis, spicis terminalibus, caule repente. *Swartz. obs.* 120. rotundifolium.

Saururus repens, folio orbiculari nummulariae facie. *Plum. spec.* 51. *Amer.* 52. *t.* 69.

Piper rotundifolium; foliis orbiculatis solitariis carnosis. *Lin. syst. veg.* 75.

Habitat in Americae *calidioris montosis muscosis.*

Caules *repentes*, *undique radiculas exserentes*, *filiformes*, *teretes*, *longissimi*. Folia *remota*, *parva*, *subsucculenta*, *enervia*, *margine pubescentia*, *subtus maculis rubris guttata*; *suprema oblongiuscula*, *glabra*. Petioli *longitudine foliorum*. Spicae *breviter pedunculatae*, *teretes*, *solitariae*, *parvae*. Swartz. *l. c.*

106. PIPER foliis subrotundis petiolatis tenuissimis superne hirtis, caule erectiusculo. *Swartz. prodr.* 15. *Ic. t.* 4. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 63. hispidulum

Habitat in nemorosis humidis montium altissimorum coeruleorum Jamaicae. ⊙

Caulis *tri-vel quadriunciatis*, *subdivisus*, *geniculatus*, *diffusus*, *teres*, *striatus*, *glaber*, *pellucidus*, *fragilis*; *ramuli oppositifolii*. Folia *basi emarginata*, *venosa*, *supra viridia*, *setis raris pallidis pellucidis hispidula*, *punctata*, *inferne glaberrima*, *pallidiora*, *tenerrima*. Petioli *breves*. Spicae *minutae*, *pedunculatae*, *oppositifoliae*, *solitariae*. Flores *distantes*. Squamae *ad basin germinis*, *vix visi-*

biles. Germen *hispidum.* Stylus *crassus.* Bacca *pedicellata*, *magnitudine aciculae minoris*, *subrotunda*, *nigra*, *hirsutiusculo-hispida.* Swartz. *l. c.*

nummularifolium. 107. PIPER foliis orbiculatis convexo-concavis margine pilosis, caule filiformi repente.

Piper nummularifolium; foliis orbiculatis convexo-concavis, caule filiformi repente radicante. *Swartz. prodr.* 16. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 72.

Habitat in ramis arborum antiquarum Jamaicae *interioris.*

Caules *longissimi*, *bi-tripedales*, *saepe capillares*, *glaberrimi.* Folia *petiolata*, *supra convexa*, *subtus concava*, *nitida*, *subsucculenta.* Spicae *terminales*, *pedunculatae.*

A. P. thymifolio dignoscitur omnibus partibus duplo minoribus, *foliis margine interdum supra pilis minutis adspersis.*

——— *Foliis oppositis verticillatisve.*

alsinoides. 108. PIPER foliis lanceolato-oblongis oppositis petiolatis subtus quinquenerviis, spicis subglobosis, caule filiformi repente.

Piper alsinoides; foliis ovato-oblongis petiolatis oppositis subtus quinquenerviis, spicis brevibus axillaribns. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 82.

Habitat in Carolina. *Lamarck.*

Folia *semipollicaria*, *utrinque acutiuscula*, *glaberrima*, *pallide viridia.* Petioli *longitudine fere folii.* Pedunculi *axillares*, *solitarii*, *petiolo breviores.* Spicae *magnitudine seminis Coriandri.* Spathae *lanceolatae*, *pedunculo breviores.*

pubescens. 109. PIPER foliis oblongis enerviis oppositis, spicis axillaribus solitariis, caule pubescente erecto.

Habitat — — — *Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *pedalis* Folia *pollicaria*, *obtusiuscula*, *avenia*, *enervia*, *oculo armato punctata*, *supra et subtus costa villosa*, *coeterum glabra.* Petioli *unguiculares*, *margine villosi.* Pedunculi *axillares*, *longitudine folii.* Spicae *bipollicares*, *graciles.*

110. PIPER foliis oblongis acutis enerviis oppositis humile. caulibusque erectis villosis.

Habitat in insula St. Crucis. *West.*

Caulis *basi repens, demum erectus, spithamaeus, tetragonus, superne parum divisus:* Rami *simplicissimi, breves.* Folia *semipollicaria, utrinque villosa, subtus pallidiora.* Petioli *folio quadruplo breviores.* Spicae *terminales, solitariae vel geminae, bipollicares, filiformes.* Pedunculi *semipollicares.*

Accedit ad P. tenellum, at folia opposita, nec margine ciliata.

111. PIPER foliis elliptico-ovatis coriaceis acuminatis quinquenerviis, spicis pendulis geminatis, caule radicante tetragono. † tetragonum.

Peperomia tetragona; foliis oblongis quinquenerviis acutis, spicis terminalibus geminis longissimis. *Fl. per.* 1. *p.* 31. *t.* 47. *f. a.*

Habitat in nemoribus Peruviae.

Caulis *pedalis, inferne divisus, dilute purpureus, punctatus.* Folia *brevius petiolata, alterum parum minore, opposita, utrinque acuta, margine reflexa.* Spicae *fere pedales.* Spathae *oppositae, lanceolatae, carinatae, acutae, deciduae.* Bracteae *peltatae.* Fl. per. *l. c.*

112. PIPER foliis oppositis ternisque oblongo-lanceolatis acuminatis coriaceis septemnerviis, spicis subsolitariis, caule radicante tereti. † septemnerve.

Peperomia septemnervia; foliis lanceolatis septemnerviis coriaceis, spicis subulatis folio longioribus. *Fl. per.* 1. *p.* 31. *t.* 47. *f. c.*

Habitat in nemoribus Peruviae.

Caules *plurimi, pedales, erecti, dichotomi, teretes; geniculis purpureis.* Folia *plerumque opposita, rarius terna; alterum parum brevius, petiolata.* Spicae *axillares solitariae, terminales solitariae vel ternae, folio longiores subulatae, curvatae.* Bracteae *peltatae.* Fl. per. *l. c.*

113. PIPER foliis obovatis trinerviis subtus pubescentibus, spicis ternis intermedia longissima. *Fl. per.* 1. *p.* 31. (Peperomia pubescens.) † saxicolum.

Habitat in umbrosis montibus Peruviae.

Caulis *bipedalis*, *erectus*, *teres*, *ramosus*, *pubescens*. Folia *petiolata*, *supra glabra*. Spicae *axillares*. Bracteae *peltatae*, *carnosae*. Fl. per *l. c.*

ellipticum. 114. PIPER foliis obovato-subrotundis glabris oppositis, spicis terminalibus solitariis.

Piper ellipticum; foliis oppositis ovato-subrotundis petiolatis enerviis, spicis terminalibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 83.

Habitat in insula Borboniae. *Commerson, Thouin.*

Caulis *procumbens? glaber.* Folia *petiolata*, *inferiora remotissima*, *sesquipollicaria*, *superiora minora*, *crassa*, *basi acuta*, *apice rotundata*; *nervi tres-vel quinque e basi orti*, *obscuri.* Petiolus *semipollicaris.* Spicae *biquadripollicares*, *rectae.* Pedunculi *bipollicares vel parum ultra.* Baccae *minutae*, *subglobosae.*

portulaccoides. 115. PIPER foliis oppositis ultimis ternis oblongis obovatisque glabris, caule repente.

Piper portulaccoides; foliis oppositis ovatis obtusis enerviis utrinque laevibus, spicis axillaribus et terminalibus. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 82.

Habitat in sylvis insulae Mauritii. *Commerson. Ex herbario Jussiaei.*

Rami *interdum ternati*, *teretes*, *glabri.* Folia *petiolata*, *sesquipollicaria vel minora*, *obtusissima*, *basi acuta*, *inferne interdum pilis raris ciliata*, *crassiuscula*, *glaberrima*, *subtus nervis tribus obliteratis*, *oculo armato utrinque punctata.* Spicae *axillares et terminales*, *solitariae*, *geminae vel ternae*, *pedunculatae*, *pollicares*, *tenues.* Pedunculus *folio longior.*

concavum. 116. PIPER foliis oppositis quaternisque ovalibus sessilibus quinquenerviis subtus convexis, spicis terminalibus solitariis. †

Peperomia concava; foliis oppositis verticillatisque ovalibus quinquenerviis subtus convexis, spicis terminalibus solitariis. *Fl. per.* 1. *p.* 31. *t.* 46. *f. c.*

Habitat in Peruviae *nemoribus.*

Caules *plures*, *bipalmares*, *erecti*, *teretes*, *purpureo-lineati.* Folia *supra concava*; *nervi purpurei.* Spicae *palmares*, *erectae*, *purpureae.* Bracteae *peltatae.* Fl. per. *l. c.*

117. PIPER foliis oppositis terminalibus ternis quaternisque subrotundis oblongisque glabris, caulibus filiformibus repentibus. serpyllifolium.

Piper nummularium; foliis inaequaliter orbiculatis subsessilibus alternis crebris, caule filiformi punctato repente. *Lamarck. illustr.* 1. *p.* 92.

Habitat in insula Mauritiana. *Commerson. Ex herbario Jussiaei.*

Caulis *ramosus, uti tota planta glaberrimus.* Folia *parva, interdum vix semiunguicularia, plerumque subrotunda, interdum subrotundo-oblonga, basi acuta, subavenia, enervia.* Spicae *terminales, solitariae, pedunculatae, pollicares, graciles.*

118. PIPER hirsutum, foliis ovatis oppositis ternisque subsessilibus, spicis pedunculatis folio longioribus, caule repente. tomentosum.

Habitat in sylvis montium supra truncos arborum Java. *Commerson. Ex herbario Jussiaei.*

Caules, *uti reliquae partes plantae molliter villoso-hirsuti.* Folia *vix petiolata, subpollicaria, opposito parum minore, obtusiuscula, carnosa, enervia.* Pedunculi *ex singulis axillis superioribus et apice, axillares solitarii, terminales terni.* Spicae *erectae, pollicares vel parum ultra*

119. PIPER foliis ternis subrotundis, caule repente. trifolium.

Saururus hederaceus triphyllus, folio rotundo. *Plum. gen.* 51. *Amer.* 52. *t.* 68.

Piper trifolium, foliis ternis subrotundis. *Lin. syst. veg.* 75.

Habitat in America.

Folia *unguicularia, basi parum acuta, obscure trinervia.*

120. PIPER foliis lineari-oblongis obtusis, summis verticillatis, caule filiformi repente. filiforme.

Swartz. prodr. 1. *Icon. t.* 1. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 73.

Habitat inter muscos ad radices arborum in montibus altis Jamaicae.

Caulis *longissime repens, subdivisus, tetragonus, glaber, striato-maculatus:* Rami *breves, adscendentes, laxi.* Folia *parva, petiolata, in-*

ferne opposita, decussata, apice quaterna, subtus pallide rubro-maculata, utrinque glabra. Spicae *terminales, pedunculatae, solitariae.* Squama *subrotunda ad latus filamentorum.* Stylus *nullus.* Stigma *villosum.* Bacca *oblonga, minuta.* Swartz. *l. c.*

pulchellum. 121. PIPER foliis quaternis subsessilibus oblongis enerviis, spicis terminalibus, caule erecto.

Piper pulchellum; foliis quaternis subsessilibus oblongis enerviis integerrimis, spicis terminalibus. *Hort. kew.* 1. *p.* 50.

Habitat in Jamaica. ♃

Caulis *semipedalis:* Rami *alterni, filiformes, altitudine fere caulis, superne oculo armato pubescentes.* Folia *brevissime petiolata, unguicularia, obtusiuscula, subtus pallidiora.* Spicae *plures, filiformes, semipollicares.*

pereskiefolium. 122. PIPER foliis ternis quaternisque oblongis trinerviis, spicis terminalibus solitariis. †

Piper pereskiaefolium; caule subherbaceo erecto; foliis verticillatis lanceolatis trinerviis glabris coriaceis. *Jacqu. coll.* 4. *p.* 126. *Ic. rar.* 2. *t.* 212.

Habitat in insula Venezuela. ♃

Glabrum, insipidum, inodorum. Caules *plures, crassitie calami, erectiusculi, non radicantes, debiles, ramosuli, adulti aphylli, teretes, pedales et ultra, modo virentes, modo sordide purpurascentes; juniores subangulati:* Rami *dichotomi vel trichotomi.* Folia *saepius terna, breviter petiolata, subbiuncialia, late lanceolata, acuta, utrinque ad lentem punctata, subcarnosa.* Petioli *supra rubentes.* Spicae *graciles, erectae, triunciales: pedunculus unicialis, rubellus.* Bracteae *oblongae.* Germen *ovatum: stigma minutum.* Jaqu. *l. c.*

Jacquinus *dubitat, numne eadem sit ac P. verticillatum Lin. et forte modo uti planta culta a spontanea discrepans.*

blandum. 123. PIPER foliis ternis quaternisque elliptico-lanceolatis trinerviis cauleque erecto villosis.

Piper blandum; caule herbaceo erecto; foliis ternis lanceolatis trinerviis facie glabris, utrinque ad oras villosulis. *Jaqu. collect.* 3. *p.* 210. *Ic. rar.* 2. *t.* 218.

Habitat ad Carracas. ♃

Caules *plures*, *sesquipedales*, *crassitie calami*, *carnosi*, *teretes*, *superne flexuosi*, *ramosi*: Rami *alterni*, *oppositi vel terni*. Folia *remota*, *bipollicaria*, *inaequalia*, *utrinque acuta*, *crassula*, *rare villosa*, *supra subvenosa*, *subtus avenia*, *pallida*, *margine sanguinea*; *inferiora minora*, *subtus tota sanguinea*. Petioli *semipollicares*. Spicae *axillares et terminales*, *ternae*, *bi-s-quadripollicares*, *interdum longissimae*. Pedunculus *pollicaris et ultra*, *villosus*. Squama *ad basin germinis orbicularis*. Germina *oblongo-subglobosa*. ✲

124. PIPER foliis subquaternis petiolatis ellipticis obtusis trinerviis, spicis axillaribus terminalibusque verticillatis, caule erecto. **verticillatum.**

Saururus erectus minor, foliis orbiculatis verticillatis tumentibus, spicis terminalibus. *Brown. jam.* 204.

Piper verticillatum; foliis verticillatis ovatis trinerviis. *Lin. amoen. acad.* 5. *p.* 391.

Habitat in Jamaica. ♃

Caulis *palmaris vel parum ultra*, *ramosus*. Folia *breviter petiolata*, *semipollicaria*, *plerumque quaterna*, *interdum terna*. Spicae *axillares et terminales*, *terni vel quaterni*, *interdum longitudine folii*, *interdum longiores*, *filiformes*.

125. PIPER foliis quaternis rhombeo-oblongis enerviis subtus convexis, spicis terminalibus solitariis. † **rhombeum.**

Peperomia rhombea; foliis quaternis oblongo-rhombeis, spicis terminalibus solitariis. *Fl. per.* 2. *p.* 31. *t.* 46. *f. c.*

Habitat in sylvis Peruviae *supra saxa et arbores*.

Caules *plures*, *bipalmares*, *erecti*, *aliquando procumbentes*, *radicantes*, *bifidi*, *teretes*. Folia *breviter petiolata*, *patentia*, *supra plana*, *purpurascentia*. Spicae *erectae*, *purpureae*. Bracteae *peltatae*. Fl. per. *l. c.*

126. PIPER foliis quaternis sessilibus rhombeo-subrotundis reflexis, caule repente. **reflexum.**

Piper reflexum; foliis quaternis ovatis obtusis reflexis, caule sulcato. *Lin. suppl.* 91.

Piper tetraphyllum foliis quaternis rhombeis sessilibus carnosis. *Forst. prodr. n.* 25.

Habitat in India *occidentali*, Cap. b. spei *et insulis* maris pacifici.

Caules *sulcati, angulati, ramosi, filiformes, glabri.* Folia *brevissime petiolata, vix unguicularia, carnosa, glabra, avenia.* Spicae *terminales, longitudine folii, graciles.* Pedunculi *pollicares.*

Specimen quod benevolentiae Cel. Swartzii debeo parum discrepat a speciminibus Forsteri, foliis oblongis vel ovalibus ac minus rotundis.

polystachyon. 127. PIPER foliis ternis quaternisque rhombeo-subrotundis petiolatis trinerviis pubescentibus, ramis erectis.

Piper obtusifolium. *Jacqu. collect.* 1. *p.* 141. *Ic. rar.* 1. *t.* 9.

Piper polystachyon; foliis verticillatis rhombeo-ovatis integerrimis petiolatis trinerviis pubescentibus. *Hort. kew.* 1. *p.* 49.

Habitat in Jamaica, *insula* St. Crucis. ♃

Caules *repentes, pedales, penna columbina parum crassiores, succulenti, teretes, purpurei, glabri:* Rami *verticillati, quaterni.* Folia *inferiora opposita, in ramis plerumque quaterna, pollicaria vel parum ultra, rhombeo-subrotunda vel obovata, utrinque villis raris pubescentia, praesertim margine, subtus pallidiora.* Petioli *semipollicares.* Spicae *terminales, solitariae ad quatuor, erectae, bipollicares, graciles.* ✲

brachystachyon. 128. PIPER foliis ternis quaternis quinisque subrotundo-obovatis subtus convexis, spicis oblongis, caule repente. †

Peperomia filiformis; foliis verticillatis subrotundo-obovatis, spicis terminalibus oblongis brevibus. *Fl. per.* 1. *p.* 31. *t.* 47. *f. b.*

Habitat in nemoribus Peruviae *supra saxa et arbores.*

Caulis *filiformis, purpureus:* Rami *oppositi vel alterni.* Folia *saepe terna, interdum quaterna vel quina, breviter petiolata, supra plana.* Spicae *terminales, solitariae, breves.* Bracteae *peltatae.* Fl. per. *l. c.*

obversum. 129. PIPER foliis ternis petiolatis obovatis emarginatis glabris, caule repente. *Ecl. amer.* 1. *p.* 5. (obovatum.)

Habitat in Montserrat. *Ryan.*

Caulis *ramosus*: Rami *diffusi*, *crassitie fili emporetici tenuioris*, *radicantes*, *alterni*, *infimi interdum oppositi*, *uti tota planta glabri*, *fusci*. Folia *unguicularia vel minora*, *obovato-subrotunda*, *basi acuta*, *obscure trinervia*, *avenia*. Spicae *terminales*, *solitariae*, *tripollicares*, *crassitie ramorum*, *rectae*. Pedunculus *unguicularis*.

130. PIPER foliis quaternis cuneiformibus obovatis emarginatis subsessilibus, spicis solitariis, caule erecto. *Swartz. obs.* 22. † quadrifolium.

Saururus repens tetraphyllus, folio crassiore. *Plum. ic.* 218. *t.* 242. *f.* 2.

Piper quadrifolium; foliis quaternis cuneiformibus sessilibus. *Lin. syst. veg.* 76.

Habitat in Americae *meridionalis montibus nemorosis altissimis.*

Caulis *semipedalis*, *subdivisus*, *strictus*, *laevis*, *crassus*. Folia *breviter petiolata*, *obcordata*, *paululum concava*, *crassiuscula*, *glaberrima*. Spicae *terminales*, *pedunculatae*, *solitariae*, *unciales*, *teretes*, *albidae*, *crassiusculae*. Pedunculi *breves*. Swartz. *l. c.*

131. PIPER foliis quaternis quinis senisque obovatis subsessilibus reflexis subemarginatis, spicis terminalibus subquaternis. † inaequalifolium.

Peperomia inaequalifolia; foliis verticillatis obovatis, floralibus majoribus, spicis terminalibus subquaternis. *Fl. per.* 1. *p.* 30. *t.* 46. *f. a.*

Habitat in Lima.

Fragrantissima. Caulis *subpedalis*, *erectus vel repens*, *teres*. Folia *caulina terminalibus crassiora*, *minora*. Spicae *subulatae*, *duo ad quinque*, *exteriores breviores*, *erectae*. Fl. per. *l. c.*

132. PIPER foliis ternis quinisque oblongis acuminatis trinerviis glabris, caule erecto. *Swartz. prodr.* 16. *Fl. ind. occid.* 1. *p.* 74. † stellatum.

Habitat in sylvis umbrosis alpium Jamaicensium.

Caulis *teres*, *pubescens*, *interdum ferrugineus*: Rami *oppositi*. Folia *petiolata*, *acumine obtuso terminata*, *subtus pallidiora*, *vix succulenta*. Spicae *terminales*, *longae*, *quatuor vel quinque conjugatae*, *filiformes*, *laxae*. Flores *minutissimi*. Squama *ovata*, *glabra*, *germen*

obtegens. Germen *ovatum:* Stigma *sessile*, *obliquum*, *villosum.* Bacca *sessilis*, *oblonga.* Swartz. *l. c.*

foliiflorum. 133. PIPER foliis umbellatis cordatis basi floriferis, spicis aggregatis. *Fl. per.* 1. *p.* 29. *t.* 45. *f. c.* (Peperomia foliiflora.) †

Habitat in montibus nemorosis Peruviae.

Caulis *semipedalis*, *erectus*, *simplex*, *apice foliosus*, *teres*, *lineis purpureis maculatus.* Folia *octo ad decem*, *petiolata*, *inaequalia*, *repanda*, *nervosa*, *venosa.* Spicae *e basi foliorum*, *sensim minores.* Flores *distantes.* Bracteae *globosae.* Fl. per. *l. c.*

*** *Acaules.*

umbilicatum. 134. PIPER foliis peltatis orbiculatis enerviis.

Peperomia umbilicata; radice tuberosa, foliis peltatis orbiculatis aveniis umbilicatis, scapo laxo. *Fl. per.* 1. *p.* 30. *t.* 45. *f. b.*

Habitat in collibus Limae. *Dombey. Ex herbario Thouinii.*

Folia *radicalia*, *plurima*, *unguicularia*, *subtus albida*, *nitida*, *glabra.* Petioli *sesquipollicares*, *filiformes.* Scapi *petiolo parum crassiores*, *palmares*, *erecti*, *simplicissimi.* Flores *distantes.* Bracteae *ovatae.*

scutellaefolium. 135. PIPER foliis peltatis ovatis concavis nervosis. †

Peperomia scutellaefolia; radice tuberosa, foliis peltatis scutellaeformibus nervosis, scapo erecto. *Fl. per.* 1. *p.* 29. *t.* 44. *f. b.*

Habitat in Peruviae *collibus.*

Radix *tuberosa*, *globosa.* Folia *radicalia*, *quinque-vel septemnervia*, *glabra*, *supra punctata*, *subtus purpurascentia.* Petioli *longi*, *teretes*, *purpurascentes.* Scapi *sesquipalmares*, *erecti*, *filiformes*, *superne incrassati.* Flores *distantes.* Bracteae *ovatae*, *concavae*, *carnosae.* Fl. per. *l. c.*

*** *Obscurum.*

pinnatum. 136. PIPER foliis ovatis pinnatis, caule erecto aculeato. *Lour. fl. cochin.* 31. †

Habitat in China. ♄

Caulis *fruticosus*, *ramosissimus*; *aculei multi*, *breves*, *incurvi.* Folia *trijuga*, *subsessilia*,

acuminata, undulata, integerrima, venosa, nitida. Racemi *parvi, subterminales.* Lour. *l. c.*
Planta dubia et vix hujus generis. Flores *non vidit* Loureiro.
Habitus. Caulis *teres.* Folia *simplicia, indivisa, integerrima.* Spicae *laterales et terminales, pedunculatae, simplices, teretes.* Flores *minuti, conferti.* Spathae *caducae.* Species *primae sectionis gaudent:* Caule *fruticoso, scandente, ramoso, articulato; geniculis plus minusve nodosis, saepe radicantibus.* Foliis *petiolatis, alternis; in aliis nervi alternatim e costa longitudinaliter oriuntur, hi mihi venoso-nervosi; in aliis fere omnes e basi, hi mihi nervosi dicuntur.* Petiolis *canaliculatis, basi amplectentibus.* Spicis *oppositifoliis, plerumque solitariis.*
Secundae sectionis: Caule *herbaceo, carnoso, articulato, geniculis aequalibus.* Spicis *axillaribus vel terminalibus.*
Pipera *et* Peperomias *Flor. peruvianae genere conjunxi, differentiae enim haud magni ponderis sunt.* Stigma *tantum unicum sessile in variis Piperibus adest, uti stigmata plura in variis Peperomiis inveniuntur. Squamae ad latus florum, quae ab autoribus* Fl. per. *tubercula dicuntur, variae indolis sunt in* Peperomiis, *in plurimis saepe consimiles* Piperum. *Sic potius nomen squamae quam tuberculi merentur.*
Quod spathae in Peperomiis *vel alius figurae sunt vel breviores quam in* Piperibus, *potius nota speciei est, quam generis.*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 7. *Mangifera* indica, adde: ad finem lineae 8:
Jacqu. collect. 4. *p.* 96. *Ic. rar. vol.* 2. *t.* 337.
Petala *nectario inserta, striis glaucis colorata.* Nectarium *glandulae quinque coalitae., germen ad dimidium cingentes, staminiferae.* Stylus *lateralis.* Röttler, in litteris.
Petala *albida, intus pilosiuscula, inferne striis tribus elevatis luteis instructa. Jacq. l. c.*

Pag. 20. n. 19. PLILLYREA lege *Phillyrea.*

Pag. 30. JASMINUM glaucum, adde ad finem lineae 8:
Venten. hort. cels. 55. *t.* 55.

Pag. 38. SYRINGA persica adde ad finem lineae 1:
Curt. mag. 14. *t.* 486.

Pag. 41. OLEA americana *ad finem descriptionis: dioisi* lege *dioici.*

Pag. 56. VERONICA foliosa.
β. nitida, *Ehrharti huc pertinet secundum* Schrader.
Veronica maritima β. *Wilden. spec. pl.* 1. 55.

3-9 glabra. VERONICA foliis oppositis ternis subcordato-lanceolatis simpliciter serratis caulequе glabris serraturis remotis subaequalibus. *Schrad. com. sup. ver. n.* 10. *t.* 1. *f.* 4. †
Veronica glabra. *Ehrharti.*
Habitat — — —
Caules *et foliorum glabritie facile ab affinibus distinguitur.*
Differt praecipue a Ver. arguta: Caule *plerumque altiore:* Foliis *ternis subcordato-lanceolatis, paulo angustioribus, longioribus, latius et magis aequaliter serratis. A.* Ver. longifolia *praeter glabritiem est diversa:* Foliis *acutis nec acuminatis, apice subintegerrimis; serraturis latioribus, simplicibus, subaequalibus.* Schrad. *l. c.*
Folia *basi magis vel minus cordata; variat etiam foliis quaternis et floribus albis rubrisve.* Petioli

ciliati sunt, bracteae, pedicelli et calyces pubescenti-tomentosi, sed minus ac in reliquis. Schrad. *l. c.*

Pag. 57. VERONICA spuria, adde:

Veronica spuria; foliis ternis quaternisve subsessilibus lanceolatis simpliciter serratis, serraturis aequalibus. *Schrad. com. sup. ver. n.* 19. *t.* 2. *f.* 4.

8-9 media. VERONICA foliis oppositis ternisve lanceolatis acutis serratis caulesque pubescenti-tomentosis, serraturis approximatis inaequalibus. *Schrad. com. sup. veron. n.* 8. *t.* 1. *f.* 2. †

Veronica longifolia. *Roth. germ. 2. p. 1. p. 7. Möench. meth.* 433.

Habitat ad sepes, in pratis humidis Carnioliae, Wetterawiae *prope* Francfurtum ad Moenum *et* Gronau.

Media quasi inter Ver. argutam *et* australem. *A* Ver. arguta, *cui altitudine et foliorum forma proxima est, differt:* Foliis *inaequaliter serratis, serraturis approximatis. A.* Ver. australi: Caule *altiore:* Foliis *exacte lanceolatis, nec ovato-lanceolatis, duplo longioribus, acutioribus: ab utraque:* Foliis *saepe ternis et ad apicem usque serratis, nec apice integerrima. Superficies, inprimis superioris caulis partis, magis vel minus pubescenti-tomentosa.* Bracteae *calycem plerumque aequant, sublinde superant.* Calycis *laciniae in aliis ovato-lanceolatae, acutae, capsula breviores, in quibusdam lineari-lanceolatae, acutiores, capsulam aequantes.* Culta *variat secundum locum caule bi-quadripedali, foliis plus minus acuminatis, nec non foliorum substantia tenuori et crassiori.* Schrad. *l. c.*

Pag. 59. VERONICA longifolia adde:

Veronica longifolia; foliis oppositis ternis quaternisve cordato-lanceolatis acuminatis duplicato-serratis cauleque pubescenti-tomentosis. *Schrad. com. sup. ver. n.* 11. *tab.* 2. *f.* 1.

Sequentes varietates enumerat.

α. foliis oppositis.

Veronica longifolia. *Lin. fl. suec. n.* 9.

Veronica Schreberi. *Baumg. lips. n.* 12.

β. foliis ternis.

Veronica maritina. *Flor. dan.* 374. *Roth. fl. germ. aeque ac variorum auctorum.*

Veronica spuria *Pollichii et Schranckii.*
γ. foliis quaternis.
Veronica quadrifolia. *Schkuhr. hand.* 1. *p.* 9.
Synonymia *igitur frequenter ab Auctoribus ad* Ver. maritimam *allata, huc secundum* Schrader *referenda.*

9-10 arguta. VERONICA foliis lanceolatis acutis simpliciter serratis apice integerrimis, serraturis remotis aequalibus. *Schrad. com. sup. Ver. n.* 7. *t.* 2. *f.* 2. †
Habitat — — —
Caules *bipedales altioresve, erecti, superne divisi, rarius simplices, pubescenti-tomentosi.* Folia *deflexa, plana, in petiolum brevem attenuata; serraturis latiusculis, supra nudiuscula, subtus, inprimis secundum nervos, magis vel minus pubescentia.* Racemi *palmares, semipedales, erecti.* Bracteae *lanceolatae, pedicello longiores.* Calycis *laciniae lanceolatae, uti bracteae obsolete pubescentes.* Capsula *subrotundo-ovata, apice emarginata.* Schrad. *l. c.*
Variat caule graciliori et foliis duplo angustioribus. Schrad.

9-10 australis. VERONICA foliis ovato-lanceolatis simpliciter serratis apice integerrimis cauleque pubescentibus, serraturis approximatis inaequalibus. *Schrad. com. sup. Ver. n.* 9. *t.* 2. *f.* 3. †
Habitat in Europa *australi.*
Caules *sesquipedales, bipedales, erecti, simplices vel superne divisi, uti folia et reliquae partes pube tenui obtecti.* Folia *radicalia et primi anni ovata, obtusa, serraturis longioribus et obtusioribus: caulina breviter petiolata, deflexa, plana, serraturis simplicibus, inaequalibus: summa angustiora, acutiora.* Spicae *tri-quadriunciales et longiores.* Flores *coerulei.* Bracteae *lanceolatae, inferne calyce parum longiores, superne aequantes.* Calycis *laciniae lanceolatae.* Capsula *subrotundo-ovata, leviter emarginata.* Schrad. *l. c.*
Differt a Ver. arguta: Foliorum *serraturis inaequalibus, approximatis. A.* Ver. longifolia: Foliis *apice integerrimis. Ab utraque diversa:* Caule *plerumque humiliori:* Foliis *duplo fere latioribus, ovato-lanceolatis, nec lanceolatis ut*

in Ver. arguta, *neque cordato-lanceolatis, ut in* longifolia. Schrad.

Pag. 59. VERONICA neglecta adde:

Veronica canescens; foliis serratis cauleque canescenti-tomentosis: radicalibus petiolatis oblongis obtusis; caulinis oppositis alternisve lanceolatis utrinque attenuatis. *Schrad. com. sup. ver. n.* 3.

Pag. 60. VERONICA spicata *huc pertinet secundum* Schrader

VERONICA orchidea. *Crantz. austr.* 333.

Ad varietatem *β.*

Veronica hybrida. *Schmidt. Bohem. n.* 8. *Krock. sil. n.* 11. *et reliquorum scriptorum florae germanicae.*

13-14 villosa. VERONICA foliis oblongo-ovatis inciso-serratis, cauleque subvillosis. *Schrad. com. sup. ver. n.* 13. *t.* 1. *f.* 3. †

Habitat — — —

Caules *pedales, sesquipedales, ex procumbenti erecti, simplices, uti reliquae partes plus minusve e villo molli canescentes.* Folia *petiolata, patentia, apice reflexa, crassiuscula, supra rugosa, supra nitida, subtus, inprimis secundum nervos, evidentius villosa: inferiora ovata, obtusa; reliqua oblongo-ovata, acutiora; superiora sensim minora, in petiolum brevem sensim attenuata.* Spica *ratione plantae longa, erectiuscula, saepius flexuosa; reliquae more congenerum minores.* Flores *coerulei.* Bracteae *lineari-lanceolatae, inferne calyce longiores, superne aequantes.* Calycis *laciniae ovato-lanceolatae.* Capsula *calyce parum major, subrotunda, emarginata.* Schrad. *l. c.*

Pag. 61. VERONICA laciniata, adde:

Veronica laciniata; foliis subfasciculatis brevibus petiolatis linearibus pinnatifidis, racemo subsolitario, laciniis calycinis oblongo-ovatis. *Schrad. com. sup. ver. no.* 19.

Caules *pedales, sesquipedales, erecti toti aut basi paulo decumbentes, simplices, pubescenti-tomentosi.* Folia *subfasciculata, patenti deflexa, breviter petiolata, linearia, pinnatifida; laciniis lanceolatis aut lineari-lanceolatis, acutis, inaequalibus, pube levi adspersa, inprimis subtus.* Racemus *erectiusculus, plerumque solitarius, semi-*

pedalis et ultra; floribus remotiusculis, solitariis, subinde geminis. Bracteae *lineares, inferiores pedicellis longiores, superiores subaequantes.* Calyx *quinquefidus; laciniis ovatis, acutis.* Corolla *coerulea.* Capsulae *calycem aequantes, subrotundo-ovatae, emarginatae.* Schrad. *l. c.*

In planta culta caulis altior, folia confertiora, racemi plures, calyx plerumque quadrifidus. Schrad.

Pag. 68. VERONICA decussata. adde ad finem lineae 7: *Curt. mag. 7. t. 242.*

Pag. 72. VERONICA parviflora, lege VERONICA *parvifolia.*

Pag. 173. CALCEOLARIA Fothergillii. adde ad finem lineae 8: *Curt. mag. 10. t. 348.*

Pag. 193. n. 9. PINGUICULARIA. lege PINGUICULA.

Pag. 203. UTRICULARIA tenuis. *Cavan. non differt secundum Auctores fl. per. ab Utr. aphylla.*

Pag. 216. ZIZIPHORA picata. lege ZIZIPHORA *spicata.*

Pag. 225. n. 2. SALVIA frugifera, lineae 11. lege *fragifera.*

Pag. 231. SALVIA aurea. adde ad finem lineae 8: *Curt. mag. 6. t. 182.*

Pag. 236. SALVIA leonuroides. adde ad finem lineae 9: *Curt. mag. 11. t. 376.*

Pag. 238. n. 37. SALVIA incarnata, lege SALVIA *elegans.*

Pag. 262. SALVIA indica, adde ad finem lineae 3: *Curt. mag. 11. t. 395.*

Pag. 275. SALVIA compressa, adde:
Salvia compressa; foliis ovali-oblongis, crenatis, rugosis; verticillis summis sterilibus; calycibus fructiferis coloratis, compressis. *Vent. hort. cels. 57. t. 57.*

INDEX.

A.

Acaena adscendens 297
argentea . 295
cylindristachya 297
elongata . 293
lappacea . ib.
latebrosa . ib.
lucida . . 296.
magellanica . 297
ovalifolia . 295
pinnatifida . 294
pumila . 298
Sanguisorbae 294
trifida . 296
Agrimonia decumbens 294
Amethystea coerulea 212
Ancistrum anserinaefolium . 294
barbatum . . ib.
decumbens . ib.
diandrum . . 295
lucidum . . 296
magellanicum 297
magellanicum ib.
repens . . . 295
Sanguisorbae . 294
Anthoxanthum amarum . 311
avenaceum . ib.
crinitum . ib.
odoratum . 310
Aruna divaricata . 303

B.

Baea magellanica . 172
Banksia gnidia . 305
pilosa . . 306
prostrata . ib.
tomentosa . ib.
Besleria biflora . 104
cymosa . . ib.
Blitum capitatum 17
chenopodioides . 18
virgatum . 17
Boerhaavia adscendens 285
africana . 291
angustifolia . 292
arborea . 289
chaerophylloides 292
coccinea . 286
decumbens . 284
diandra . 286
dichotoma . 290
diffusa . . 285

Boerhaavia erecta . 284
erecta . . 287
excelsa . . 289
glutinosa . 287
hirsuta . . 286
paniculata . 284
paniculata . 287
patula . . ib.
periplocifolia 290
Boerhaavia plumbaginea . 287
pulverulenta . 291
repanda . . 290
repens . . 291
scandens . . 289
tetrandra . 284
tuberosa . 288
viscosa . . ib.

C.

Calceolaria alba . 190
alternifolia . ib.
angustiflora . 180
bicolor . . 183
bicrenata . 184
biflora . . 172
cana . . 175
corymbosa . 176
crenata . 185
crenatiflora . 175
cuneiformis . 180
deflexa . . 178
dentata . . 182
dichotoma . ib.
ericoides . 190
ferruginea . 189
flexuosa . 185
Fothergillii . 173
gemelliflora . 179
glauca . . 188
heterophylla . 184
inflexa . . 183
integrifolia . 182
integrifolia . 189
Calceolaria involuta 184
lanceolata . 189
linearis . 190
lobata . . 186
montana . 174
multiflora . 180
nana . . 173
oblonga . . 177
ovata . . 182
paralia . . 176
perfoliata . 187
petiolaris . 186
pinifolia . 174
pinnata . . 187
plantaginea . 172
polyrhiza . 174
pulverulenta 178
punctata . 177
punicea . ib.
racemosa . 175
rosmarinifolia 189
rugosa . . 188
salicifolia . 178
scabra . . 177

Calceolaria serrata . 183
sessilis . . . 188
terniflora . 179
tomentosa . 187
triandra . . 181
trifida . . 185
tripartita . 187
uniflora . . 173
uniflora . . 183
verticillata . 185
violacea . . 181
virgata . . ib.
viscosa . . 179
Capraria crustacea 95
Caranga amara . 100
Ceranthus . . 44
Chaetochilus lateriflorus . 101
Chionanthus caribaea 44
compacta . ib.
cotinifolia . 47
incrassata . 45
domingensis . 46
purpurea . . 47
virginica . . 44
zeylanica . . 47
Circaea alpina . 301
Circaea *intermedia* . 301
lutetiana . . ib.
Codarium nitidum 302
Collinsonia canadensis 282
praecox . 283
scabriuscula . 282
serotina . . ib.
tuberosa . . ib.
Columella oblonga 80
obovata . ib.
Corispermum hyssopifolium . 16
hyssopifolium ib.
orientale . 15
pungens . . 17
squarrosum . 16
squarrosum . ib.
Cucularia emarginata 5
excelsa . . 4
Cunila capitata . 214
glabella . . ib.
mariana . . 213
pulegioides . 215
thymoides . ib.
Cyrtandra biflora . 104
cymosa . . ib.
staminea . 105

D.

Dialium divaricatum 303
guineense . 302
indum . . 303
Dianthera acuminata 151
americana . 140
Dianthera appendiculata . 159
bicalyculata . 113
ciliata . . 137
clavata . . 142

Dianthera coerulea . 142
comata . . ib.
crinita . . 113
debilis . . 135
ensiformis . 140
flava . . 139
hirsuta . 161
hyssopifolia . 145
malabarica . 113
multiflora . 160
odora . . 164
Dianthera ovata . 143
paniculata . 113
peruviana . 148
punctata . 142
secundiflora . 158
sulcata . . 112
tomentosa . 160
trisulca . 161
verticillata . 149
Ditoca muscosa . 310

E.

Elytraria crenata . 106
lyrata . . ib.
marginata . 108
tridentata . 107
virgata . . 106
Empetrum pinnatum 307
Eranthemum salsoloides . 304
spinosum . ib.

F.

Fagelia . . 118
Fontanesia phillyraeoides . . 37
Forsythia suspensa 39
Fraxinus *acuminata* 49
americana . ib.
angustifolia . 52
caroliniana . 50
caroliniana . 51
epiptera . . 50
excelsior . . 53
heterophylla . ib.
Fraxinus juglandifolia 50
nigra . . . 52
ornus . . 58
parvifolia . 53
platycarpa . 49
pubescens . 51
quadrangulata 50
rotundifolia . 49
sambucifolia . 51
simplicifoliæ . 53
tamariscifolia . 52

G.

Galipea trifoliata 100
Gratiola acuminata 92
anagallidis 93
chamaedryfolia 90
ciliata 97
cordifolia ib.
grandiflora 98
hispidula 94
hyssopioides 93
iriaequalis ib.
lobelioides 92
lucida 95
marginata 93
ocymifolia 96
officinalis 88
oppositifolia 93
origanifolia 99
peruviana 89
peruviana 94
pilosa 94
Gratiola pulegifolia 98
punctata 90
pusilla 94
quadridentata 89
ramosa 91
repens ib.
rotundifolia 95
Ruelioides 99
rugosa 97
stricta 96
tenuifolia ib.
trifida 90
verbenaefolia 96
veronicaefolia 98
virginiana 89
Gunnera *chilensis* 308
magellanica 309
perpensa 308
plicata 309
scabra ib.

H.

Hebe 68
Hippuris *lanceolata* 14
maritima 13
tetraphylla 14
vulgaris 13
Hopea dichotoma 3
Hoslundia opposita 212
verticillata 213
Hottonia indica 90

I.

Jasminum angulare 32
angustifolium 29
auriculatum 30
Jasminum azoricum 31
capense 32
dichotomum 26

Jasminum didymum . 32
elongatum . 28
flexile . . . 31
fruticans . . 33
glaucum . . 30
grandiflorum 34
hirsutum . 30
humile . . . 33
lanceolatum . 28
ligustrifolium . 30
nervosum . 34
oblongum . 29
odoratum . 33
officinale . 34
pubescens . 26
Sambac . . . 25
scandens . . 27
sessiliflorum . 29
simplicifolium 27
trinerve . . . 28
undulatum . 27
Jovellana punctata 177
scapiflora . 173
triandra . 181
Jungia 246
Justicia *acaulis* . 106
acicularis . 169
acuminata . 151
Adhatoda . 153
alata . . 139
americana . 140
appendiculata 159
aristata . . 110
armata . . . 168
assurgens . 116
Betonica . 156
Justicia bicalyculata 113
biflora . . . 152
bivalvis . . 149
brachiata . 127
bracteolata . 128
brunelloides . 121
canescens . 122
capensis . . 163
caracasana . 153
carthaginensis 136
chinensis . 110
ciliaris . . 134
clavata . . 146
coccinea . . 121
coccinea . . 124
comata . . 142
comosa . . 155
crinita . . 113
cuneata . . 163
cuspidata . 149
debilis . . 135
diffusa . . 141
Ecbolium . 117
echioides . 123
elongata . . 130
eustachiana . 144
falcata . . 149
fastigiata . 166
fastuosa . 108
flava . . 139
foetida . . 149
Forskâlei . . 109
frondosa . . 145
furcata . . 147
gangetica . 131
Gendarussa . 134

Justicia hispida . 116
hirsuta . . . 121
humifusa . . 158
humilis . . . 143
hypocrateriformis 165
hyssopifolia . 162
Jalapaefolia . 106
imbricata . . 107
inficiens . . . 161
infracta . . . 155
infundibuliformis 164
ladanoides . . 151
laetevirens . . 118
laevigata . . . 149
lancea . . . 113
lapathifolia . 126
latifolia . . . 124
ligulata . . 112
ligustrina . . 118
linearifolia . 140
lineolata . . 125
lithospermifolia 151
longifolia . . 124
longifolia . 166
longistaminea 127
martinicensis 150
membranacea 138
microphylla . 168
mirabiloides . 136
moretiana . 162
mucronata . 169
multiflora . 160
nasuta . . . 144
nemorosa . 137
nervosa . . 164
nigricans . 125
Justicia nitida . . 127
nummularifolia 122
nutans . . 132
obscura . . 170
ocymoides . 115
odora . . 164
opaca . . 133
orchioides . 162
origanoides . 122
paniculata . 109
paniculata . 130
parviflora . 154
parviflora . 166
parvifolia . 163
pauciflora . 152
pectinata . . 154
pectoralis . 144
periplocifolia 147
peruviana . ib.
peruviana . 148
picta . . . 128
plicata . . . 156
polystachya . 138
procumbens . 140
pubescens . 129
pubescens . 146
pulcherrima 119
punctata . 142
purpurea . 109
quadrifida . 124
racemosa . 159
radicans . . 127
reflexiflora . 157
repanda . . 166
repens . . 154
reptans . . 143

Justicia resupinata . 114
reticulata . . 157
retorta . . . 150
retusa . . . 136
Rohrii . . . ib.
rosea . . . 165
rubra . . . 129
Ryani . . . 147
salicina . . . 132
sanguinolenta 155
scabra . . . 120
scandens . . 131
scorpioides . 115
secunda . . . 133
secundiflora 158
serpens . . . 112
serpyllifolia . 169
sericea . . . 120
sessilis . . . 162
sexangularis . 110
sexangularis 114
sexangularis 115
sinuata . . . 166
sphaerosperma 123
spicata . . . 121
spinosa . . . 167
Justicia staminea . 127
stricta . . 129
strobilifera . 117
sulcata . . . 112
sylvatica . . 145
syringaefolia 117
tenuiflora . 125
tetragona . 118
tinctoria . 132
tomentosa . 160
tranquebariensis 163
triflora . . . 111
trifolia . . 170
trinervia . . 156
trisulca . . 161
umbellata . 111
undulata . 145
Vandellii . 170
variegata . 126
Vellozi . . 170
verticillaris . 110
vincoides . 167
violacea . . 138
viridis . . 117
volubilis . 167

L.

Lacistema myricoides 18
Ligustrum japonicum 35
sinense . ib.
vulgare . ib.
Linociera cotinifolia 46
flavicans . . 47
latifolia . . 46
Linociera ligustrina . 46
Lithophila muscoides 289
Lopezia hirsuta . . 3
mexicana . . ib.
racemosa . . ib.
Lycopus europaeus . 210
exaltatus . . 211

Lycopus obtusifolius 212
pinnatifidus . 211
pumilus . . . ib.
Lycopus uniflorus . 211
virginicus . . ib.

M.

Mangifera *Amba* . . 7
foetida . . ib.
indica . . . ib.
laxiflora . . ib.
Margyricarpus *laevis* 307
setosus . . ib.
Mayepea guianensis . 45
Maytenus boaria . 304
Melissa perennis . 221
Micranthemum orbiculatum . 54
Misandra 309
Mniarum biflorum 310
Mogorium acuminatum 28
myrtifolium . 30
trifoliatum . . ib.
Monarda allophylla 219
ciliata . . . ib.
Clinopodia . 218
didyma . . 219
fistulosa . . . 217
longifolia . 218
mollis . . . ib.
oblongata . . ib.
punctata . . 220
rugosa . . 219
Morina persica . 283

N.

Neckera campestris . 8
Nematospermum laevigatum . 18
Nyctanthes *angustifolia* . 29
Arbor tristis . 25
elongata . . 28
glauca . . . 30
Nyctanthes grandiflora 26
multiflora . . 27
pubescens . . 26
Sambac . . ib.
scandens . . 27
triflora . . . 29
undulata . . 27
viminea . . 29

O.

Olea americana . . 41
apetala . . . 42
Olea buxifolia . . 40
cajetana . . ib.

Olea capensis . . 41
cernua . . 43
chrysophylla . 40
communis . . 391
coriacea . . 41
emarginata . 42
europaea . . 39
excelsa . . 42
ferruginea . . 40
fragrans . . 43
Olea lancea . . 40
latifolia . . ib.
longifolia . . ib.
laurifolia . . 41
microcarpa . 43
obliqua . . . 40
obtusifolia . . 43
undulata . . 41
verrucosa . . 40
Osmanthus fragrans 40

P.

Paederota Ageria . 87
Bonarota . . 86
coerulea . . ib.
lutea . . . 87
Wulfenia . . ib.
Parilium Arbor tristis 25
Passerina Gnidia . 305
pilosa . . . ib.
prostrata . . 306
Pisaura automorpha . 3
Peperomia acuminata 341
alata . . . 342
concava . . 350
crystallina . 541
dependens . . 538
emarginata . 339
filiformis . . 354
foliiflora . . 356
inaequalifolia . 355
monostachya . 344
obliqua . . 342
pilosa . . . 339
pubescens . . 349
Peperomia purpurea 343
rhombea . . 353
scandens . . 346
scutellaefolia . 356
secunda . . . 337
septemnervia . 349
striata . . 343
tetragona . . 349
trinervis . . 342
umbilicata . 356
variegata . . 344
Phillyrea angustifolia 35
brachiata . . 37
buxifolia . . 36
indica . . . 43
laevis . . . 37
lanceolata . . 36
latifolia . . 37
ligustrifolia . 35
media . . . ib.
obliqua . . 37
oleaefolia . . 36
pendula . . ib.

Phillyrea rosmarinifolia 37
spinosa . . ib.
virgata . . . 36
Phylidrum lanuginosum . . 9
Pimelea Cornucopiae 305
Gnidia . . . . ib.
linifolia . . ib.
pilosa . . . 306
virgata . . ib.
prostrata . . ib.
Pinguicula acutiflora 194
alpina . . 193
alpina . . . ib.
antarctica . 192
campanulata . 194
coerulea . . 191
elatior . . . ib.
grandiflora . ib.
involuta . . 193
lusitanica . . 192
lutea . . . 193
pumila . . 194
purpurea . 193
villosa . . 192
vulgaris . . 191
Piper acuminatum 342
acutifolium . 325
aduncum . 319
aequale . . 315
aggregatum . 318
alatum . . 342
album . . 334
alpinum . . 340
alsinoides . 348
Amalago . . 328
Piper amplexicaule 338
angustifolium . 312
angustifolium . ib.
arboreum . . 322
aristolochioides 326
asperifolium . 319
Betle . . . 328
blandum . . 352
botryites . . 321
brachystachyon 354
bullatum . . 313
callosum . . 316
capense . .. 329
caudatum . 335
Carpunuga . . 324
Churumaya . 325
citrifolium . 318
Clusiaefolium . 339
concavum . 350
cordifolium . 345
coriaceum . 314
crocatum . 319
crystalinum . 332
Cubeba . . 332
cuneifolium . 340
curvatum . 315
dependens . 338
decumanum . 331
dichotomum . 316
diffusum . . 331
dilatatum . 320
discolor . . 329
distachyon . 344
ellipticum . 349
elongatum . 312
emarginatum 330

Piper exasperatum 322
excavatum . 317
excelsum . . 335
fallax . . . ib.
filiforme . . 351
foliiflorum . 356
geniculatum . 322
glabellum . 345
gracile . . 316
grande . . 321
granulosum . 313
Hernandifolium 344
heterophyllum 318
hirsutum . 323
hispidulum . 347
humile . . 349
inaequalifolium 355
laeve . . . 332
lanceolatum . 313
latifolium . 336
laxum . . 326
lineatum . 315
longifolium . 318
longum . . 324
macrophyllon 322
macrostachyon 343
maculosum . 344
Malamiri . 327
Magnoliaefolium 338
marginatum . 331
medium . . 330
methysticum . 334
methysticum . 336
microstachyon 315
mite . . . 325
monostachyon 343
Piper myrtifolium . 342
nemorosum . 341
Nhandi . . 335
nigrum . . 329
nitidum . . 314
nummularifolium . 348
obesum . . 321
obliquum . 324
obliquum . . 341
obovatum . . 320
obovatum . . 554
obversum . ib.
obtusifolium . 329
obtusifolium . 354
pallidum . 345
pellucidum . 346
peltatum . . 336
peltatum . . 337
Pereskiaefolium 352
pilosum . . 339
pinnatum . 356
plantagineum 330
polystachyon . 354
portulaccoides 352
praemorsum . 314
pubescens . 348
punctatum . 317
purpureum . 343
quadrifolium . 355
racemosum . 337
radicans . . 333
reflexum . . 353
reticulatum . 330
retrofractum . 314
retusum . . 346

Piper rhombeum . 353
rotundifolium 347
rugosum . . . 313
rugosum . . . 318
salicifolium . . 312
saxicolum . . 349
scabrum . . . 319
scabrum . . . 320
scabrum . . . 321
scandens . . . 345
scandens . . . 346
scutellaefolium 356
secundum . . 317
septemnerve . 349
serpens . . . 347
serpyllifolium . 351
Siriboa . . . 332
stellatum . . 355
Piper striatum . . 343
subpeltatum . 337
sylvestre . . 326
Syringaefolium 328
tenellum . . 349
tetragonum . ib.
thermale . . 329
Tithymaloides 340
tomentosum . 351
trinerve . . 342
trifoliatum . 351
tuberculatum 323
umbellatum . 336
umbilicatum . 356
unguiculatum 331
verrucosum . 324
verticillatum . 353
Pollichia campestris . 8

Q.

Qualea coerulea . 6
Qualea rosea . . 6

R.

Rosmarinus officinalis 221
chilensis . . ib.
Röttlera incana . 88

S.

Salicornia amplexicaulis . . 13
arabica . . . 12
biennis . . . 10
caspica . . . 12
cruciata . . 11
foliosa . . 12
Salicornia fruticosa . 11
herbacea . . . 9
indica . . . 10
major . . . ib.
myosuroides . ib.
perfoliata . . 13
perennans . . 11

Salicornia *purpurascens* 10
strobilacea . . 11
virginica . . . 16
Salmonea cantoniensis 8
Salvia *abyssinica* . 258
acaulis . . 257
acetabulosa . 227
acuminata . 242
acuminatissima 253
acutifolia . . 240
aegyptiaca . 221
AEtiopis . . 276
africana . . 230
agrestis . . 263
algeriensis . 271
amarissima . 242
amethystina . 239
amplexicaulis . 267
angustifolia . 253
angustifolia . 254
argentea . . 278
aurea . . . 231
auriculata . 224
aurita . . . 259
austriaca . . 272
azurea . . 253
baccifera . . 224
Barrelieri . 269
betonicifolia . 257
betonicifolia . 281
bicolor . . 270
bifida . . . 275
biflora . . 241
bullata . . 265
calaminthaefolia 233
canariensis . 268
Salvia candidissima 278
ceratophylla . 279
ceratophylloides ib.
chamaedryoides 251
chamaeleagna . 230
circinata . . 242
clandestina . 256
Clusii . . . 224
coarctata . . 277
coccinea . . 237
colorata . . 230
compressa . 275
corrugata . . 252
cretica . . 222
cuspidata . . 240
dentata . . 232
disermas . . 266
dominica . . 233
elegans . . 238
exasperata . 279
excisa . . . 241
foetida . . . 274
formosa . . 236
formosa . . 238
Forskâlaei . 275
fragifera . . 225
fulgens . . 237
galeata . . 256
glandulifera . 247
glutinosa . . 262
grandiflora . 223
grata . . . 244
graveolens . 273
Habliziana . 228
haematodes . 263
hastata . . 280

Salvia hirtella . . 249
hispanica . . 254
Horminum . ib.
japonica . . 229
inamoena . 269
incarnata . . 225
incurvata . . 239
indica . . 262
integrifolia . 251
interrupta . 226
involucrata . 246
lanceolata . 231
latifolia . . 271
lavandulifolia . 222
leonuroides . 236
leucantha . 253
lobata . . 322
longiflora . 243
lyrata . . . 257
merjame . . 266
mexicana . . 246
mitis . . . ib.
multicaulis . 225
napifolia . . 261
nemorosa . 267
nilotica . . 258
nitidifolia . . 245
nivea . . . 231
nodosa . . . 236
nubia . . . 259
nudicaulis . 266
nutans . . 280
oblongata . 256
obtusata . . 259
occidentalis . 234
officinalis . 223
Salvia *oppositiflora* . 241
paniculata . 229
papilionacea . 215
parviflora . 263
patens . . 236
patula . . 272
pendula . . 281
phlomoides . 250
phlomoides . 275
pilosa . . . 240
pinnata . . 226
plumosa . . 235
polystachya . 248
pomifera . . 225
praecox . . 271
pratensis . . 262
procumbens . 234
procumbens . 248
pseudococcinea 238
punctata . . 250
purpurea . . 247
pyrenaica . . 263
racemosa . . 244
regla . . . 236
revoluta . . 252
rhombifolia . 249
rigida . . . 232
rosaefolia . . 227
rosea . . . 244
rugosa . . . 259
runcinata . . 260
sagittata . . 243
scabiosaefolia . 228
scabra . . . 254
Sclarea . . . 276
serotina . . 232

Salvia sideritidis . 250
Sipylea . . 224
Spielmanni . 255
spinosa . . 276
sylvestris . . 266
syriaca . . 273
tenella . . 234
tiliaefolia . . 235
tingitana . . 274
triangularis . 269
triloba . . 224
tubiflora . . 239
urticifolia . 261
valentina . . 268
varia . . . 273
verbenaca . . 255
verticillata . 260
violacea . . 248
virgata . . 253
virgata . . 264
viridis . . . 255
viscosa . . 264
vulnerariaefolia 228
Sanchezia oblonga 103
Sanchezia ovata . 103
Sarmienta repens . ib.
Scabrita scabra . . 25
Schizanthus pinnatus 171
Schwenkia americana 102
Sciuris aromatica . 101
Stachytarpheta angustifolia . 205
aristata . . 206
cajanensis . 208
dichotoma . 207
jamaicensis . 206
indica . . . ib.
marginata . 207
mutabilis . . 208
orubica . . ib.
prismatica . 209
squamosa . . ib.
strigosa . . 207
Striga lutea . . . 54
Syringa chinensis . 38
persica . . . ib.
villosa . . . ib.
vulgaris . . ib.

T.

Thouinia flavicans . 47
ligustrina . . 46
Thouinia nutans . 47

U.

Usteria guineensis . 5
Utricularia alpina . 194
aphylla . . 203
aurea . . . 202
Utricularia bifida . 202
biflora . . 200
capillacea . 204
ceratopylla . 197

Utricularia coerulea 201
cornuta . . ib.
crenata . . 203
fibrosa . . 194
flexuosa . . 198
foliosa . . 197
gibba . . . 204
graminifolia . 195
hispida . . ib.
humilis . . 203
hydrocarpa . 200
inflata . . . 197
inflexa . . 196
intermedia . 198
juncea . . 202
media . . . 198
Utricularia minor . 199
minutissima . 204
nivea . . . 203
obtusa . . 199
pumila . . 201
purpurea . . ib.
pusilla . . . 202
ramosa . . 204
recurva . . 200
setacea . . 201
stellaris . . 196
subulata . . 205
tenuis . . . 203
uliginosa . . ib.
unifolia . . 194
vulgaris . . 198

V.

Valeriana chinensis . 290
scandens . . ib.
Verbena angustifolia 205
aristata . . 206
cajanensis . 208
dichotoma . 207
jamaicensis . ib.
indica . . 205
indica . . 206
mutabilis . . 208
orubica . . ib.
prismatica . 209
squamosa . . ib.
Veronica acinifolia . 85
agrestis . . 80
Allionii . . 74
alpina . . . 64
Veronica Anagallis . 69
aphylla . . 68
arguta . . . 360
arvensis . . 80
australis . . 360
austriaca . . 73
beccabunga . 69
Bellardi . . 83
bellidioides . 61
Billardierii . 70
biloba . . 79
biscutata . . ib.
canescens . . 361
carnosula . . 86
caroliniana . 86
catarractae . . 67
chamaedrys . 77

Veronica *chamaepithyoides* . . . 84
complicata . . . 58
crenulata . . . 57
cymbalariaefolia 81
decussata . . . 68
dentata 58
digitata 84
Dillenii 83
elliptica . . . 67
foliosa 56
fruticulosa . . 62
gentianoides . ib.
glabra 358
grandiflora . . . 68
hederaefolia . 82
heterophylla . . 72
humifusa . . 65
hybrida . . . 60
incana 59
incisa 61
integrifolia . . 64
kamtchatica . 68
laciniata . . . 61
Lappago . . . 82
latifolia . . . 76
longifolia . . 59
macrocarpa . 66
macrostachya . 71
marilandica . 85
maritima . . . 56
media . . . 359
Michauxii . . 77
montana . . 78
multifida . . 73
neglecta . . 59
Veronica *nummularia* 63
oxymifolia . . 80
officinalis . . 74
orientalis . . 71
paniculata . . 58
parviflora . . 66
parvifolia . . 72
pectinata . . . 71
pedunculata . 77
peregrina . . 85
pilosa . . . 75
pinnatifida . . 83
polyanthos . . 81
polygonoides . 84
Ponae 78
praecox . . . 79
prostrata . . 75
pseudo-chamaedrys . . 76
pumila . . . 64
pygmaea . . 63
pyrenaica . . 74
quadrifolia . . 360
romana . . . 85
romana . . . ib.
rosea . . . 73
rotundifolia . 81
ruderalis . . 66
salicifolia . . 67
saxatilis . . . 63
scutellata . . 70
serpyllifolia . 65
serpyllifolia . 76
sibirica . . . 55
spicata . . . 60
spuria . . . 57

Veronica *spuria* . . 61
subacaulis . . 68
succulenta . . 83
succulenta . . 84
taurica . . . 72
telephiifolia . 65
tenella . . . ib.
tenerrima . . 69
tenuifolia . . 73
Veronica Teucrium . 76
triphyllos . . 83
urticaefolia . 77
verna . . . 83
villosa . . . 361
virginica . . 56
Wulfenia Ageria . 87
Buonarota . . 86
carinthiaca . 87

Z.

Ziziphora acinoides . 217
capitata . . 216
hispanica . . ib.
Ziziphora *siliquosa* . 170
spicata . . . 216
tenuior . . 217